

NICEPHORI GREGORÆ, ROMANÆ, HOC EST BYZANTINÆ HISTORIÆ


LIBRI XI. QVIBVS RES A GRÆCIS IMPERATORIBVS
PER ANNOS CXLV. A THEODORO LASCARI PRIORE, VSQVE AD

Andronici Palæologi posterioris obitum gestæ, descri-
buntur, & Nicetæ Acominati Choniatae

πυλαμπύλου supplentur:

PRIMUM QVIDEM LIBER ALIATE MAGNIFICI ET GENEROSI VIRI
D. Antony Fuggerij, &c. & Hieronymi Wolfij labore, græcè latinèque editi, cum Indice copioso: nunc autem
latinè tantum, sed adhibita prius cum græco diligenti collatione, qua certe non pauca fuerunt emendata.

~~HIS ADIUNXIMVS LAONICI CHALCOCONDYLÆ TVRCICAM~~
~~historiam, Conrado Clauero Tigurino interprete: sed recognitam ab eodem, & ad D. Philippum~~
~~Gundeli exemplar emendatam. Ita quatuor his scriptoribus, Zonara, Choniata, Gregora,~~
Chalcocondyla coniunctis, integrum Byzantinæ historiae corpus à Constan-
tino magno ad Constantinum postremum, & Constantinopolim à Tur-
cis occupatam & possessam, habituri sunt studiosi, lingua latina ex-
positum: vt etiam rudibus Græcarum literarum, maiore com-
moditate quàm sumptu confuleretur.



BIBLIOTECA
UNIVERSITARIA
DE
GRANADA

LVTETIÆ.
Apud Guilielmum Chaudiere, via Iacobæa, sub insigni Temporis.
1566.

CVM PRIVILEGIO REGIÆ MAIESTATIS.

2 400 40
Marta
MADE IN SPAIN

NICEPHORI GREGORÆ, ROMANÆ, HOC EST BYZANTINÆ HISTORIÆ

LIBRI XI. QUIBUS RES A GRÆCIS IMPERATORIBVS
PER ANNOS CXLV. A THEODORO LASCARI PRIORE, VSQVE AD


Andronici Palæologi posterioris obitum gestæ, descri-
buntur, & Nicetæ Acominati Choniatae

πελειόμυα supplentur:

PRIMUM QUIDEM LIBER ALIATE MAGNIFICI ET GENEROSI VIRI
D. Antonij Fuggerij, &c. & Hieronymi Wolfij labore, græcè latinèque editi, cum Indice copioso: nunc autem
latinè tantum, sed adhibita primò cum græco diligenti collatione, qua certè non pauca fuerunt emendata.

~~HIS ADIUNXIMVS LAONICI CHALCOCONDYLE TVRCICAM~~
~~historiam, Comrado Claufro Figucino interprete: sed recognitam ab eodem, & ad D. Philippo~~

~~Chondoli exemplar emendatam. Ita quatuor his scriptoribus, Zonara, Choniate, Gregora,~~
Chalcocondyla coniunctis, integrum Byzantinæ historiæ corpus à Constan-
tino magno ad Constantinum postremum, & Constantinopolim à Tur-
cis occupatam & possessam, habituri sunt studiosi, lingua latina ex-
positum: vt etiam rudibus Græcarum literarum, maiore com-
moditate quàm sumptu confuleretur.



LVTETIÆ.

Apud Guilielmum Chaudiere, via Iacobæ, sub insigni Temporis.

1566.

CVM PRIVILEGIO REGIÆ MAIESTATIS.

EXTRACT DV PRIVILEGE DV ROY.

PAr priuilege du Roy, est defendu à tous Libraires, Imprimeurs, & autres qu'il appartiendra, en quelque sorte ou maniere que ce soit, d'imprimer ou vendre vn liure, contenant les Histoires de Zonare, Nicetes, & Nicephore Gregore, reueues sur les copies Grecques, & augmentees en plusieurs lieux, l'a ou le fil de l'histoire estoit interrompu & deffectueux par M. Iean Aymin, sinon de ceux que Guillaume Chaudiere aura imprimé ou fait imprimer, & ce iusques à cinq ans entiers & cōsecutifs, apres la premiere impression qui sera faicte dudict liure, sur peine de confiscation desdicts liures, & d'amende arbitraire enuers nous & ledict exposant, ainsi qu'il est plus amplement contenu audictes lettres de priuilege, & par ce que ledict exposant pourra auoir affaire en plusieurs & diuers lieux, nous voulons qu'au vidimus d'icelles, faictes sous seel Royal, foy soit adioustee comme audict original: nonobstant oppositions ou appellations quelsconques, pour lesquelles, & sans preiudice d'icelles, ne voulons estre aucunement differé. Donnè à Paris le 16. iour de Iuillet, l'an de grace 1566. Et de nostre regne le sixiesme.

Par le Roy le Seigneur de sainct Martin maistre des Requestes ordinaire de l'hostel present.
Signé S A R R E D.

AD MAGNIFICVM ET GENEROSVM
VIRVM, D. ANTONIVM FVGGERV, KIRCH-
pergæ & Vuciffenhorni Dominum, Cæsareæ
Maieftati à consiliis, &c.
HIERONYMI VVOLFII IN NICEPHORI
Gregore Annales Præfatio.



NON equidem sine mente, reor, sine numine diuūm (vt Virgilij Verbis vtar) sic accidit, vir amplissime vt tua præstanti liberalitate, & singulari Ioannis Dorenschuami industria, Byzantinam historiam à Constantino Magno vsque ad Constantinum postremum, à Græcis descriptam hominibus integram & perfectam habebimus. Et si enim illius epitomæ quedam extant, partim à Latinis scriptoribus editæ, partim ex his nostris authoribus decerptæ: tamen Græci certius & fusius pleraque in Oriente gesta descripserunt, quæ illi vix attigerunt: multaque referunt, Latinis illis vel planè incognita, vel de industria neglecta, quod ea minus ad se pertinere putarent: sicut & Græci vicissim res in Occidente gestas parum curarunt. Nam cum princeps Imperij, sedes Byzantium, quæ à conditore potius quam instauratore, non tantum Constantinopolis, sed & noua Roma dicta fuit, translata esset, paulatim vetus Roma cum finitimis prouinciis à totius Imperij quasi corpore auulsa, partim Pontificibus, partim exteris nationibus paruit. Secuta sunt deinde etiam religionis dissidia, contentiones, insidiæ, aperta bella, & diuersæ etiam vtrorumque populorum appellationes. Nam Byzantini se Romanos, & suos principes Ῥωμαίους βασιλείας: ceteros autem Christianos populos & Reges, qui Romanum pontificem agnoscebant, promiscue Latinos nominarunt, à quibus ipsi contra Græci dicebantur. Vt igitur res in Occidente gestæ, & Latinis: sic quæ in Oriente contigerunt, è Græcis rectius petuntur. Fateor equidem, ad Zonaram conuertendum præmiis, à te propositis, eoque tempore mihi peropportunis, initio excitatum me fuisse potius, quam meapte voluntate accessisse: non tam laborum & molestiarum fuga, quibus ita tum quoque assueueram, vt ignauo ocio nihil mihi esset molestius, quam priuatis meis studijs, si quid daretur ocij, fruendi, & diurnam quasi sitim variæ lectionis restringendi cupiditate, sed cum è Zonara velut salubris eluctatus, in Nicetæ Acominati Choniatae planiciem, & quasi varijs sterculis veruantiæ præta peruenissem: iucundus mihi potius quam grauis esse labor interpretationis ille cœpit, cum ob dictionem fusiores & planiores, & sæpe non infeliciter luxuriantem, tum verò propter earum historiarum cognitionem, quas partim non satis tenebam, partim planè ignorarem. Quo opere absoluto, cum non tam gauderem me graui onere leuatum, quam in medio veluti cursu destitutum doloerem, quo minus extremam totius historiae metam attingerem: ecce præter omnem expectationem à te offertur Nicephorus Gregoras, qui ab Vrbe à Venetis & Balduino Flandro capti exorsus, Historiam annorum CXLV. ad suam vsque ætatem, & Andronici Paleologi iunioris obitum, eleganti stylo descriptam nobis dedit: itaque suppleuit ea quæ reliquerat Choniates, vt hic Zonara suam narratione attexuerat. Ceterum & hic idem quod in Choniatae mihi cū accidisset, nec vicina temporibus nostris Byzantium acta autor ille attigisset: nullumque Græcum scriptorem extare, aut certe mihi esse cognitum doloerem, qui cetera vsque ad Constantinopolim à Turcis occupatam, & imperium Græcorum à Mahomete prorsus euersum persequeretur: comode à clarissimo viro D. PHILIPPO GVNDELIO, Viennesi Iuriconsulto, ad me missus est Laonicus Chalcocondyles, quo, vt à fatigatione conuersionis non nihil acquiescerem, auidè percursus, planè mihi satisfactum esse cognoui: atque in eam sententiam sum adductus, vt fato quodam, quod initio dixi, factum esse existimarem, vt & liberalitate tua, & DORENSCHVAMI Byzantina & Asiana peregrinatione, & meo qualicumque labore, integrum totius Byzantinae historiae corpus, & omnibus propè numeris suis absolutum, nostris hominibus proponeretur: cuius lectio non tam iucunda, quam salutaris esset, si ij qui rerum potiuntur, ex alienis peccatis sua emendare conarentur. Idem enim hostis, qui beatas olim Asiæ & Græciæ prouincias oppressit, vastauit, euertit nostris etiam ceruicibus imminet: & extrema quæque orbi Christiano, & internecionem religioni frustra illi quidem (neque enim CHRISTI seruatoris nostri potentia humanis armis vinci potest) sed nobis non sine capitali periculo minatur, & ita minatur vt hoc Christiana reipub. statu (quæ vel mali omnis causa vitandi, vel ne qui se perstringi putent, cum Byzantino haud confero) mina eius à nemine cordato contemni queant. Sin aliqui ita stupent, vt hæc aut non intelligant: aut si intelligunt, non curant: aut si curant, non in eo pro virili

elaborent, omnibus priuatis contentionibus omisis ut incolumitati nostrae consulatur: euidentis indignationis diuinae contra nos, & uigentis scelera nostra, uindictae, quod autor hic nos ter crebro queritur, argumentum id esse uideatur. Equidem inter conuertendum hos scriptores, cum ad Imperatorum in funendo munere oscitantiam, tenacitatem in necessariis, profusiones in superuacuis, & intestina bella: procerum uero & ducum perfidiam ac temeritatem: religiosorum inscitiam, & de lana caprina rixas: populique petulantiam & ignauiam: omnium denique ordinum extrema probra peruenissem: contraque Turcorum maiorem fidem, maiorem integritatem, fortitudinem, clementiam, uirtutes ipsorum hostium elogis celebratis, legissem: ita sum animo commotus, ut Turcos imperio longe digniores iudicarem: & fecem ac sententiam illam nefariorum hominum tam diu fuisse incolumem, nec citius oppressam esse, mirarer potius quam miserarer. Etsi ad commiserationem clades illa, & florentissimi potentissimi quondam Imperij ruina, & Christianae religionis è tot amplissimis prouinciis profligatio, uel saxa commouere possint: nostros autem homines, simili statu rerum, nec illorum misericordia nec similis exitij metu commoueri sit mirandum: nec desperandum tamen fore multos, qui his non modo ad uoluptatem, sed etiam ad publicam uilitatem legendis, tuum consilium laudaturi, & inter cetera ornamenta quam plurima numeraturi sint, qui illustri monumento posteris etiam consultum uolueris: & multorum animos his Operibus in publicum editis, ad patriae defensionem maiore studio suscipiendam excitaris. Atque haec de historia. De autore non multis est opus. Nam quo ingenio, doctrina, facundia, autoritate apud suos fuerit, ipse abunde declarat. Quem cum ea qua de Michaelis Palaeologo usque ad Caetolanorum ab Andronico seniore defectionem scribit, à Georgio Pachymerio mutuatum esse, atque in compendium redigisse cognouissem: ex Augustana bibliotheca illud Opus acceptum perlegi: & quae non inutilia uidebantur, excerpta, Gregorae adieci. ne, quoad possem & liceret, uoluntati tuae atque officio meo deesset. Ac plura sanè collegissem, nisi hic codex & principio & fine mutilus, in medio etiam aliquot folijs partim excelsis, partim marinis fluctibus (ut opinor) madefactis, & literis uetustate exolefcentibus, studio meo & oculis diuturna ferè & perpetua lectione ac scriptione fessis & hebetatis uehementer aduersatus esset, atque incommodasset. Chalcocondylem autem suus interpres, qua est doctrina & eloquentia, ita commendabit, ut mihi satis nunc esse debeat, si labores hi mei, aequitati & liberalitati tuae commendati fuerint, & probati. Augustae Vindelicorum, postridie Cal. Ianuarij, Anni à Christi seruatoris humanitate M. D. LIX. quem tibi tuisque, & toti orbi terrarum pacatum, faelicem ac faustum, & animo precor. Faxit Deus Opt. Max. ut FERDINANDI primi Augusti, Imperatoris ac domini nostri clementissimi in urbem hanc, ob grauissimas de Imperij rebus deliberationes, ingressus (sub id tempus quo pacis, concordiae & mutui amoris doctor & exemplum Christus Iesus, propter salutem humani generis, dismutata diuinitate sua, homo nasci uoluit) omnium principum, omnium hominum animos à priuatis cupiditatibus ad curam publicam salutis, à luxu & corruptela morum, ad sobrietatem & uitae integritatem, ab odiis & similitudinibus ad concordiam & amorem, à rixis & disputationibus ad uerum cultum religionis, à bellis & armis ad firmam & constantem pacem conuertat. Cuius uoti si nos diuina liberalitas (merita enim nostra nulla profecto iactare possumus, nec minus indigni sumus diuino auxilio quam indigi) cōpotes reddiderit, uis erimus formidabiles, à quibus nunc non aliis de causis quam propter corruptam disciplinam, & intestina bella, per contemptum oppugnamur, cadimur, in acerbissimam seruitutem abducimur, & in summas angustias redacti profligamur. Quicquid enim calamitatum ac cladum (ut de aliis Christianis prouinciis taceam) Pannoniae patiuntur, id ad nos quoque ex aequo pertinere merito iudicamus. Res enim profecto, imò salus nostra nunc agitur, paries cum proximus ardet.

EPILOGVS BYSANTINÆ HISTORIÆ,
PER HIERONYMVW WOLFIVM.




Si legis historias Orientis, & aspera fata
Christicolam, mollesque animos, & perfida
facta,
Regnabit discordia uariè lacerata tumultu
(Ob qua facta Deus iustus commotus in iras,
Contemptos primum populos, sine nomine uulgus
Armauit, cum Turcus atrox uolenta potenti
Sceptra manu rapuit: sobymos populatus, & urbem
Imperij sedem tandem deuicit, habetque:
Pude uelut specula ex alia prospicit in orbem,
Europa atque Asia domitor, Libyaeque tyrannus
Gentibus interitum mimans, nisi iussa facebant)
Regnorum perpende uices, caussasque nefandi
Exitij: & uotis supplex aerte ruinas
Nostro impendens capiti: nisi mitior obset
Numinis offensi uitiis moderatio nostris.
An non flagitius honor est, infamia quondam
Que non impietas, quod non scelus urget iniquos
Christicolam populos? qua non peritura regnant?
(Si non supplicium) que nigra coercuit? An non
Iudeus nobis melior, non Turcus & Indus?
Si non ista Deum curare aut cernere credis,
Crimina quod subito non comprimit illa furores:
Falleris. Expectas, num te mens conscia puniens
Excitet, ut uotis ueniam factis que precere.
Sin rigida ceruice tumens adamantinus, iras
Numinis aspernatus, agente libidinis astro
Quodlibet in facinus: tibi pena parata propinquat,
At ridere Deum forsan mortalia censet:
Nec curare quid inferno ludatur in orbe,
Et superis magni tribuis fastidia Regis:
Quem nil parua mouent, quem uulgo infima plebis
Solicitat, siue illa fame, seu peste laboret,
Seu gladio pereat, uasto seu gurgite mersa
Virtutem uitiis uic colat: modo serua tremensque
Pareat ad nutum, modo munera iussa capessens
Obsequio uigili colat alii culmina septri:
Sceptri, quale rulit Nero flagitiosus, & is qui
Se dici Dominumq. Deumq. coegit, atroci
Caluicio pariter muscisq. uisq. timendus.
Nempe dedit terras mortalibus: alicui Olympo
Iuppiter illustri residens, sua gaudia curat.
Quid moueant illum ludibria terrea? uermes
Abiectos an respiciat? num somnia uana
Mentis, & irrita uota suas admittat ad aures?
Qui prestant opibus, sunt inclita numina terra:
Virtus excellens imò dominatur in orbe.
Hunc calat, hunc metuat supplex, hunc prauus adoret,
Pareat imperio, seu iusta iniustae mandet,
Qui sibi consultum cupiet: qui tempora uita
Longa petet. Simulac mors atra subegerit artus,
Actum erit. Ab demens praesentia gaudia carpe:
Dum potes, his fruitor. Captent absentia stulti,
Vana melancholici quos pectora plena furoris
Exagitant, qui non sibi fallacia fingunt:
Qui sperant caelos, qui que infera regna tremiscunt.
Vae cordes, qui non haec obuia commoda captent:
Qui mala multa ferant, nullo uirtutis honore:
Spe dubia, stultae magis super aethera tendant
Post obitum, neque uiuentes quò scandere possunt.
Haec est, haec magni sapientia pectoris, isthaec

Scire: sequi, uirtus: monachorum cetera fraudes.
Haec Epicurus ait, quo non prestantior alter
Soluere corda metu, uitaque beare perennem:
Inguinis & capitis discrimina tollere doctus:
Quo non discipulis quisquam fuit auctior uillo
Tempore. Stultorum nam semper maxima turba est.
In Venerem preceps, pigrique abdomina uentris.
Sed quid ait R. A. T. I. O., sua cum penetralia lustrat?
M. E. S. quid ait, quoties caelestia templa periuit,
Sensibus abiectis superum ad commercia tendens?
Haec qua non capiat porcus, sed rideat amens:
Haec qua nemo neget sano durante cerebro:
Haec qua quisque probet fatis melioribus ortus:
Qua, q. docent prima uates ab origine mundi:
Haec qua Religio per plurima secula probauit,
Maxima qua, q. cohors fuso testata cruore,
Per miracula Deus qua, q. ipse ingentia sanxit.
Num testes quaris locupletes his magis uillos?
Non oculi uideat faber? an non audiat, auris
Cuius opus? mens cuius opus, non sentiat? abste:
Maiestate sua totum qui compleat orbem,
Ipse suum contemnat opus, propriamque laborem.
Num iustus, pius & sanctus, probet improba facta?
Et pia, non uilla tandem mercede rependat?
Num socors Deus est, uel iniqua mente tyrannus?
Scilicet insana sunt isthaec somnia mentis.
Num stupor in superos tantus cadit, atque libido
Tam fera? Si non sacra mouent oracula pectus,
Que vigilare Deum, dare premia digna, nocentes
Plectere testantur uera discrimine lancis:
Sobrius at proprii penetralia pectoris intra.
Praditus an bruto sis tantum corpore: bruti
Corporis an famulam dederint tibi numina mentem?
Suspice flammantis radiantia sidera caeli,
An te forte tuae possint conuincere sortis,
In medio pecudumque sita, mediisque deorum:
An te forte queant terro releuare ueterno.
Sin tua mens demersa iacet caligine caeca,
Nec parus est uero per se discernere falsum:
Auribus historias saltem uigilantibus hauri,
Que doceant, tarde quas mittunt numina penas
Supplicij grauitate pari pensare: scelesti
Funditus euersa post impia crimina gente.
Idq. ubi cogitoris: fortuna fidere noli,
Neu contemne Deum, neu uana superbia pectus
Inslet, ut esse putes licitum, quodcumque libebit,
Fortunamue putes stabili pede figere gressus.
Aspice de quanto Byzantia culmine regna
Diruta conciderint: ut Barbarus omnia vastet,
Corporibus pestemque ferens animisque piorum.
Non iucunda quidem prebet spectacula codex,
Tot mala commemorans, tot & impia facta recensens.
At exempla iuuant: similes auertere clades
Exemplis monito licitum tibi: supplice uoce
Pacem orato Dei: pollutae crimina uita
Prouidus emenda, quò tutum degere tempus
In terris liceat, pateatque ut ad astra receptus.
Sic tibi cum fructu non irrita scripta legentur:
Sic opera precium facies, nec inanis abibus,
Sed prudensque piusque simul moderare uitam.
Auctior haud tenuis gaudeat: quam E. V. G. A. R. V. S. heros

Sumptibus haud parvis ANTONIVS, orbe petitam
 Barbarico studio melioribus obtulit, atque
 Esse sui voluit monumentum posteritati
 In terris. Namque ipse senex templa alta petiuit
 Aetheris: exemplum patris at generosa propago
 Marcus, Ioannes, Hieronymus atque Iacobus
 Persequitur: simili que petens fastigia laudis,
 Pieridum cultrix, fatis plaudentibus, auctum
 Ornat opus, totumque iubet volitare per orbem.
 Cur verò Dorichuame tua praconia vitam
 Dissimulem? Tu propitio generatus utroque
 Mercurio, quem uisus, et adhibere Pelasgi
 Appellant, post ampla negocia rite peracta
 Non secus ac vasti pelagi, timidusque procella
 Portum nauis subit, sic te quoque Musica fessum
 Antra tenent. Tu Pieridum colis oia letus:
 Omnia tu veterum voluens monumenta Sophorum,
 Mentis opes cumulas. Ea nec te cura quietum

Esse finit: libris quas pannonis ora ministrat
 Defunctus, petis Euxini vagus aquora ponti,
 Per tot barbaricos populos. Amaesa Strabonis
 Patria te vidit: Byzantia deinde reuersus
 Maenia perlustras. ubi Cantacuzus heros
 Quaesita te merce beat, libri que positum
 Ignotis prius, ad palatia celsa, Vienna.
 Dimittit reducem. Tuae per Dorichuame pericla,
 Omnia post primi qua tempora Constantini
 Gesserunt Orientis opes, contraque iulerunt
 Protinus ad diui prope tempora Maximiani,
 Saeculorum longam seriem, coniuncta tenemus.
 His te pro meritis, quibus haec sunt muneris cordi,
 Laudibus extollens, et erit tua fama perennis:
 Si fuerint Lyciae non irrita vota Camena.
 Officij memor illa tui, tibi fausta precatur,
 Stamindaque et placida felicia fila senectae,
 Teque diu videant Neosolia castra beatum.

FINIS.



NICEPHORI GREGORÆ HISTORIÆ ROMANÆ LIBER PRIMVS.

CAPITA PRIMI LIBRI.

Prooemium, quo & concio Imperatoris Andronici Palæologi continetur.
 Initium historiæ, qua res ab Vrbe capta exponuntur.
 Imperium Theodori Lascaris primi.
 De Ioâne Asane, Bulgarorum principe.
 De Alexio Imperatore, post amissum imperium.
 De bello ab Imperatore Theodoro Lascari cum Asane gesto.

LIBER PRIMVS.

Historia cō-
 meudatio.



Historia cū
 cœlo & ter-
 ra comparat.

VM plerof-
 que veterū
 historico-
 rum, qui ad
 nostrā vsq;
 etatem fue-
 rūt, se ad res
 gestas mo-
 nimentis li-
 terarū im-
 mortalita-
 ti mandan-
 das, diuini-
 tūs impulsos esse profiteri, è crebra illorum le-
 ctione cognouissim: aliquandiu verba illa ex am-
 bitione atq; ab inani ostentatione profecta esse
 iudicauim. Post verò, acuti veritatis inspectores vi-
 ri illi, res ipsa verò Dei opus esse mihi visa est,
 manu illorum instrumenti vice vtentis, quæ pa-
 rum, ac nihil potius (vt paucis dicam) à cœlo &
 terra, maximis & primis eius operibus, differret:
 quod quidē ad arcanā eius gloriæ prædicationē,
 quatenus eam assēqui licet, pertineret. Nam illa
 quidem, tanquam taciti præcones diuini opificij
 amplitudinis, sensuum duntaxat elicere testimo-
 nia non desistunt. Historia verò viuā & clara
 vox; & verè animatū ac vocale præconium, ad
 omnem pertinet posteritatem, quo velut in vni-
 uersitatis tabula quadam, tum res ab omni æuo
 gesta, tum naturæ rerum explicatio, quatenus eæ
 perceptæ ignoratæve sint: tum quibus aliis alij
 vel difficultatibus implicati, vel prosperis
 successibus diuinitūs ornati, ac præter omnem
 expectationem adiuti fuerint, posteris inspicien-
 dæ proponuntur. Ac (vt mea quidem fert opinio)
 cœlorum & terræ gloria hoc scripti genere illu-
 stratur, & magis explēdescit. Nam, sublata histo-
 ria, vnde scirent mortales, cœlum primo illo &
 immutabili motu agitarum, solem & lunam cæ-
 terasque stellas continenter proferre constanti
 & apta varietate, Deique gloriam noctes diē-

que perpetuò enarrare: terram verò immutabilē
 illam mutationem, qua ab initio prædita fuit,
 constanter retinere, ac eundem ortum atque in-
 teritum posteris omnibus denūciare: Quamob-
 rem si non maiori, pari certè admiratione cuius-
 uis cordati hominis digna est. Nā qua parte hu-
 ius mūdi opificij veluti mancum erat, quod è
 cœli machina affirmare ac persuadere nemo pos-
 sit, olim aequè genera hominum extitisse, quod è
 que illa fuissent, & quandiu durassent, & quid
 in vita egissent, quæque beneficia tum à Deo, tum
 à cœlo, tum à terra aliis atq; aliis tēporibus atque
 ætatibus accepissent, historia non id modò præ-
 stat: sed etiam lectores suos alio quodammodo
 vares reddit, quæ futura sunt, ex iis quæ præterierūt
 coniciunt. Iam, vt is qui in exigua & definita
 terræ parte habitat, orbis terrarum fines & extre-
 mitates, & peculiare gentium & locorum natu-
 ras, annorumque & temporum discrimina, quæ
 diuersis terræ partibus existunt, aliæque bona in-
 finita rorit: quis largitur hominibus, nisi vna hi-
 storia explicatio? His igitur de causis hoc genus
 eruditos nec magnopere diligo; nec magnifica-
 cio, qui Comici & Tragicis fabulis & laudatio-
 num blandimentis linguas acuerunt: sed eos po-
 tius, qui aut naturam rerum pro vitili sua inda-
 garunt: aut historias dispersas, & aliorum dicta
 factaque ad animi fortitudinem ac prudentiam
 spectantia, suo labore collecta, ad maximam po-
 steritatis vtilitatem ediderunt. Quorum admira-
 tio & æmulatio nos ad imitationem impulit, hu-
 iusque conatus mihi causa fuit. Quum autem id
 sit historiæ veritas, quod animantibus oculis
 hanc nos tanquam ducem in hoc opere sequi
 cū primis decet, duabus de causis, tum, ne ea res,
 quam veluti regulam & amissum posteris propo-
 nere statuimus, distorta & pernicioso motu
 afflicta videatur: tum, ne ansam iis præbeamus,
 qui ex paucis totum scriptum nostrum cavillati,
 & pro nugatorio traducere cupiunt. id quod no-
 stra ætate claris quibusdam viris viuēnit, qui
 A iij

Futura è
 præteritis di-
 uinantur.
 Historia or-
 bem terrarū
 & omnia se-
 cula per-
 agrat.

Natura rerū
 & hi-
 storia præci-
 pua in do-
 ctina laus.

Veri studiū
 proficitur.

Historici re-
 rum ignari.

quum in maxima rerum ignorantia vitam exegissent, atque ita ad historiam scribendam temerè accessissent, multis eam mendaciis ex inficitia contaminarunt, & omni utilitate spoliarunt: causamque probabilè dederunt, tam prudentissimo Imperatori Andronico Palæologo, eius singularem & acriter coarguendam (idque iis hominibus adhuc viventibus ac presentibus, quos illi plurimis mendaciis infamarunt) quam nobis concionis cuiusdam, quam ille me audiente habuit, inferebat, quod ad institutum nostram accommodata esse videretur.

Imperatoris Andronici Concio.

Historicis infectatio.

Maledica lingua.

Maledici calami.

Causa mendaciorum futilis.

SEPE (inquit) mecum ipse miratus sum, qui steteret, cum plerisque mortalium quietam & tranquillam prorsus agere vitam liceret, ac plurimos habere quibus admirationi essent, nullos verò penitus inimicos: ut ipsi ad quosvis profcindendos propensi, linguas improbas, futes & contumeliosas vltro exacerent: idque nulla sepe occasione data, quæ ad huiusmodi maledictam iurè illos incenderet. Illos verò magis etiã sum miratus, qui Imperatores simul & Patriarchas falsis maledictis incessere, ac impudenter profcindere audeat. Sed hi admiratione omnium maxima me affecerunt, qui tam falsa maledicta sua mandare literis non dubitarunt. Nam conuicia quæ lingua proferuntur, statim aura dissipantur: Quæ verò scribuntur, & libris imprimuntur, diutius & grauius eos quos lesere iniuria, premunt: autoritate à scriptura petita, & longo tempore se iactante. Ignoro autem vtrum, nec scio quæ gratia hæc facere studeant, aut cuius lucri spe in talia præcipitia incurrant. Nam siue vt singularem suam improbitatem expleant, aded falsa maledicta congerunt, malè faciunt ac turpiter admodum, suoque (quod aiunt) capiti nocent. Nã improbitatis suæ monumentum prædunt posteris, quod cum bene dicendo & celebranda veritate innocescere auditoribus licuisset, plaustris conuitorum in innocentes effundendis semetipsos traducere publicè maluerunt: haud secus ac si is, cui liceret in terra cõtinente beatè securèq; viuere, in Athlantici maris rēpestates ac fluctus vltro se conuiceret. Scelerū porro exempla scriptis suis proponere posteris, & interitus eorum sponte reum fieri: id verò quæ præcipitia non meretur, cum duplicibus aut triplicibus criminibus sese obstringant? Quas enim res vt insolitas ciuitatibus & improbatas, quam longissimè exterminaturi & abominaturi erant, eorum meru quibus & insectari & vrbibus eas exigere promptum esset, quemadmodum olim Athenis ex albo iudicum debebant per fraudem in scriptos & republica indignos: has iam cupidè amplectetur, vt & ab aliis antè factas ac probatas, & à consuetudine non abhorrentes. Solent enim homines quorūmvis criminum rei, suam imitationem ad exempla veterum referre, vt causam habeant inuehendi in eos qui illa arguere instituerint. Siue igitur hac de causa ita cõiciantur & mēriantur, multum fallitur siue ob diurnitatem scriptorum suorum, etiam sic procul à scopo aberrant, infirmis rationum suarum iactis fundamentis. Sciūt

illi quidē forsitan, vulgi aures insectatione aliorum quam collaudatione magis delectari, ac iniurias quam rectè facta libentius legi, quamuis illas prolixa mendacia venditent, hæc verò lux veritatis antecedar: eoque sic historias suas componunt, vt ij qui multis seculis post futuri sunt, eas longissimo tempore cum voluptate legant. Nec in hoc vel iustitia præsidem animis intuentur vel æqua & recta iudicia honorum virorum reuerentur. Quæ res non aded illis obest quos vituperant, quam ipsis obrectatoribus. quod & homines cordati malis suspicionibus aduersus illos cõceptis, quæ mille probis scitent, eos inter improbos perpetuè numerabunt: & Deus iustitia præses, linguas eorum grauioribus penis persequetur. Atque etiam interdum ex ignorantia veri & imperitia rerum, quæ à quouis audierint, priusquam expendant, sine probabiliã & veritati consentanea, an verò absurda, & ab ea prorsus abhorreant, sic illas chartis inuolunt, ac memoriæ mandant, easque causas afferunt quæ nullæ sunt, & ea dicunt quæ neq; facta sunt, neq; omnino fieri possunt: quales esse Platonis ideas accepimus & tragelaphos ex indicis montis in Asia narrari ab iis qui figmenta figmentis cumulant, vt maiorem in animis auditorum admirationem excitent. Quapropter huiusmodi portenta scriptorum nostræ ætatis, quoad potero, coarguam: qui nec acibus ingenii præditi, nec in republica versati sunt, vnde iudicium gerendarum rerum peterent, vsu & experientia partum: qua multas etiam legnes naturas velut è somno tandem excitari videmus, & vrbano reddi, vt inter eos numerentur qui prudentia pollent, & aliorum consuetudine linguas excoluerunt, id quod sit ciuilibus quæstionibus pro tēpore propositis: sed illa immatura ætate perperam descripserunt, & in ocio atque exercitatione literaria multis annis consumptis, veluti surdis auribus res quolibet tēpore gestas præteruerti, omnem ætatem exegerunt.

Quod si rem non tam ineptè tractassent, minus esset illis succensendum. Vsq; aded tenebris & angulis digni illi homines, nullo ingenio, nulla dexteritate, ad eloquentiæ exercitacionem sese contulerunt. Omnis enim scientiæ & artis perfectio, tanquam fundamento & basi, ingenio innititur. Quod sanum si fuerit, magnum adfert ad rem ritè conficiendam adiumentum: veluti ferrum & as, quod fabro facilè cedit. Sin illud infirmum fuerit, scientiæ doctrinæque fundamentum labascit ac corrui. Id quod bonis istis viris accidit, qui ferè seignibus & inertibus ingenii præditi, si quid ex institutione doctrinæ consecuti sunt, caducum tamen illud & maximis vitiiis inquinatum protulerunt. Ego verò quosdam veterum sapientum dixisse audio, iis qui ad scribendum adiecerint animum, bonos pictores esse imitandos: qui si archetypum aliquo naturæ vicio laboret, siue excessu siue defectu partium corporis: non id totum in pictura imaginis exprimunt, sed alicubi quidem ad similitudinem ostendendam inserunt: alicubi verò prætereunt, ne vel perpetua sit imaginis deformitas, vel naturæ probum quoddam oculis semper obseruetur, ac dicacibus hominibus ioci derisusque materiam præbeat.

Obvitiatio res vulgo grati.

Historia ex numeribus.

Idea, trage lapli.

Scriptores hebetes & imperiti.

Ingenium doctrinæ fundamentum.

Historico p̄stor imitatus.

Occupatio, ne ex affectu scribere videatur.

Nilus, Antipodes, Antioeci.

Resutationi vanitatis differet.

Initium hispaniæ à capta vrbe.

Byzantini imperij initium.

præbeat. At præclari isti, vel ignari, vel inimici veritatis, tantum abest vt aliquid verorum errorum silentio dissimularint, vt etiam multa quæ nec dicta nec facta fuere, literis mādariant. Aded acerbi & petulantes veritatis hostes extiterunt. In quas verò salebras non inciderent, qui ea scribenda suscipiunt, quæ nec ipsi viderunt, nec ex iis qui res gesserunt aut viderunt, audire studuerunt: sed ea portenta, quæ in prostibulis ebria lingua, aut à delictis aniculis referuntur. Ceterum, eos linguas suas nō contra nos exacuisse, nec res nostras permiscuisse, aut contra veritatem nostram armasse: liber eorum ostendet, qui multis in locis, sparsim laudes quoque nostras complectitur. Quæ res claro & illustri testimonio me ab omni suspitione vindicabit: ne quisquam putet, vindictæ causa hæc à me scribi, & si quid veri in iis infit, aboleri: cum ea causa abundè sublata sit, quæ talem opinionem confirmare queat. Sed amor & veritatis, & eorum qui cõtumelia afficiuntur, huc me protexit. Nã illam veluti relegatam esse indignor: & his iniuriam fieri, ferre non possum. Ac omnia recensere & refutare, munus eorum fuerit, qui abundantes ocio, in literis consenscunt: præsertim, cum ea quæ illi scripserunt, falsa esse omnia non dixerimus (id enim crimen ne iis quidem facilè impingi queat, qui se Nili fontes ipsectasse gloriantur: aut iis, qui Antipodes & Antæcos, quicumque illi sunt, scriptis suis infundunt) sed cum multa variæque sint illorum mendacia, paucam, eaque quorum adhuc testes supersunt, è multis selecta, iudice veritate, nos euidenter confutabimus.

Imperator igitur, cum ad hunc suæ concionis locum peruenisset, in resutando multus fuit: iis testibus productis, qui à scriptore corrupta & deprauata, suis corporibus gesserant. Nos verò eam orationem differemus eò vsque, dum & nobis eadem res explicandæ erunt. Institutam autem historiam, à capta (proh dolor) à Latinis Imperatrice vrbe, auspicabimur: & ea quæ quamuis ante nostram ætatem acciderint, à natu maximis tamen nostra ætate viris accepimus, breuiter exponemus: cum quod plerumque ab aliis quoque tractata sunt: tum, nec ubi nos quoque mendacij arguamur, qui ea subtilius & accuratius persequi conemur, quæ ipsi coram non vidimus.

INITIVM HISTORIÆ ea complectens, quæ captam Constantinopolim sunt consecuta.

CONSTANTINOPOLI à Latinis capta, Romanorumque principatu, instar nauigijmagni, à ventis & decumanis fluctibus comprehensi, in plurimas partes & frustra discepto, alius alibi, quocumque fors tulit, regnavit: donec vix tandem Theodorus Lascaris ad Nicæam metropolim trigesimo ætatis suæ anno Imperator est designatus.

IMPERIVM THEODORI Lascaris.

TVM enim alij victi, alij supplices, vltro se ad illum contulerunt: præter cum qui Colchidem tenuit Alexium Comnenum, & qui in Europa Thessaliæ potius est, & quam veterem Imperium nominarunt. Is erat ex Angelorum familia Comnenus Michael. Hi enim ab vrbe Imperatrice longissimè remoti, & fines Romano Imperio ex diametro (vt ita dicam) oppositos fortiti, locorumque munitionibus freti, tyrannico more sibi Imperium vendicarunt: idque in hunc vsque diem, liberis ac nepotibus suis veluti patrimonium tradere potuerunt. Quum enim Latini verno tempore vrbem expugnassent, Imperium tripartitè inter se diuiserunt: Flandriæ Comes Balduinus, & Plea Comes Doloicus. solus verò Montisferrati Marchio Thessalonice & adiacentium locorum rex est declaratus. Imperator autem ex eis Byzantij Balduinus creatus, statim contra Occidentales vrbes, quæ sparsim in Thracia sunt, mouit, easque celerimè deditione cepit: Montisferrati autem Marchio Thessalonice vsque progressus, eaque potius, facillimè instar incendij inde omnes vltiores pagos & vrbes est peruagatus, donec ipsam Peloponnesum ingrederetur. Ac illo quidem anno res Latinorum secundo cursu processerunt, aded vt nulla Romanis Imperij recuperandi spes relinqueretur. Itaque vere appetente, Latinorum copiæ in Orientem traicere, vnà cum ipso Balduino parabant. Ac forsitan traicissent, & Romanorum reliquias internecione deleuissent, nisi de repente veluti magni tonitrus fragor, Bulgari motus terror imperum illorum retardasset.

DE ASSONIO ANNE, principe Bulgarorum.

NAM primi Afanis frater & successor Ioannes, delectu ex omnibus Bulgaris habito, & non paruis Scytharum copiis, qui Boreales Istri partes accolunt, conductis, occasione sibi oblatam ratus est Thracios pagos & vrbes opprimendi, re Romana vehementer turbata & afflictæ: Latinis autem, rebus grauioribus distractis. Vnde necessitate coacti, suas omnes copias reuocare decreuerunt Balduinus & qui cum eo partiti erant Imperium, ac vsque ad Orestiadis planiciem celeriter progredi. Quo facto, exercitus illustri pugna conflixerunt, longo tempore fortiter vtrunque dimicantes: donec tandem Barbari cesserunt, haud scio an quod Latinorum grauem armaturam sustinere non possent, an verò quod de industria illos in insidias pertrahere vellent: id quod probabilis est. Nam cum eos Latini longissimè persecuti essent, Scytæ ex insidiis confurgunt: & Bulgari velut ex composito conuersi, hostes præter omnem expectationem circumuentos, sagittis & iaculis strenuè confixerunt: & terra sanguine & cadaveribus repleta ingentem Latinorum stragem ediderunt: qui ob pondus armorum, continentes Scytharum incurfiones & circuitus, & expeditissimas excursiones tolerare non poterant. Nonnullos etiam viuos ceperunt: inter quos

Roguli, qui Lascarim deseperant.

Latini vt diuiserunt Imperium.

Balduinus.

Marchio Montisferrati.

Bulgari Latini ab Oriente abstrahunt.

Latini præcipiti à Bulgari.

Baldwinus captus. Plea Comitum & Dandulini interitus. Bulgari Thraciam & Macedoniam vastarunt.

quos & Baldwinus fuit. Nam Doloicus Plea Comeres in acie ceciderat. Venetiarum verò dux Henricus Dandulus, cum per paucis fuga elapsus, non multo post ex acceptis in pugna vulneribus decessit. Bulgarorum verò Scytarumque multitudine, Latinorum opulencia gustata, ac curibus splendidis potita, strenuè ad vitiora pergebant, resistente nemine. Quare Thraciarum urbium alia vitro ad Ioannem se conferebant: pleraque verò vi expugnata & direpta sunt moribus solo aequatis. Sic Ioanes omnia facile Thessalonicam, & in Macedoniam vsque peruagatus, pagos, oppida, castella, propemodum Scytharum (quod aiunt) solitudinem effecit.

DE IMPERATORE ALEXIO, qui Imperio excederat.

Alexius bis captus prima us degit.

Ceterum Alexius Imperator cum Latinorum metu clam Byzantio profugisset, dum in Tracia vagatur, & ipse à Montisferrati marchionie capitur: & opibus quas secum ferebat, spoliatus, nudusque dimissus, longo tempore circa Achaia & Peloponnesum oberrauit. Tandem cognouerunt generum suum Theodorum Lascarium in Oriente rerum potiti, quae Romanae ditionis essent: nec Bithynia tantum & ore maritima prouinciarum, quae non late paterent, sed iam in mediterranea quoque longissime progredi, ac tenere quae initio à meridie sumpto à Caria & Meandro fluuio, versus Septemtrionem ad Gallaticum Pontum, & ipsam vsque Cappadociam pertinerent: non gratias egit humanitati & beneficentiae Diuinae, quae multiplices Imperij tempestates sedasset, & in salutarem portum praeter omnem expectationem perduxisset eos qui à Latinorum fluctibus enataissent, ipsique maximi solatii spem ac diuturni erroris multorumque laborum requie ostendisset: sed rem grauius ferebat, animo inuidia & amulatione aestuante: & vt paucis complectar, ad pugnam & cognati sanguinis effusionem sese offerebat. Itaque per mare Aegaeum Asiam ingressus, clam Turcarum principem Iathatinem, qui tum in Attali vrbe degebat, supplex miserabili habitu adit, vt Imperium sibi restitueret orans, & veterem amicitiam illi in memoria reuocans, praeteraque aceruos pecuniarum pollicens.

Iathatines Turcus Alexium adinuat.

At Barbarus cum hac pollicitatione illectus, tum caetera manubiarum emolumenta, quae externos hostes oppugnantibus proposita essent, animo complexus, simul & copias suas conuocauit: & legatos qui atrocissima quaeque minarentur, ad Theodorum Imperatorem mittit, nisi Alexio socero statim solio Imperatorio cederet. Is vero principio eo nuncio perturbatus est: sed statim resumpta fiducia, & spe sua in Deo collocata, legatos in seclatè dimittit: ac in bellum intentus, exercitum contrahit, longè sanè Persico minore, si numerum spectes, & ad confligendum imparem: Diuina verò ope adiuncta, maximo interuallo maiore Barbarus igitur cum omnibus & pedestribus & equestribus copiis Antiochia ad Menandrum sitam obsidet, ea spe illa capta caeteris totius Imperij Romani urbibus facile se potiturum esse: adducto secum Imperatore Alexio, quo facilius ea quae vellet, consequeretur. Impe-

Antiochia ad Menandrum.

ator verò sibi non cessandum ratus, nec Barbarorum impressionem expectandam, illorumve potius quam suae commoditati seruiendum (audaciores enim fore, si illa subacta, spoliis ditarentur: simulque inuicta arce contra Romanos illa vrbe vsuros) summa celeritate aduersus illos ducit, quum bis mille equitibus nihil amplius haberet: quorum octingentos fuisse Latinos ferunt, viros lectissimos & bellicosissimos. Superatis autem tertio die montis Olympi angustiis, quae in maximam porrecta longitudinem, Bithyniam & Phrygiam vtramque determinant, illa versus Septemtrionem declinate, his versus Meridiem & austrum sitis: quod, die vndecimo quum peruenisset, Caystrum traiecit. Quare aduersus eius minime expectatus, Barbarum maxime percussit: ambiguumque reddidit, somniumne an rem veram audiret? Perinde enim erat, ac si leo & dentibus & vnguibus exarmatus, magno impetu in turbam vsorum & luporum irrueret. Norat enim Persa Romano Imperio non ita pridem in sexcenta frustra discerto, aliisque dissipatis aliis à Latinis caesis, reliquias aut prorsus esse nullas, aut per exiguas, quae vix millenarium numerum complerent. Vnde factum, vt anceps animi, expeditionis Imperatoriae famam nunc pro somnio haberet: nunc audacia simul & impetus celeritate leuitati ac dementiae tribueret. Tamen res non negligenda visa est: quod exiguum interdum malum neglectum, ingens periculum peperisset: & parua copia celeritate & festinatione saepe magnos exercitus, ob socordiam, officique neglectum, superassent. Itaque omni & leui & graui armatura in vnum contracta, quae à vngenti millibus numero parum admodum aberat, instructaque acie, Imperatoris aggressionem expectabat: atque quidem ille ferens ita cecidisse, vt angustus & equis incommodus esset praelij committendi locus, magnoque exercitu tam infestus, quam paucis opportunus: pugnam tamen haud recusauit.

Lascaris parvus copiis Turcos vincit.

Mons Olympus.

Lascaris aduentus Lathatini inexpectatus.

Augusti Turcis incommodus.

DE PUGNA THEODORI IMPERATORIS, & SULTANI.

ADCCC Imperatoris Latini conglobati, ininitio media hostium phalange insigni fortitudine perrupta, caesisque resistentibus, ad extremum vsque agmen penetrarunt: rursusque conuersi, tanta alacritate dimicauerunt, vt iam & funditores & sagittarii Persarum, quod cominus pugnabatur, inuiles essent. Sed nec Imperatorij milites cessabant: quin & ipsi hostiles legiones seorsum aggressi, fortia facinora edebant: donec hostes vnanimi consensu, clamore sublato, impetu in Latinos fecerunt: atque in medio circumuentos, multitudine freti, non sine magna strage suorum, ceciderunt. Deinde nostros aggressi, alios occiderunt: alios profligarunt. Ac Turcorum dux Sultanus Iathatines, omnibus omisissis & praeteritis, ipsum quarebat Imperatorem: illumque, viam patefacta via magnitudine & robore corporis superbus, inuadit, grauemque ictum infligit. Imperator verò primo ictu non tolerato, sed vertigine oborta, ex equo delabatur. Neque verò Deus, semel restituere mortuum Romanorum imperium volens, cunctari poterat. Quare illum è lacu miserie

Iathatines à Lascaris occiditur.

miseria & è salebris eductum, in rupe collocauit, vt is qui modò instar mortui, ex equo deciderat, veluti furore quodam diuinoque impetu concitatus, praeter omnem opinionem exitium in Barbari caput conuerteret. Stricto enim ense, Barbari equi pedes anteriores facile demerit: prostratoque Sultano, caput amputat: eoque hasta in altum elato, & Barbaris exercitibus ostentato, Romanorum salutis & permanens dux & autor extitit, adiutore Deo, rerum omnium earumque vires humanas superat moderatore. Nam Barbari metu & tremore correpti, effulse fugiebant. Imperator verò mirabiliter magnis illis periculis ereptus, maiorque miraculo victoria potitus, triumphans Antiochiam ingreditur, ex intimo pectore gratias agens Deo. Barbari autem statim missi edum legatis, pacem petunt, atque impetrant: non qualem ipsi cupiebant, sed quae Imperatori optatissima esset. Qui & socerum suum, Imperatorem Alexium, in hostili exercitu comprehensum, Nicæamque perductum, priuatique hominis habitu indutum, liberaliter habet, omnia necessaria suppeditas. Interim coniuge mortua, Imperator confobrinam Roberti, qui tum Byzantij regnabat, uxorem ducit: quam & ipsam non diu in matrimonio habuit, nec ex ea liberos suscepit, siue quoddam natura sterilis esset, siue quod immaturus Imperatoris obitus ei pariendi tempus negauit, triennio post defuncti.

Pax Turcis conceditur.

Alexius.

Lascaris uxores.

NICEPHORI GREGORÆ HISTORIAE ROMANAE LIBER SECUNDUS: quo & Imperij Lascaris finis, & Imperij Ioannis initium continentur.

CAPITA LIBRI II.

- Finis Imperij Lascaris, & Ioannis Ducae initium. De Theodoro Angelo, Thessaliae principe. De archiepiscopatu Bulgariae, quae & Achris appellatur. De iunioris Asanae Ioanne, Bulgariae principe. De naualibus Ducae Ioannis copiis. De matrimonio filij Imperatoris, & filiae Asanis. De Scythis. De Scytharum in Asiam & Europam irruptione. De Scytharum in Asiam irruptione. De legatione Turcorum ad Imperatorem & fame eorum. De Irene Imperatrice, ex equo precipitata. De secundis Imperatoris nuptiis, defuncta Irene Augusta. De Expeditione Imperatoris contra Michaelem Thessalum. De morbo & obitu Imperatoris Ioannis Ducae.

Lascaris elegit.

ctus, & plurimis praелиis spectatus, plurimasque vrbes, pulcherrimis aedificiis magnisque sumptibus, ad retardandum & repellendum Latinorum impetum instaurauit. Caeterum rebus intempestiue aggrediendis, laudem illam adulterabat. At Ioannes Ducas, gener & successor eius, vir magno ingenio, animique constantia & morum grauitate insignis, Imperium pulcherrime gerebat atque ornabat: remque Romanam & legiones breui tempore plurimum auxit, vt vtraque postulabant, nec antequam confuleret quicquam agendo: nec vbi consulisset, quicquam negligendo: sed omnia certa lege ac modo, subque tempore administrando. Ac haud ab re dici queat, illud Tempus Theodori Imperatoris celeritatem postulasse, eamque praestitisse: insequutum verò tempus, Imperatoris Ioannis grauitatem: proinde non defuisse. Nam DOMINVS, qui ex iis quae nihil sunt, aliquid facit, tales inuenit viros, quales requirebantur, quum perditum & extinctum excitare vellet Romanorum principatum. Caeterum iis temporibus Byzantij regnabat Robertus, Herici paulo ante mortui ex fratre nepos. Ad hunc Alexius & Isaacius, inuidia & amulatione aestuantes, quod successores Imperij designati non essent, Imperatorio sanguini coniunctiores, quam per affinitatem ascitus Ioannes, se contulerunt: & largitionibus ac pollicitationibus coacto exercitu, quantus Roberto tum erat (qui quidem erat maximus, & non aspernandus, siue armorum genus, siue bellica fortitudo spectaretur) Ioannem Imperio deiecturi forsitan, idque sibi vendicaturi, bello petunt: profectique in Asiam, classe ad Lampfacum relicta, vnus die iter in mediterranea progressi, quae paulo ante Hericus rex Latinis subiecerat, Imperatori cum Romanis copiis aduentanti occurrunt: ac riteque praelio facto, acie victi, eas etiam vrbes amittunt, quae tum eis in Asia parebant: ac mox Latinae seruitutis iugo excusso; ad Imperatorem vitro sese contulerunt.

Ioannis Ducae elogium.

Robertus Byzantius & Alexius & Isaacius Lascaris fratres suum inueniunt.

DE ANGELO THEODORO, Thessaliae principe.

Interim è Thessalicis barathris nouum existit malum Michaelis Angeli frater Theodorus. suscepro enim illius defuncti principatu, vir acer, & ad res nouas molendas ingeniosus, & plura subinde appetens, longè lateque fines propagauit. Quotquot enim Occidentales vrbes paulò ante Latinorum regno seruiant, eas omnes, inde sumpto initio, facillimè vicit, sibi que adiuxit: donec amplissimam & totius Macedoniae principem ciuitatem Thessalonicam subegit. Marchione tum in patriam Longobardiam profecto: statimque sibi regium nomè asciscit, ac Regio more à Bulgariae archiepiscopo inungitur. Nam olim Iustinianus Imperator eam prouinciã, è qua oriundus erat, cum aliis multis rebus ornarat, tum primum Iustinianam appellauerat, atque etiã perpetua libertate donarat: eo tamen excepto, ne eius archiepiscopi Romanorum Imperatores inungerent, quae prerogatiua legibus, aliis est concessa. Verum Angeli iam rerum per vim potiti, metu, & archiepiscopi illius simplicitate, ad tantam

Theodorus Angelus regium nomè asciscit.

tam absurditatem res deuoluta est. Nunc, vnde locus is Bulgaria nomen sit adeptus, explicabo.

DE BVLGARIE ARCHIEPI- scopatu, quæ & Achris appellatur.

Bulga stina.

Bulgari & Scythia orinandi. Iconomachia. moribus.

Iustiniana prima.

Basilii & Constantini.

Macedonia & Thracia vasilias.

Angeli Theodori excacatio.

TRANS Istrum versus Septentrionem locus est, quem fluius non exiguus, ab incolis Bulgaria dictus interfuit: vnde & ipsi Bulgarorum nomen obtinuerunt, cum à prima origine Scythæ essent. Tandem patria cum vxoribus & liberis relicta, qua tempestate Iconomachia moribus pios infestabat, innumerable multitudinem Istru traiciunt: & vtramque Mysiam peruagati, & obuia quæq; populati ac prædati, locustarum aut fulminis instar Macedoniam cum vltiore Illyria occupat, loci vberitate illecti, ac regia sedes eorum deinceps vrbs ea esse cepit, quam Iustinianus Imp. archiepiscopus honore, primæq; (vt diximus) Iustinianæ nomine ornauit. Post appellationem gentis illius vulgata, locus ipse Bulgaria dictus est, & Bulgaria metropolis prima Iustiniana. Multo autem post Basilii Imp. qui à eade illius populi Bulgarotonus cognominatur, hos post multa prælia penitus attriuit, & subegit: ac eos qui superferunt, patria exterminatos, in Mysia inferiorem ad Istrum transtulit, nomen tamen, velut aliud quoddam monumētum, in archiepiscopatu hæsit. Sed ad institutum redeamus. Angelus Theodorus, rex, vt dictum est, declaratus, ordine progrediendo, & euagando, & alios atq; alios limites superando, agros vastabat, ad ipsas vsque Byzantij portas, nemine prorsus resistente. Nam Macedonia & Thraciæ vrbes protius exhausta erant, crebris atque atrocibus exiguo tempore excidiis vexata, nunc à Latinis, nunc à Bulgariis & Scythis. Quid enim non fecissent gens sanguinaria Scythæ, Christianis crudeliter oppressis? Latini verò Scythis adeo Clementiores non fuerunt, vt illorum immanitatem longo interuallo superarint. Neque semel miseri illi ab vtraque gente crudeliter capti fuerunt, sed bis & ter, & sæpius. Tum verò Angeli grassatio, si quid reliqui fuit, hoc ferè totum absumpsit. Itaque domos euersas, mœnia diruta, Lemnia mala, Troianas nœnias, omnis denique generis malorum spectaculum videres.

DE IUNIORE ASSANE Ioanne.

HIS temporibus Bulgaria Imperabat primi Assanis filius Ioannes. Is cum Angelum Theodorum ne Bulgaricis quidem rebus abstinere velle cereretur, sed iam illis quoque infestum imminere: Scythicis auxiliis accersitis, acre cum illo prælium committit, illique victo & capto, oculos effodit: vindicta tandem illum adepta, tum ob ludibrio habitam Imperatoriam maiestatem, cuius sibi nomen vsurparat: tum quod populares suos Bulgaricis impressionibus afflictos, & deplorandis malis affectos, adeo non miseratus fuerat, vt etiam calamitates calamitatibus, cædes cædibus cumuleret.

DE NEPALIBVS IMPERATORIS COPIS.

IAM verò & Imperator Ioannes, singulari diligentia & dexteritate ingenij, Imperij Romani vires multum auxerat. Nam haud paucis longis nauibus, quas adificarat, ad Aegæi maris insulas missis, eas omnes breui tempore capit: Lesbum, Chium, Samum, Icarium, Con, quæque his finitimæ sunt, nec his contentus, Rhodi etiam potitur. Quum verò Imperatoria classis ita mare obtineret, & in Asia Persici exercitus quiesceret, Latinorum verò vires paulatim minuerentur: iam Imperator arma ex Asia etiam in Europam transferre constituit, vt miseræ vrbes à Bulgariis & Italica manu liberaret. Igitur appetente vere transiit Hellesponto, Chersonesum in primis inuadit. Deinde finitimam regionem vastat & incendit, ad perterrefaciendos Latinos qui Castellorum arces tuebantur. Cepitque plurimas vrbes maritimas, Calliopolim, Sestum, & Cardiam, ceterasque illis vicinas, partim vi & machinis, partim deditione.

DE AFFINITATE INTER Assanis filiam, & filium Imperatoris.

IMPERATORE his rebus occupato, è Bulgaria legati veniunt, tum pacis expectandæ causa: tum Theodori filia nuptias offerrent. Quem nuncium lætus accipit Imperator. Nolebat enim, aliis grauioribus negociis distractus, illum aduersarium habere, Scythis trans Istrum adeo vicinum, illisque aciculis quoties libitum esset irruentem, & torrentis in morem obuia quæque secum abripientem. Hac igitur de causa legatio statim rata fuit, simulque affinitas. Congressi ergo circa Chersonesum Imperator & Assan, Helenam Assanis filiam decem annos natam, Imperatoris filio impuberi adhuc, Theodoro Lascari iuniori, despondent. Tunc etiam Ternobi episcopus libertatem perpetuam impetrat, cum ad id vsque tempus prime Iustinianæ archiepiscopo, propter veterem illius gentis cognationem, paruisset. Imperator verò secuta æstate Thracias & Macedonicas vrbes circuit, ab ipsis (vt ita dicam) Byzantinis portis auspiciatus: & ad Strymonem vsque progressus, omnes autè in initio recuperat: & sic, omnibus quæ voluerat expeditis, Nicæam recedit, militibus domum ad hybernandum dimissis. Postquam autem ad hunc historia locum ventum est, non prætereundi silentio visi sunt Scythæ, qui his temporibus Assan & Europam sunt peruagati. Nam progressu orationis sæpe res illorum commemoranda erunt. Quare breuiter, qui & vnde sint, pro virili explicandum est, & veluti via planior municienda, ad ea quæ sequentur intelligenda: ne scia quæ ipsi scimus, iis qui nesciunt, quasi scirent, narando, in errore illos inducamus: & subinde aliò atque aliò respicere cogamus, veluti canes venatici, qui leporibus indagandis nares ad alia atque alia vestigia transferunt.

DE SCYTHIS

Homerus de Scythis.

Auaritia febri similis.

Cimmerij Scythæ. Cimbri. Teuthones.

Scythæ Septentrionalis terror.

Scythæ peregrinos mores adsciscunt.

SCYTHARUM gens est populosissima, magis versus Septentrionem habitans, quam vllæ alia nostri orbis: & quamuis non prorsus Attico polo subiecta, in eo tamen sita parallelo, qui maximè versus Septentrionem porrigitur: vt & veteres historici nobis tradiderunt, & nos quantum licuit diuturna experientia comperimus. Hos lactiuoros & inopes, & mortalium iustissimos appellauit Homerus. Apud eos enim, neque coquorum cupiditas, nec superuacaneæ mensarum delicia: vinearum autem agrorumque cultum, ne per somnium quidem vnquam viderunt. victum illis facilem & expeditum præbent, sponte nata terra herba, & sanguis ac carnes iumentorum, aliarumque pecudum ferarumque & volucrum venatus: vestem nulla arte confectam, animalium pelles. Argentum verò, aurum, margaritæ, ceteraque gemmæ, non pluris sunt quam puluis. Nulli ibi solennes ludj, nulla ambitiosa spectacula, nulla disceptationes de naualibus, trierarchis & legibus agrariis: sed, quod ad hæc quidem attinet, pacata omnia, & vita seditionum expers. Vt enim febres quæ humana corpora infestant, è materia oriuntur, ac tandiu vigent, quandiu illa præstò est: cum verò & inedia diuturna, & potionibus medicorum prauis humoribus consumpti fuerint, statim & febris desinit, & vires paulatim corporis redeunt: sic etiam apud illam gentem, cum ea res non sint, è quibus lites & contentiones oriuntur, mutuaque insidia & cædes suscipiuntur, neque iudiciis, neque curiis, neque legum recitationibus est opus: ac ne eloquentia quidem verborumque argutia ac perplexa inuentiones locum habent: sed innata quedam iustitia illos regit, & haud inuidenda libertas. Quibus de causis & Homerus eos mortalium iustissimos nominauit: appellationem verò eorum scriptores veteres nobis variè tradiderunt. Nam Homerus Cimmerios eos vocat: Herodorus verò, Persicæ historia autor, Scythas diuersos: Plutarchus Cheroneus, Cimbros & Teuthones: non ille quidem suapte auctoritate, sed tamen nominat velut ambigens, ac ipse sibi diffidens. Nam propriam suam appellationem, ipsi vtique sua lingua norunt. Qui verò Græcis nominibus eos appellant, aliàs aliter, suo quique arbitratu, illos vocant: qui torrentis instar, in nostras prouincias irruentes, aliàs alia loca occupant. Vt enim terrores de cælo sæpe hominibus à Deo inçutiuntur, vt fulmina, incendia, & crebri imbres: sæpe è terra, vt typhones & nymbi: ita hi à Deo asseruantur, Septentrionales & Hyperborei terrores, vt pro alia pœna, quando & quibus prouidentia visum fuerit, immittantur. Horum aliqui patriis sedibus relicti, multas prouincias vastarunt, plurimisque gentes iugo seruitutis subdidierunt: non secus ac magni maris sinus per deliua effusus, omnia ad quæ pertineret, inundaret ac profterneret. Cæterum cum inde nudi atque inermes exierint, mutata victus ratione, mores eorum imitantur, apud quos confederunt. quemadmodum è maximis orta montibus

flumina, quæ in mare influunt, potabilem suam aquam non statim in littore in saluginem conuertunt: sed in longo tractu maris, naturam suam retinent, donec copiosioribus vndis victa, eam mutarint. sic ij qui proximè veterem Scythiam confederunt, nomen pristinum inuiolatum conseruant. nam & ipsi Scythæ appellantur: & terra quæ eos alit, Scythia dicitur. Cuiusmodi sunt, qui cum vltra Tanais fontes, & ad ipsum Tanaim olim habitassent, in Europam effusi, Mæotidis paludis latera ad occasum spectantia occuparunt. Deinde multis seculis post alij, vt ex amplissima regione prima Scythia auulsi, in duas partes sunt diuisi: quarum vna Sarmatis Asianis euerfis, ad Caspium vsque mare excurrit: qui patrij nominis etiam oblitj, Sarmatæ Massagetae, & Melanclæni à nigro vestitu, atque Amazones vocabantur: quæque singula ab eis domita gentes nomina sortita fuerant, eadem & illi assumperunt propter illarum mores & ritus ascitot. Alteri verò versus Europam profecti, & omnem Oceanum oram peruagati, Sarmatarum & Germanorum nomina sibi vendicarunt. Denique in Galliam quòque impressione facta, cæque subacta, Celtæ & Galatæ siue Galli sunt appellati: vt Cimbros & Teuthones taceam, qui multo post Alpibus superatis, cum innumerabili multitudine, vxoribus & liberis etiam adductis, Italiam ingressi, vix illi quidem, sed tamen casti sunt à Romanis exercitiis, Caij Marij & Lucatij Catuli consulum ductu atque auspiciis. Quid multa? Cum in ipsam Africam sæpe penetrarint, & Herculeo freto traiccto, Hispanos subegerint. Nam quibus arma inferunt, eos plerunque vincunt, & alienis regionibus dominantur. Eorum verò patriam Scythiam nemo vnquam ab omni auro domuit. In causa est, quòd delicatam & luxu diffluentem vitam rationem ab initio perosi, nec frumentum edunt, nec vinum bibunt. Quamobrem neque terram arant, neque vineam vnquam coluerunt, neque alias fruges serunt, vnde interioris orbis incolæ victitant. Quæ cum Scythis, quippe assuetis, minimè graua, ac potius iucunda sint: hostibus eorum acerbissima essent, impedimenta plura quam arma adducentibus, & vbi castrametari sunt, mercatum omnis generis requirentibus ne quid vel ipsis vel iumentis desit. At illi expeditæ ac tenui vitæ assueti, facile quouis tempore bella suscipiunt, ac tridui iter sæpe vno die volucrum instar conficiunt: & alias atque alias ante famam aduentus sui terras occupant, nihil quidem secum adducentes, sed iis rebus omnibus instructi, quibus victoria facile pareretur. cæ sunt, multitudo eorum penè innumerabilis, agilitas corporum, ac celeritæ progressiones, & (quod hæc superat) mortis contemptus, & ferarum more rectus in aduersum hostem impetus.

DE SCYTHARVM IN Europam & Assan incursione.

SED ad historia seriem redeundum est. Nam cum Ioannes Ducas rerum iam potiretur,

maxima Scytharum multitudo ab Hyperbo-
reis effusa, ad Caspium mare descendit. In-
terim verò duce eorum Sitzichane defun-
cto, ambo eius filij, Chalaus & Telepugas,
exercituum principatum diuiserunt. Ac Cha-
laus Chaspia & Iaxarte fluuio lato & profundo,
qui è Scythicis montibus, ortus, Sogdia-
nam perfluens, in mare Caspium irrumpit,
ad Septentrionem relictis, per inferiorem A-
siam descendit. Sed differatur hoc: nam de
Europa prius est dicendum. Alter enim Sit-
zichanis filius Telepugas, limitibus imperij sui
constitutis, meridiem versus Caucaſi cacumi-
nibus, & deinceps mari Caspio, per Massa-
getarum & Sauromatharum terram proficiscitur:
nec eas tantum, sed omnes gentes quæ
Mæotidem paludem & Tanaim accolunt, sub-
igit. Deinde Tanais fontibus superatis, im-
petu aduersus Europæas gentes descendit: quæ
multæ ac varie sunt, nam quæ in mediterraneis
habitant, partes ac reliquæ sunt veterum
Scytharum, in pastores & aratores diuisæ:
quæ verò Mæotidi contemniuntur sunt, &
Ponti oram accolunt, Zinchi sunt, & Abasgi,
Gothi & Hamaxobij, Tauroscythæ &
Borysthenitæ: prætereaque Mysiam ad Istri
hostia tenent, qui hunni & Comani vocantur.
erant etiam qui se Scythas nominarent:
qui graui & intolerabili Scytharum impressio-
ne perterriti, mutandas sibi sedes cecluerunt.
Neque enim vllis satis fiducia ad resistendum
erat, sed omnes & vrbes & gentes trepidabant,
& velut spica in area terebantur. Vnde & hi
Scythico bello desperato, pellibus palea plen-
is pro ratibus vti, cum vxoribus & liberis
Istrum transferunt: nec breui Tempore in Thra-
cia oberrant, idoneam sibi coloniam qua-
runt, decem millibus haud pauciores. Sed
priusquam certam sedem legerent, Imperator
Ioannes magnificis muneribus, aliisque bene-
ficiis eos sibi adiungit: & ipsos etiam in Ro-
manas legiones refert, aliis alibi sedibus attribu-
tis, partim in Thracia & Macedonia, partim in
Asia ad Meandrum & Phrygium.

DE SCYTHARUM IN ASIAM
impressione.



Merum iam in Orientem est tran-
seundum, & ad transmontanos
illos Scythas veniendum: qui in
Asiam instar locustarum effusi,
propemodum vniuersam contur-
barunt & oppresserunt. Nam Caspijs angu-
stius superatis, Sogdiana à tergo relicta, & Ba-
ctrianis & Oxo Sogdo flumine, qui plurimis
illisque magnis fontibus augetur, ad radices ma-
gnorum montium progeſsi hybernarunt, vber-
tate illius regionis & præda antè parta fruentes.
Montes autem illi & plurimi sunt: & maximi:
qui quoddam vna quadam continenti serie cohæ-
rent, in vnum veluti montem constantur, qui
nomine communi Taurus dicitur, Asiam vni-
uersam exquisitè mediâ diuidit. Incipiunt il-
li ab Occasu, proximè Ægeum mare. Inde ve-

Sitzichanes
Chalaus.

Telepugas.

Scythæ in
Romanas le-
giones relati

Taurus
Caucasus.

rò exorſi, totam Asiam in duas partes fecant,
donec ad Subſolanum ventum iuxta ipsum O-
ceanum terminentur. Verè igitur, cum terra
graminibus & herbis refloretceret, relictis ad
Caucaſi radices hybernis, Scythæ maximorum
gregum aut armentorum instar montium cacu-
mina superant, & populos subiectos inua-
dunt: eòſque omnes prædati, in Indiam pen-
trant, quanta in vtramque ripam maximi flu-
uiorum Indi patet. Qua subacta, versus ortum
progredi desisterunt, ob asperitatem & æstum
loci: sed itinere in Arachosiam & Carmaniam
conuerso, gentibus illis facile subactis, ad Chal-
dæos & Arabes peruenerunt. Deinde ad Baby-
lonios & Assyrios transgressi, occupatæque Me-
sopotamia, amœnitate loci allecti, longos ibi
errores finiunt, tertio anno postquam Iaxar-
ten fluuium traiecerant: & à popularibus suis
auulsi, Asiam inferiorem sibi vendicarent. Sed
quemadmodum ignis denſo luco correpto, non
cum solum consumit, sed proxima quæque
etiâ facilè peruagatur: sic dux ille Scytharum,
totius Asia ad omnem humanam iu-
cunditatem optatissima sede sibi delecta, po-
stea non quietuit, neque, finitimis abstinuit: sed
tribunis suis & sacrapis aliò atque missis, Per-
sas primùm, & Parthos & Medos subigit. Deinde
per Armeniam maiorem ascendendo, ver-
sus Septentrionem ad Colchidem, & finiti-
mam illi Iberiam excurrit. Habebat porrò in
animo, sequentibus annis inferiorem quoque
Asiam peruagari, & Imperij sui limites litto-
ribus maris terminare. neque enim ferendum
esse, vt vlla gens suæ ditionis experta esset,
quæ per totam Asia continentem ad maria
vsque habitaret. Sed tum quietè ibi conside-
re decreuerunt, prouincijs, vrbibus ædibus,
prædijs amœnissimis & delicatissimis inter se
se distributis. Aurum verò, argentum, pecu-
niam, cæterasque delicias, quibus loca illa
abundant, cui vsui essent cum adhuc ignora-
rent, non secus ac lutum & sordes negligebant.
Natura enim necessaria in primis docet:
quæ si non desint, sed benignitate fortunæ
superſint, tum naturæ prouidentia veluti per
amulationem rursus excitatur ad ea deligenda,
quæ sensibus magis blandiantur. Quorum vbi
satietas cœperit, ad superuacanea desleat, per
ambages atque illecebras, varietatem & com-
positiones multiplices machinatur, & præsti-
gias quasdam arcanae voluptatis consecratur,
ne luxuriæ continuatio grauis & molesta fiat.
Ita hi quoque principio solis necessarijs, illisque
non affatim suppetentibus assueti: deinde in
tot amœnitatibus versati, quot Babylonio-
rum & Assyriorum confinia suppeditant, eas
non esse deserendas iudicarunt: sed repudia-
tis diuturnis illis laboribus, ibi deinceps con-
sistendum & acquiescendum esse. Vnde iis
gentibus quas inuasert, annua tributa im-
posuerunt: nec ex eo desistunt, eas exactio-
nibus & edictis pro mancipijs quotannis ex-
agitare, & velut oracula reddere, pro sua-
que libidine quiduis in illas decernere. Tan-
dem consuetudine & exultis moribus Assy-
riorum, Persarum & Chaldæorum mansuefa-
cti, ad

Scythæ in
Mesopota-
mia confi-
dent.

Necessitatē
luxus sequi-
tur.

Agricultura
& res pecu-
ria Roma-
nos recreat.

cti ad eorum religionem inclinarunt, patrio
numinis contempnito: illorūque mo-
res & instituta in vestibus, in sumptuoso victu,
cæterisque delicijs receperunt, tanta mutatio-
ne facta, vt cum prius caput crasso & promisso
pileo regerent, & reliqui vestitus omnis felici-
tas in pellibus animalium, & corijs illaboratis
consisteret, arma verò eis essent clauæ & fun-
dæ, hastæ, sagittæ & arcus, nullo confecta ar-
tificio, qualia quercus & sponte enata in syluis
& montibus arbores suppeditant: post, vestes
omnes sericas & auro intertextas vsurperunt.
Vique adeo luxuriare cœperunt, pristina vitæ
ratione, prorsus in contrarium mutata.

DE TYRCORVM LEGATIONE
ad Imperatorem.

Inter hæc Turcis, qui Asiam intra Euphra-
tem, & Arabibus, qui Cælesyriam & Phœ-
niciam tenent, non mediocriter perturbatis,
propter periculosa Scytharum vicinitatem:
Turcorum princeps legatos omni rei gerendæ
autoritate præditos, ad Imperatorem Ioannem
firmandæ pacis causa mittit, timens ne Scythic
co bello distractus, hostilem Romanorum ex-
ercitum à tergo haberet. Neque enim posse fe-
ri, quin principatu excideret, si Scytharum tan-
tum incurſionibus agræ resistens, ob gemina-
tum bellum vires suas partiri coereretur. Idem
& Imperatori gratum fuit, ac multis de causis
esse faciendum iam antè decretum: tum quòd
minimè vile aut facile, imò graue ac pernicio-
sum futurum esset, bellis Asianis & Europeis di-
stringi: tum, quòd firmissimum & optatissi-
mum vallum futuri essent, Turci inter bellum
Scythicum interiecti, commune periculum, for-
tissimorum propugnatorum aut scopulorum in-
star, quos alicubi natura marinis fluctibus obii-
cit, suis corporibus excepturi. His igitur de cau-
sis haud inuitus, & cupidè admodum fœdus
cum Turcis fecit: quod rem Romanam pluri-
mùm erexit, Metu enim & ærumnis diuturno-
rum bellorum liberati, possessiones & res suas
curandi ocium habuerunt. Nam Imperator
tantum terræ arationi & vineis plantandis ido-
neæ vsurpauit, quantum satis fore putabat ad
suam mensam, & ad eos sustentandos, quos
pro liberalitate ac perpetua benignitate sua fo-
uendos susceperat. Hi erant senes, pauperes, &
varijs afflictis morbis: quibus & domicilia assi-
gnauit, & curatores præfecit, qui & agros co-
lere, & vineas plantare scirent: ac quotannis
vberem frugum prouentum reposuit, atque e-
tiam armenta equorum & bouum ouium item
& porcorum greges, ac varia genera cicurum
auium parauit, vnde multiplicem singulis annis
prouentum percipiebat. Idem cæteris etiam
faciendi autor fuit, tam cognatis suis quam re-
liquæ nobilitati: vt cum domi quicque haberet
vnde viuere, neque plebeios & inopes per vim
opprimeret, & Romana Respublica omni ma-
leſici & crimine vacaret. Itaque paucis annis om-
nium & horrea & celle ferreæ frugibus & vino
conspiciebantur, & viæ ac plateæ & stabula &

mandræ pecoris multitudinem vix capiebant:
accedebant galinarum cæterarumque auium
greges.

DE FAME TYRCO-
rum.

Accidit autem illud etiam fœlici Romano-
rum fato, vt Turci famæ & maxima anno-
næ penuria conflictarentur, qua de causa plenæ
erant omnes viæ illius gentis hominum, mulie-
rum, viros, puerorum, aduentium & abeun-
tium è Romanis prouincijs: & omnes. Turco-
rum opes, argenti, auri, telæ, cæterarumque deli-
ciarum, ad Romanorum manus perueniebant.
Videres Magni præcij mercès exiguo frumento
commutari: tuæ quælibet auis, bos, hædus ma-
gno precio venibant. Eo pacto cum Romano-
rum ades celerrimè Barbaricis opibus afflue-
bant, tum fîcus Imperatoris pecunia redunda-
bat. Et vt rem omnem paucis expediam, cum
oua gallinarum quotannis collecta venderen-
tur, exiguo tempore tantum inde pecuniæ co-
actum est, vt Imperatrici corona gemmis &
margaritis preciosissimis distincta pararetur:
quam Imperator ex eo Quatam nominauit, quòd
de venditis ouis confecta esset. Ac vnum
hoc illius Imperatoris prouidentia specimen
est. Alterum illud, quòd cum videret, Roma-
nas diuitias in peregrinas ac sumptuosas vestes,
sericas, Assyrias, Babylonias atque Italicæ, va-
rio ac solerti artificio confectas effundi, decreto
sanxit, ne quis subditorum iis vteretur: nisi ipse,
quisquis esset, cum omni familia, in ordinem
cogi ac notari ignominia veller: sed iis conten-
ti essent, quas Romanæ prouinciæ ac manus
præberent. * Necessarium enim rerum vsus
immutabilis: & subditi quantum licet, princi-
pum sequuntur cupiditates: idque lex is est &
honor, quod principibus visum fuerit. Proinde
cernere erat, illa quoque breuissimo tempore
viliſſe: nobilitatis autem limites, Romanis ve-
stimentis definitos: & diuitias domo, quod aiunt,
domum ferri.

DE IMPERATRICE IRENE
ex equo precipitata.

Sed iam ad alia transeat oratio. Cum Impera-
trix filium Theodorum peperisset, accidit, cū
spectandæ venationis causa, cum marito Impera-
tore venisset, vt equo deiecta, per longum spa-
cium traheretur. Vnde læsa matrice, parere desit.
Cæterū ambo Imperiū grauitè & modestè ad-
ministrabant: summòque studio curabant, vt ius-
ticia & æquitas in vrbibus florent, auaritia
verò & rapinæ prohiberentur. Etiam templa
elegantissima vterque maximis sumptibus, am-
plitudine & varietate structuræ insignia ædifica-
runt: Imperator Magnesiæ Deiparæ virginis no-
mine, quod Sosastra dicitur: & aliud Nicææ,
Magno Antonio sacrum. Imperatrix verò intra
Prusam metropolim, ad montem Olympum se-
tam, nomine venerandi prophetæ, præcursoris
& Baptistæ, multis ornamentis additis & am-

plis annis redditibus adiectis, ubi monachi diuino cultui dediti habitarent: quae loca plena erant: suauitate & gratia spiritus. Nec his contenti, complura domicilia ad alendos senes & pauperes destinant: aliaque fecerunt, quae amorem eorum erga Deum euidenter declararent.

DE IMPERATORIS

post Irene obitum, secundis

noptiis.

Interim Irene Imperatrice mortua, Imperator post longum luctum tadem solitudinis persequens, aliam uxorem duxit, Annam Alemanam, admodum adolescentulam, Manfredi Siciliae Regis sororem. Quam inde nutricis & magistratulo loco cum multis aliis mulieribus comitatur, matrona pulcherrima facie, quae ex oculis castes (ut ita dicam) inenitabiles euacuabatur, nomine Marcellina: quae philtris & illecebris amatoris, ac morum urbanitate paulatim etiam Imperatoris oculos in se conuertit, amorisque sui sic incendit, ut iam haud dissimulante Imperatrice Anna praecae negligenter, Na tadem eo demenciae reductus est Marcellinae amoribus, ut eam Imperatoris insignibus ornari pateretur, quibus Imperatrici Anna nihil cederet: eandem vero & amore & propensione Imperatoris, & subditorum obsequantia ac reuerentia, longo intervallo superaret, ne dicam sola illis fruere: Eft autem prudens erat Imperator, non tamen vitam molestiae, tristitiae, angoris expertem exigit: sed conscientiam acris instar stimuli pungentem habuit, poenitentiae occasionem expectans, & prauidit illius correctionem a Deo, id quod ex eo constat. Aiunt Marcellinam aliquando, tum adorandi, tum spectandi causa templum Blemmidae sumptibus exedificatum, & priorum virogum exercitationibus dedicatum aduifse magno cum fastu & splendore Imperatoris, satellitumque comitatu. Sed priusquam vestibulum intrasset, coetum monachorum templi fores Blemmydae praepositoris iussu intrinsecus illi occlusisse. Erat is multis virtutibus insignis, & varia eruditione tum sacrarum tum profanarum literarum perpolitus. Nefas enim iudicabat diuinus ille vir, nefariam illam & impudicam mulierculam profanis & consceleratis pedibus sacrum pavementum calcare. Nec eum hoc fecisse mirum, quippe qui prius etiam dicitur illam tam lingua quam calamo incesse nunquam destitisset. Ea vero se grauissima contumelia affici rata, & tanto dignitatis fastigio non ferenda, cum per sese ira ardebat, tum ab adulatoribus magis inflammabatur. Unde ad Imperatorem magna cum indignatione reuersa, toto impetu illum ad vindictam incitabat: eam ignominiam in ipsius Imperatoris caput redundare clamitans. Accedebant assentatorum voces, oleum igni (quod aiunt) addentium, aucupanda gratiae causa. At Imperator subito mero affectus, ac lachrymis opletus, cum profundo suspitio: Quid me (inquit) ad virum iustum puniendum impellit? Nam si ego sine probro & ignominia viuere voluissem,

Ioannes Deas Marcellinae amore captus.

Conscientia supinus adulatoris cogit.

Marcellina exclusa templo.

Nicephorus Blemmydes.

Ioannes Deas calpan suam deplorat.

Imperij maiestatem inuolantem conseruasse. Nunc cum ipse mea, atque adeo ipsius Imperij contumeliae causam praebuerim: meritis meis gratia referatur, ut male sementis malam messem percipiam.

EXPEDITIO IMPERATORIS

contra Michaelem

Thessalum.

Ceterum his temporibus Thessalia & Aetolia, viciniaeque regionibus praerat Michaelis Angeli primi notus filius Michael: nam tota eius cognatione extincta, omne locorum illorum imperium ad vnum nothum hunc deuolatum fuit. Haec filij fuerunt, Nicephorus, Ioannes, Michael: & quartus Ioannes, notus & ipse inter quos breui post distributus erat suum principatum. Tum autem missis ad Imperatorem Ioannem legatis, filio suo Nicephoro, filij Imperatoris Theodori Lascaris filiam Mariam, sponsam petebat: & voti compos factus est. (facta enim tum sunt sponsalia, & pacta qualiacunque) cum mane mater Theodora vna cum filio Nicephoro, tum visenda sponsa tum firmandorum sponsalium causa aduenisset. Quibus peractis sponsa ibidem relicta, cum filio domum rediit: fide accepta, fore ut anno sequenti nuptiae celebrarentur: Sed paulo post Michael rupto foedere limites suos transgressus, Occidentales Romani Imperij vrbes infestauit: ut nisi Imperator Ioannes ipse illi bellum inferret, periculum esset, ne omnes illae vrbes ab eo occuparetur. Vere igitur appetere, imperator, exercitu maximo coacto, contra Michaelem proficiscitur. Fama vero praecurrente & sparsa; Occidentales Romanorum vrbes animos receperunt: Michaelis vero res labascabant, & pessum ibant. Imperator autem cum ad Thessalonicam & Macedoniam accessisset: pleraque vrbes Occidentales, quas Angeli incursum concusserat, & ad breue tempus inrecepert, facile recuperauit: ut Caesariam, Praepam, aliasque non paucas: Vnde summo timore percussus Michael, missis ad Imperatorem legatis, pristinum foedus renouat: & praeter alia castella, Prillapum etiam & Belesum & restituit. Imperator contra, & patri Michaeli, & filio eius Nicephoro, propter affinitatis necessitudinem, Despotarum honorem concessit: ne quid postea oriretur, quod animos ad simultates excitaret, ac pacem perturbaret. Rebus autem ibi sic ordinatis, reditum parat, quod ibi hybernare volebat. Instabat enim tum Arcturi exortus.

III filij Michaelis Thessali.

Nicephorus & Maria nuptia.

Thessali filij Despotae.

DE COMNENO MICHAELE Palaeologo.

Cum vero dies coplures Philippis exegisset, criminationes quaedam contra Michaellem Comnenum Palaeologum eruperunt, ei regnum affectare. Producebatur ij qui primi illud susurrarant, amici eius & argumeta, quibus crimen probaretur,

tur, quarebantur. sed & haec infirma, falsaque criminationes vix sunt, siue re ipsa essent falsa, siue per id tempus tales haberentur: decretum tamen, ut iureiurando restaretur iniuriam sibi fieri, nec se vnquam regnum affecturum, utque deinceps ea poena solutus, & ab omni suspitione quam remotissimus esset, pretereaque deinceps pristinum dignitatis gradum obtineret. His factis Imperator discessit, Hellepontum traiecit: exercitum vero domum in hyberna dimisit.

MORBVS IOANNIS DVCAE, & obitus.

Quum vero in Orientem traiecisset, & ad Niccam versaretur, atroci morbo est correptus, qui haud scio phrenitis an epilepsia sit appellandus, nam grauitate & stupore capitis afficiebatur: ut iis qui e cerebro laborant, in Solis & Lunae congressibus aucta frigiditate & humiditate aeris, accidere solet, vertigine oboriente cerebro, quod tales conuersiones & mutationes ferre nequit. Quum autem mutus, & respiratio excepta, mortuus tres perpetuos dies iacuisset: recu perare vires, morboque leuari visus est, quae tamen ars medicorum, non penitus propulsare potuit, quominus ex eo tempore in eo delirescere, & firmam sedem fixisse videretur: ita deinceps alias affligeretur, alias valere videretur. Nam nunc plurimum, nunc pauciorum dierum intervallo vel accedebat vel recedebat malum: nunc domi, nunc in via, nullo precedente signo, subito eum inuadebat, ut saepe a ministris ex equo delapsurus, lectica domum referretur. Morbus is annum integrum caput eius infestabat, clam ac paulatim subinde augetens: donec omni medicorum arte superata, e rebus humanis eum sustulit. Decessit autem ex eo morbo, cum circa Nymphaeum versaretur: ac sepultus est in Sofandrio, monasterio a se extructo, anno aetatis sexagesimo: septem & viginti natus annos, cum Imperium suscepisset, idque annos tres & triginta administraret: quot annos & filius ac successor eius Theodorus compleuerat, eodem natus anno quo pater summa rerum potitus fuit.

NICEPHORI GREGORAE HISTORIAE ROMANAE liber tertius.

CAPITA LIBRI III.

- Theodori Lascaris iunioris imperium. De patriarcha Arsenio, & Imperatoris uictoria. De expeditione contra Bulgarum & Thessalum. De Palaeologi fuga ad Turcos. De Constantino Tache, principe Bulgarorum. De obitu Imperatoris Theodori Lascaris iunioris. De Muxalons, tutore pueri Imperatoris. De altero iureiurando ob Imperatoris in filium

dato.

De occasione & causis, quibus ad imperium peruenit Palaeologus.

De Michaeli Palaeologo, quo pacto Despotae dignitatem sit adeptus.

De bellis Thessalicis.



Um autem Imperium iure hereditario ad filium eius Theodorum Lascaris rediturum esset: quia is a patre uiuente non appellatus fuerat Imperator, eodem defuncto, communi concursu totius exercitus ac nobilium omnium ac procerum Imperator est salutaris: Constabat enim, Ioannem utique nemini omnium nisi filio Imperium relinquere uoluisse: quod & pater fuerat pius in liberos, & nemini alteri id destinaret. Sed obscuris adhuc subditorum uoluntatibus, an id iis lubentibus ac approbantibus futurum esset, uiuens eum designare nullo modo uoluerat: quod diceret, Tempus multa nouare solere, nisi quisque ita res administrasset, quemadmodum oporteret. Nam adolescentiam suapte natura mobilem & contumacem, temere ad omnia ferri, quae concupisset. Quod si spes ac nomen Imperij accessisset, ob quas res delicatarum adolescentium comitatus accederet ac omnium acclamationibus aures complerentur idem accidere quod homini ebrio, cuius neque pes neque mens suum satis officium facit, si ad magnae gubernacula nauis adhiberetur: cum nec ij a quibus eligeretur, recte iudicarent nec is qui electus esset, quod ferretur, quidve agendum esset, intelligeret. Hanc igitur vnam ob causam ipse, dum in uiuis esset, illum esse designandum haud censuit: tum ut spe adempta, adolescentiae leuitate cohiberet: tum, quod multi adeo pusillissimi essent animis, ut hereditatis cupiditate longiorem patrum vitam molestis ferrent, nec expectato fato cursum illius immatura morte interromperent. Ad haec, id esse populi plerunque ingenium, ut qui ipso inuito rerum potitus esset, eum & tyrannum appellaret, & occultis iniuriis probris ac conuiciis laceraret, donec ad insidias tandem apertamque vim & eadem descenderetur. His igitur & id genus aliis de causis, Theodorus patre superstitie non fuerat appellatus. Post eius obitum autem, totius populi suffragiis est creatus Imperator, in clypeo sedens, more a maioribus accepto. Sed cum a patriarcha coronandus esset, ac tum sedes vacaret (nam Germanus, vir prudens, & doctrina & probitate vitae insignis, non ita pridem decesserat) de successore eligendo deliberatum ac disputatum est: ac multi in expectatione atque in ore erant, & alij aliis. Sed doctrina & virtute celebris Nicephorus Blemmydes, omnium sermonibus ceteris praeferebatur: qui tum in monasterio a se extructo, quietam agens vitam, aspera victus & exercitationum ratione se se macerabat.

Ioannis Despotae prouentus in regem do filio.

Sedere in clypeo.

Nicephorus Blemmydes patriarchatum recusabat.

IS cum delatum sibi honorem recusasset, ceteris prælatus est Arsenius monachus: qui in quodam monasterio iuxta Apolloniam strenuè sese exercebat, virtute illustris ille quidem, sed simplici vir ingenio, & minimè callido. Sacerdotio igitur hic potitur, & patriarcha creatur communi pontificum sententia & suffragio, Imperatore maximè approbante, & pontificium illud suffragium (vri moris est) confirmante.

THEODORI SECUNDI EXPEDITIO CONTRA BULGAROS, & Thessalos.

Quibus peractis, Imperator à patriarcha unctus, & diademate ornatus, expeditionem parat. Nam Bulgarorum princeps, ut primū Imperatoris obitum audierat, fœderis, quod cū illo fecerat, rumpendi consilia agitans, Romanæ ditionis oppidula in Thracia continuis incurSIONIBUS ita vexabat, ut non paucis ad montem Rhodopentis potiretur. Idem & fœdifragus Michael in Thessalia fecerat, aduersus finitimas sibi Romanorum prouincias & ciuitates. Imperator verò principio, quod pater cum Turcis percussisset, fœdus renouat, & cōfirmat: ut Orientalium negotiorum causa, omnis sollicitudinis esset expertis. Deinde sub Pleiadum exortum, Hellepontum traicit, exercitum paterno largè maiorem secum adducens. Nec enim eos tantum qui militiae destinati erant, sed venationis etiam ministros, relictis canibus & auibus, militare iussit. Ceterum Bulgarorum princeps, tanto Imperatoris apparatu audito, graui terrore percussus cœpit, & variis subinde cogitationibus æstuaui. Cum autem armis decernere nullo modo posset, tum quoddam exercitum tantæ hostium multitudini, armis præsertim instructissimæ, parem non haberet: tum quod Imperatoris ætate florentem gloria studio flagrare, & destinata strenuè atque alacriter exequi cerneret: tandem quid è re sua esset animaduerso, vetus fœdus renouat, Imperatorem facillè sibi reconciliatum iri sperans, quod is sororem suam in matrimonio haberet. haud ignarus, quod etiã fama fœdifragi Thessali Michaelis perturbatus, illum quamprimum compescere decreuisset, antequam omnia occuparet: quæ res vel in primis ad impetrandam pacem adiumento sibi futura esset. Igitur legatis ad imperatorem missis, spe facilius pacem impetravit, restitutus omnibus quæ Romanis interceptat castellis. Ac ne diutius morer, sub autumnale æquinoctium Imperator cum suis legionibus rectà in Thessaliam contendit. Sed priusquam Macedoniam attingisset, Theodora Michaelis vxor ei occurrit, tum ut nuptias Nicephori filij sui & Mariæ filia Imperatricis conficeret: tum ut quæ maritus Romanæ ditioni per latrocinium quoddam subtraxerat, restitueret. Quibus rebus paulo post facillè confectis, Theodora ad maritum Michaeli reuertitur, filij sponsa Maria vnà secum adducta.

Bulgari veniam impetrant.

Thessaliam impetrant.

Imperatori his rebus occupato, literæ Nicæa redduntur, quæ Palæologi ad Turcos fugam significarent. ei enim abiens Nicænam præfecturam, dum ex Occidente in Orientem rediret, mandarat. Quæ res Imperatorem non mediocriter perculit, ac perturbauit. Fugæ verò prætextus hic ferebatur. Cum se à multis & multifariam in inuidiam adductum cerneret, verbisque odiosissimis Imperatoris aures clam occupati: ab eoque imminere sibi & futurari supplicia, quæ infestissimis hostibus imprecanda essent: sibi nullo modo quieto esse licuisse, quominus hostilium cogitationum plenus, sursum deorsum hac atque illuc instar mancipij raptaretur, & ignominiosè vexaretur: timuisse Imperatoris in puniendo seueritatem & celeritatem, nec quicquam clementiæ sperare potuisse. Neque enim expeditum sibi fuisse, magnas calumnias, & supra modum exaggeratas, quas inuidi sui concinnassent, ac Imperatoris auribus ingessissent, exiguo tempore resellere. Quare se desperatione coactum, nihil prius habuisse, quàm ut fuga salutem quaereret. Cum verò Iconium proficiscens, Sultanum suas copias summo studio conducentem reperisset, ad Scythas cum maximo exercitu irruentes, propulsandos: optatissimus illi ac gratissimus aduentus eius fuit. Nam cum Romanos complures pridem subactos haberet, eos in vnâ legionem contractos Palæologo parere iussit, Romanis & peregrinis armis & vestibus ornatos: ad Scythas percellendos, qui credituri essent, Turcis recentia auxilia illinc esse missa, id quod accidit. Aiunt enim Scythas, cum Turcos inuaderent, haud mediocriter esse perterritos, peregrino exercitu confectos: ac forsitan perturbata acie fugitivos fuisse, ac terga daturos iis quos absque vilo negotio se futuros esse credidissent, nisi quidam Sultani cognatus, ex veteri similitudine, cum magnis copiis cum ad iam manus ventū esset, vltro se ad hostes contulisset. Quæ res Turcorum fortunas euertit, & maiorem partem ditionis eorum Scythis adiecit. Ceterum nō multo post liberalissimis & amicissimis Imperatoris literis Palæologus est reuocatus, securitate iureiurando firmata. Ita Palæologus in Romanam terram rediit, non prius tamen, quàm sanctissimo iureiurando Imperatori promississet, se dicto semper fore audientem, nec regnum affectaturum esse vnquam, nec ad ea rediturum quæ antè crimini data ipsi essent: neque posthac interortuam suspicionem aucturum, sed conseruaturum & propagaturum parem beneuolentiam & amorem erga ipsum Imperatorem Theodorum, & filium eius Ioannem, ceterosque tam familiaræ quàm imperij successores. His igitur conditionibus Magni Conostabuli dignitatē recepta, deinceps Imperatoris beneuolentia & liberalitate in primis floruit.

Causa fugæ

Turcorum Romana legio.

Turci à Scythis vincuntur.

Persidia cognati.

Palæologi reditus.

Palæologus Magnus Conostabulus

DE CONSTANTINO

Inter hæc Bulgarici motus nunciantur. Nam Asane illorum principe, cuius soror Theodoro Imperatori nupta erat, sine liberis defuncto, qui ei succederent, necesse erat principatum ad Mytzen sororis eius maritum transire: idque factum est. Erat autem is homo segnis & effeminatus, quibus de causis paulatim cōtemptui esse cœpit, donec mutatis populi voluntatibus omni potestate priuaretur. Erat autem iis temporibus in Bulgaria vir clarus, nomine Constantinus, cognomento Tæchus, ingenij dexteritate & robore corporis multum aliis antecellens: qui, cum rem Bulgaricam labascere cerneret, insurgit: conciliatque sibi & plebis & nobilitatis beneuolentia, illorumque omnium voluntate principatu potitus, Ternobum obsidet, quæ Bulgarorum regia erat: ut Mytzen vel inuitus cum vxore & liberis in munium quoddam & maritimum castellum, nomine Mesembriam, cōfugere cogeretur. Vnde ad Imperatorem transit, Nicæa in Asia tum degentem: Romanæque ditionis Mesembriam fecit, pro qua prædiis circa Troiam & Scæmædram ab Imperatore cum annuis redditibus acceptis, ibidem aut reliquum cum vxore ac liberis quietus exegit. Ceterum Constantinus Tæchus Bulgarici regni potitus, legatos ad Imperatorem mittit, se amicum eius & fœderatum profitemens, si qua sibi ex eius filiabus desponderetur: non quoddam coniuge esset opus, quippe qui vxorem & liberos haberet: sed quia nullo gentilitio iure, Bulgaricum regnum ad eum pertinebat, iniquo ferebat animo, ea se parte deteriorem, ac veluti nothum & dici & haberi. Hac igitur de causa, & quia Imperatoris filiam, Asanis non ita pridem defuncti Regis, ex sorore neptem esse sciebat: atque etiam sui honoris causa, & ad firmandum principatum, eas nuptias ambiebat, priorem coniugem statim se repudiaturum promittens. Quibus ab Imperatore impetratis, & Theodora eius filia & thori & regni locia accepta, priorem coniugem Nicæam mittit, quæ pignus esset Romanis fidei, atque etiam constantis erga alteram amoris.

Ternobus.

Mesembria.

Theodora Imperatoris filia Bulgaro nubiti.

DE IMPERATORIS THEODORI LASCARIS IUNIORIS OBITU.

Imperatorem annum ætatis sextum & trigessimum agentem, molestus ac difficilis & plane lethalis morbus inuasit: qui paulo ante obitum alacriter habitum monasticum induit, & multos pecuniarum aceruos suis manibus distribuit, feruentique corde vim lachrymarum profundit, quibus animi vulnera, in tantæ necessitatis articulo, eluebat & curabat. Sed me id penè præterisset, quod vel in primis exponendum est.

DE MUZALONE.

Nam vir quidam cognomento Muzalo, nomine Georgius, non claro genere ortus, sed ob familiaritatis noticiam tantum, & vrbani-

tem morum, à puero in aulam Imperatoriam ascitus, ut scilicet Imperatori Theodoro cum multis aliis æqualibus collusus esset: etiam cum is adoleuisset, ita se ad mores eius accommodauit, ut vnus illi esset omnia: ac quicquid Imperatori gratum esset, continenter & diceret & faceret. Quantum autem ætate procedebat, tantum hic affectus & amor eorum augebatur: adeo ut apud eum iam Imperatorem, principem & gratiæ & autoritatis locum obtineret, solertissimus coniector quid illi placeret, dexter negotiorum administrator, fidus arcanorum particeps. Quas ob res celeriter Protuestiarij dignitate ornatus, vxorem ex Imperatoria familia duxit. Hunc vnà cum Arsenio patriarcha, Imperator moriens curatorem Imperij reliquit, donec filius Ioannes, sexum tum agens annum, ad maturam ætatem peruenisset, sub nutricibus adhuc agens, & parentum vel maximè egens, cum vtroque orbatus esset. Nam filias quidem grandisculas quatuor reliquerat Imperator, matrem verò nullam præter hunc Ioannem, puerum adhuc. Quarum filiarū natu maximam Mariam, ut supra exposui, legitimo sibi matrimonio Nicephorus Etolus iunxerat, cui à focero Desporæ titulus tributus erat: alteram Theodoram Bulgarorum princeps Constantinus Tæchus, quod & ipsum iam diximus. Restabant duæ pupillæ, cum puero Ioanne natu minimo, propter quem scriptum Imperatoris testamentum extabat, quo tutor illi Muzalo dabatur, prætereaque sanctissimum iusurandum à summis & infimis exactum erat: nec id semel, sed primū Imperatore moriente, deinde statim post eius obitum. Nam cum proceres nonnulli, & claris orti natalibus, Muzalonis fortunā adeo subito mutatam cernerent, inter sese susurrabant, dignitatis illius fastigium agrè ferentes: cum multi essent, ad quos simul & tutela pueri, & Imperij administratio magis pertineret, tum quod propinqua cognatione Imperatorem attingerent, tum quod ad huiusmodi munia obeunda Muzaloni multum antecellerent: ad quem contemnendum, & odio prosequendum, ut ipsi dicebant, multæ causæ suppetebant. Nam quod nec genere nobili ortus esset, & Imperatori sæpe suppliciorum minister fuisset: hæc res ad odium vulgi animis ingenerandum satis efficaces erant. quod si imperium etiam concupisceret: ac cogitaret: quo scelere caput suum non obligaret? Hæc Muzalonem non latebant, cum aliàs ad talia intelligenda acutum, tum verò istis motibus & sollicitudinibus maximis ingenio eius magis etiam excitato. Igitur proceribus omnibus celerrimè incuriam conuocatis, dexteram porrigit: submissèque cum eis collocutus, haud obscure fert, se libenter cuius tum administratione Imperij, tum tutela Imperatoris pueri cessurum esse. Quamuis autem omnes simul velut ex composito id recusarent, & eum præferendum esse confiterentur, quem ipse Imperator & rerum & pueri dominus hoc munere fungi voluisset: Muzalo tamen nullo modo cessit, sed fortiter restitit, oculū præferens, & negotium totis viribus sese amolians, non tam propter obrepentem inuidiam, quàm ob maximi periculi metum. * Quare iusurandum priore sanctius datur, iurant omnes

Muzalo cum Arsenio iunioris pueri Lascaus.

Lascaus filia, Maria, Theodora.

Muzalonis notitas inuisa nobilitati.

Muzalo honoris omnes excutere studeo.

* Videtur nonnulla deesse.

Insurandæ
tertium.

tam nobiles, quàm ex plebe militari: sibi quæ & familia suæ quilibet exitium imprecatur, ni quod iurassent, sanctè seruarent, ac Muzaloni tutelam, Imperatoris verò filio Imperium insidiarum expers, & inuolantem ad omnem eius posteritatem tuerentur. Sic illi discedebat, res verò rursus à Muzalone administrabatur. Sed priusquam nouem dies elaberentur, quidam nobilitate & opibus præstantes, inuidia impellente, dexteram suam, concitato exercitu, in Muzaloni eadem armarent: sanctum illud insurandum, quo non ita pridem sese obstrinxerant, & atrocissimas diras (heu principum malorum) prorsus oblitæ. Aderat nonus dies: omnes matronæ nobiles in Sofandrio monasterio, ubi cadauer Imperatoris sepultum erat, conueniebant, ut de more lugerent, & memoriam eius celebrarent. Aderant omnes principes, plebeij omnes: inter quos ij quoque qui insidias instruxerant. Cõfluebat omnis exercitus, alij ob lectum, alij eadem spirantes. Quid multis morer? Dum adhuc hymni cantarentur, milites omnes strictis ensibus subito impetu in templum factò, Muzalonè, qui ad sacrosanctam mensam confugerat, & duos eius fratres Androcum magnum Domesticum, & Theodorum venatorum principem, atque etiã scribam horum, formæ similitudine decepti, crudeliter occiderunt. Ita & matronæ & omnis reliqua turba, incohato lectu omisso, alij alios ex metu urgentes, quò quæque pedes ferebant, celerrimè aufugerunt. Sacerdotum verò ordo, & grex monachorum, in templum volentes nolentes compulsi, labètes alij in alios incidebant, tum quòd vi & impetu vehementi inuicem urgebant, tum quòd ob fimum cruorem consistere non poterant. Paucis diebus post, Arsenius patriarcha, qui & ipse tutor esset, intelligens maximum ex hoc tumultu periculum & pueri & summæ rerum impedire, & ad summum scelus euasura esse omnia: anceps animi astuabat, nec quid consilij caperet reperiebat. Nam quòd ad virtutem & pietatis cultum attinebat, ille vir parum à summis aberat: sed vsu rerum & Imperij administratione, ne cum sorsore quidem conferendus. Nam diuinarum rerum contemplatio, & Reipublice administratio, haud ferè coniungi solèt: atque aded optandum est, ne magna inter eas pugna, ut inter carnem & spiritum, & sensum ac mentem, appareat. Mihi verò placet, eum qui ad principatum adspirat, ex ytraque temperatum esse: ut in Musicis instrumentis fieri cernimus: neque enim ibi omnes chordæ æqualiter intenduntur: id enim ineptum & absolum esset: sed aliæ ad grauiorem, aliæ ad acutiorem sonum, aliæ plus minúsue strictæ, variam & concinnam efficiunt harmoniam. Qui enim soli diuinarum rerum speculationi est intentus, in montibus & speluncis debet viuere: ut cuius mores à ciuili consuetudine prorsus abhorreant. Qui verò morum ciuilitatem cum virtute coniunxit, & vsu variarum rerum perpolitus est: is populum ad res optimas & salutare facile deduxerit. Nam & seruator ac Deus noster, nisi ad humanos affectus se demississet, & cum publicanis cibum cepisset, & humanitatem præ se tulisset, & quatenus ratio fineret, omnium ingenij se accommodasset: haud faci-

Execranda
euentus.

Arsenij patriarche
per
ambatio, &
inopia con-
siliij.

Religionem
& Reip.
ma ueri dis-
sile.

Christi con-
mitas.

le opinor totas ciuitates ac populos ad amplectendas res viles & salutare perduxisset. Sed illic rededo. Arsenius patriarcha tanto rerum tumultu circumuentus, astuabat, nec secum ipse meditabatur (quomodo enim id faceret, homo minime malus, ut dictum est, & simplici vir ingenio) sed cum proceribus quid agendum esset deliberabat, priusquam Ioannis Imperatoris caput ferro peteretur. Caterum minime prospiciebat, id consilium, quod nullo vsu rerum, nulla prudentia niteretur, facilius ei cui prospectum veller exitio futurum, quàm omnes gladios hostiles: ut progressu orationis declarabitur.

DE OCCASIONIBVS ET
causis Imperij Palæologi.

Comnenus Michael Palæologus, cuius supra mentionem sepe fecimus, inter proceres erat cæteris superior, vultu perquam hilari, comis atque vrbanus, prætereaque munificus & liberalis. quæ res ei omnium animos vehementer conciliabant, ut facile omnes ad se alliceret, tribunos, centuriones, exercitum, duces, fives plebeij siue senatorij ordinis. Mouebantur præterea Imperij prælagijs, ut illi se adiungerent, cuiusque amore flagrant. Eodem etiam faciebant haud scio an rumores de illo sparsi, an verò insomniæ & omina quædam. Solent enim etiam huiusmodi rebus vulgò iactari solitis, non omnino temerè atque incitè, aut (ut dici queat) ex imperitia homines commoueri. Nam plurima eorum testimonia apud eos extant, qui illas diligentius obseruauerunt. Suppetebant tamen aliæ maiores his occasiones, quibus ad Imperij fastigium promoueretur: à veteri stirpe, velut à magno fonte triuuli quidam nobiles ad eum descendentes, quibus ipse & amici eius freti, huiusmodi de eo cogitationibus multum tribuebant. Nam eius aua materna Irene, primogenita filia fuit Alexij Imperatoris: qui cum filios non haberet, illi rubras crepidas induci iussit, ut ipsa, & qui illam duxisset, in Imperio sibi succederent. Vnde cum eam Alexio Palæologo despondisset, eumque Despotæ titulo ornasset: nisi is morte prius sublatus fuisset, post Alexium socerum Imperator fuisset. Sed cum mortuus vnâ tantum filiam reliquisset, eam non multo post mater Andronico Palæologo desponderet: quem deinde Theodorus imperator magnum Domesticum fecit. Ex his natus est Comnenus Michael, duplex (ut ita dicam) Palæologus, à paterno simul maternoque genere. Habuit igitur inde quoque, ut dictum est, adiumenta non parua ad eam rem de qua nunc agitur: & ut paucis dicam, omnibus rebus, & ab omni parte vir ille illustris erat & suspiciendus, famaque eius paulatim vagabatur, & omnium auribus sese clam insinuabat. Ne patriarcha quidè ab amore eius abhorrebat, eumque si non plus quàm cæteri, non minus tamen quàm quisquam alius diligebat: & quod maius est, Imperatorij fisci clauis, cum stipendia militibus numeranda erant, aut alia res pecuniaria postulabat, ei soli credebatur: id quod ad clandestina consilia efficacissimum fuit, & celerem iis quæ diu iactata erant finem imposuit. Accepta enim tantæ

Arsenius lau-
pouem com-
mittit.

Palæologi
mores.

Prælagijs
imperij.

Nobilitas
generis.

Gratia Pa-
læologi.

Clauis fisci.

Sacra pecu-
nia.

Imperij ad-
ministratio
Palæologo
committitur.

tantæ pecunia tractanda potestate, quam optare ille quidem potuit, sperare verè nunquam potuit: iam totis modis eam in manus nobilium & militum effundebat, eorumque etiam qui eloquentia demulcere populum norant. In quibus facri ordinis haud pauci erant. Hinc crebra concilia ab his omnibus indici: patriarcha urgeri ne cessaret, sed expersgeretur, eamque rerum curam susciperet, quam tempora postulerent. Neque enim parum referre: nec eius generis eas esse, quæ semel neglectæ in integrum restitui possint, sed in præsentis exitij discrimine versaturas: quemadmodum magnum nauigium in medio pelago, gubernaculo amisso, aut amplum ædificium fundamentis labefactis. Statim autem in ore erat omnibus Michael Comnenus Palæologus, & prudentia & vsu rerum tantæ Imperij molis sustinenda par, donec Imperatoris filius ad maturam ætatem peruenisset. His vocibus etiam patriarcha est assensus, eamque sententiam approbavit. Itaque Reipublice præfuit Comnenus Michael, omni auctoritate, Imperatoris insignibus exceptis, præditus. Hoc Michaeli fuit initium & primus gradus ad Imperatorium fastigium ascendendi. ex eo enim secundis ventis, & plenis (quod aiunt) velis in Imperij portum est inuectus.

QVEM ADMODYM MICHAEL
Palæologus Despotæ sit designatus.

Paucis diebus elapsis, aliud concilium eius studio indicunt: rogantes oportere eum qui negocia Imperij & Reipublice administraret, multarumque gentium legationes audiret, dignitate regia proxima carere, tum honoris causa populi Romani, tum etiam ad statum interregni firmandum. His de causis igitur Despotæ titulo ornatur, tam à patriarcha, quàm à filio Imperatoris.

DE BELLIS THESSALICIS.

Vb hæc, quum Michael Ætolia & Epiri Despotæ loci sui Theodori Imperatoris obitu, nullo matris ætatis successore relicto, audisset, eaque de causa magnis agitari turbis proceres Romanos: cæteris curis omnibus repudiatis, se paruo labore magni principatus esse potiturum sperauit. Neque enim Romanos, domesticis negociis ita intricatos & distractos, ut omnis eorum cura in iis consumeretur, suas in Macedoniam & Thraciam impressiones propulsandi facultarem habituros. Igitur magnum è suis provinciis exercitum contrahit, & longè maiorem à fœderatis accipit. Nam legatione eius benignissimè audita, celerrimè adfunt Peloponesi & Acaia princeps, qui filia eius Annam in matrimonio habebat: & qui tum in Sicilia regnabat, Manfredus, cui & ipsi filia eius Helena nupta erat: copias secum adducens, ut ferebatur, propè innumera-biles. Nec enim tam adiuuandi Michaelis, quàm suas ditones amplificandi causa, & alienas vrbes occupandi, aderant: spe concepta, Romanas provincias omnes, ab Ionio sinu Byzantium vsque, se statim absque labore sibi vendicatuross: &

Despota
Ætolia &
Epiri fide-
ritas, & gene-
ri.

haud fecus quàm si iam earum possessionem firmassent, forte illas, priusquam bellum inchoassent, distribuerunt. Hoc illustri & memorabili apparatu Michael Comnenus Palæologus audito, modò Despoticè titulum adeptus, magis que firmata suæ potestatis auctoritate, nulla mora interposita, fratrem suum Ioannem Sebastocratorem cum magnis copiis obuiam illis mittit: adiunctis eidem Senatorij ordinis illustribus viris non paucis qui aliquem rei militaris vsum haberent: in quibus etiam Cæsar erat Constantinus, vterinus eius frater: & Alexius Strategopus, magnus Domesticus: prætereaque Constantinus Tornicius Sebastocratoris focer, magnus Primitierius. Factum hoc est post æstium solstitium, sub ipsum Orionis & caniculæ exortum. Igitur Helleponto celerrimè traiccto, vnâ per Thracia & Macedoniam proficiscetes, Romanas eorum locorum legiones secum adducunt, quæ sparsim in vrbibus, & oppidis & agris ocium tum agebant. Sed cum iam iam autumnale æquinoctium instaret, ad Achridam & Deabolim; Macedoniæ castella munitissima, perueniunt. Inter quæ castris positis, hostes etiam Aulonis planiciem tenere audiuerunt, ut castra vtrorumque interiecto monte diuiderentur, Romanorum versus Septentrionem, hostium ad Austrum vergentibus, qui Bellegradum castellum altissimum & supra nubes ferè eminens circumscedentes oppugnabant: eo consilio, inani quidem illo & stulto, ut eo portiti, inde velut è specula in omnes alias Romanas provincias excurrerent, instar magni fluminis ex alto mote in subiectam vallem cum impetu ruentis. Ignari nimirum, ea se animis agitare, quæ non successura essent: nec reputantes, omne corporum robur, omnem equitatem, armatumque apparatus, Deo non adiutante, ab agmine formicarum prorsus nihil differre. Itaque arrogantia & inuicti roboris opinione tumidi, ac securi, Romanos inuadunt, conuenientem vanis cogitationibus exitum sortiti. Romani verò, qui sese absque diuina ope nihil esse intelligerent, omnèque conatus suos ad eam referrent, dimicare eum longè pluribus non dubitarunt, & illustrem Deo adiuuante victoriã sunt adepti. Nam cum propius hostem castra mouissent, quendam mittunt hominem valde idoneum, ad concitandos & conturbandos hostiles exercitus. Neque enim id fieri non poterat, cum Achaia princeps & Sicilia rex alterius essent nationis & gentis, quàm Angelus. Statim igitur is noctu per speciem transfugæ ad hostes transit, & clam cum Angelo Michaeli principe Ætolia cõgressus: Scito, inquit, hodie tibi & tuis omnibus, magnum periculum impendère. Ambo enim generi tui, tam Peloponesi & Achaia princeps, quàm Sicilia rex, clam per legatos pacem Romanis offerunt, si sibi certæ largitiones dentur. Si ergo salus tua curæ tibi est, quàm primum tibi prospicito, priusquam illorum pacificatio & concordia rata fiat. Obtemperat Michael: & re paucis suorum, quibus poterat, & tempus sinebat, clam indicata, ante solis ortum fugit: eumque, alij atque alij, cum fugam susurrari audirent, sequuntur. Ita sparsim omnes Michaelis milites alij alios fuga anteuertere studentes, in pedes sese coniecerunt.

Duces à Pa-
læologo con-
tra Despotæ
missi.

Bellegrad
oppugnatio.

Heu nihil in
nisi fas que-
quam fidere
Dini.

Transfuga
hostium con-
silia pertra-
bat.

NICEPHORI GREGORÆ

Peloponnesum & Siciliam cedens.

coniecerunt. Mane verò socij experfecti, fugaque Michaelis cognita (cuius quæ causa esset, nulla consequi coniectura poterant) obstupescerant: nec armis laceffendos esse Romanos statuerunt, tum quòd quid ageretur ignorarent, tum ob numerum suorum valde imminutum. Itaque in fugam vertuntur, se à Michaelis proditos esse rati. Eos igitur ita turbatos aggressi Romani, maxima ex parte ceciderunt: ceteros, paucis exceptis, viuos ceperunt, inter quos & Peloponnesi & Achaia princeps fuit. Siciliæ verò rex cum paucis suorum clam effugit.

Princeps Peloponnesi captus.

NICEPHORI GREGORÆ HISTORIÆ ROMANÆ liber quartus.

CAPITA LIBRI IIII.

- De Paleologi designatione. De iurisdictione Paleologi. De coronatione Paleologi, in qua rursus aliud iurisdictionum exaltum. Et Peloponnesus à Romanis recuperari ceperit. Rursus de Scythia, ut Euphratem transferant. Quemadmodum Constantinopolis à Romanis recepta sit. Paleologi Imperatoris in urbem ingressus. Expeditione Caesaris contra Michaelis Thessaliam fœdissimam. De exccacatione heredis Imperij Ioannis. De Paleologo sacris ab Arsenio patriarcha interdicto. Arsenij patriarcha exilium, & Germani in sede illius collocatio. De scario Eubœo. De Scytharum in Thraciam incursione. De Aegyptiis Arabibus. De Celsogalatarum expeditione. De Iosepho, qui Germano patriarcha successor datus est. De magno bello, quòd Romani Thessalico Sebastocratori intulerunt. De navali Romanorum & Eubœorum pugna ad Casandriam.



Arsenij perurbatio & inconsistia

Væ cum ibi ita gereretur, viri auctoritate & nobilitate prestantes, circa Magnesium clypeo insidentem Michaelis Paleologus, Imperatorem appellant. Quo patriarcha Arsenius audito vehementer perturbatus, puero metuebat: ac primùm in animo habuit, tam cum qui appellatus esset Imperator, quam qui appellasset, sacris interdiceret. Deinde mutato cõsilio, moderatus & melius esse ratus est, eos sancto iureiurando astringere, ne vel pueri vitæ insidiatur, vel de Imperio illi per vim aut fraudem eripiendo cogitent: itaque factum est Calendis Decembris: Sed priusquam mensis elaberetur, is ipse qui hæc timebat, & illa ipsa pro securitate pueri egerat, suis manibus, in sacro suggestu Michaelis Paleologi capiti coronam imponit, & Imperatorio diademate virum ornat, sententis Senatus & sacri ordinis impulsus. Ceterùm nõ perpetuò illi decernit imperium, sed quòd tum rebus ita cogentibus id ab eo administrandum esset, donec legitimus illius hæres & successor adoleuisset: tum verò illi soli cedendum esse vltro & solio regio, & omni-

Conditiones coronationis.

bus Imperij insignibus. Atque his sanctiore iureiurando quam prius firmatis, velut optimum Imperij auspiciam, victoria Romanorum Occidentalis einunciatur: pauloque post autores illius adfunt, Peloponnesi Achaiaque principè & multos alios captiuos adducentes, & iustis laborum suorum præmiis & honoribus afficiuntur. Nam Sebastocratori Despotica potestas ab Imperatore decernitur: Magnus Domesticus Cæsar, Cæsar verò cum Despota: focero Sebastocrator appellatur: foceri verò illustre discrimen in caruleis calceis aureæ aquilæ intertextæ constituebant. At Peloponnesi & Achaia princeps, redimenda vitæ & libertatis ergò, tres optimas Peloponnesi ciuitates dat, Monembasiam, Mainen ad Leuctra sitam, quæ olim Tenarium promontorium dicebatur, & Spartam principem Laconia vrbem: itaque suis, velut ex inferiorum faucibus, creptus restituitur. Urbibus verò illis vterinus Imperatoris frater Constantinus præficitur, quem, ut modò diximus, è Cæsare Sebastocratorem fecerat. Quò cum peruenisset, Latinos Peloponneses sèpenumero vicit, & multas alias vrbes subegit, opportunitate trium illarum vsus. Post hæc Arsenius, relicta sede patriarchica, se in maritimū Paschalisij monasteriolum, quiescendi causa contulit. Causa illius secessus fuit, Ioannis contemptus, Imperatoris Lascaris filij. Miserat enim eum paulo antè Imperator Michael Paleologus Magnesium custodiendum, ne præsentia eius quosdam, alioqui rerum nouarum cupidos, commoueret. Proinde Nicephorus Ephesi metropolitani successore illi datus est: qui vno anno in ea dignitate exacto, mortem obiit. Imperator verò cum magnis copiis in Thraciam profectus, suburbana Constantinopolis, fortuna bellicæ tentandæ causâ, inuasurus putabatur: & cum foris ad tempus commoratus esset, castellum Perææ cognoimento Galatæ primùm oppugnauit, quasi facile pòssit, illo positus, etiam vrbs positurus. Sed ea spes nihil vtiq;e fuit aliud, quam somniū vigilantis. Nam cum id multis machinis saxa eiaculantibus circumdedisset, & sæpe impetum in id fecisset, capere tamen haud potuit. Vnde Byzantino agro finitima castella muniuit: & militibus præfidiariis mandauit, vt crebris incursionibus atque insidiis Byzantinos Latinos infestarent, ne (si fieri posset) illis vel prospicere extra mœnia liceret. Quæ res ad tantam illos egestatē redegit, vt ob lignorum inopiam plurimas & pulcherrimas vrbes ædes destruerent, vt necessariis ignibus materia suppeteret, inde Nicæam rediit, quæ post Byzantij vastationem regia Romanorum fuit: ibique diu commoratus est.

Victoribus duobus non tituli conferuntur.

Monembasiam, Mainen, Sparta, Romanis reddita.

Arsenius monasterium in greditur.

Paleologus Byzantium tentat. Galatæ castellum.

Nicæa Byzantium vicaria.

RURSUS DE SCYTHIS.

Ceterùm his temporibus Scythæ, etiam Euphrate superato, Syriam vsque ad Palæstinam & Arabiam subigunt: (neque enim avaritia humana facile conuiescit, dum conatibus fortuna responderet) & multis manubus onasti, domum inde redeunt: cum reliquiis Syrorum, Arabum & Phœnicum, veluti miseris mancipiis, annua tributa imperassent. Anno sequenti, etiam in Asiam intra Euphratem irrumpunt, eamque prædati

Arsenius Turci fugam ad Imperatorem.

prædati facile subigunt: limitibus excursionis & motus illius constitutis, verus Septentrionem Cappadocia & flumine Thermodontæ: ad meridiem Cilicia, & Thauri môtis Asiae maximi partibus, quæ paulo post eius initium multifariam diuiduntur. Deinde Turcorum quoque regia potiuntur. Quare Sultanus Azatines, cum fratre Meleco exul, ad Romanorum Imperatorem Michaelis Paleologum confugit, magna spe fretus, quòd non ita pridem liberaliter & munificè ipsum etiam tractasset, imminens ab Imperatore discrimen fugientem, & plurima terrorum illorum vestigia in animo circūferentē. Quæ cum in memoriam illi reuocasset, petit vt vel opem ferat contra Scythas, vel partem aliquam Romani agri, ac veluti coloniam sibi assignet, in qua cum suis tutius confidere queat. Adducebat enim secum vxorem & liberos, famulosque multos, prætereaque magnas diuitias. Imperatori autem tot vndique bellis vrgentibus, non committendum esse visum est, vt Romanas copias comminueret: terræ autem partē tanto viro qui tantis prouinciis imperasset, & regio fastu ab ineunte ætate educatus esset, assignare, ne ipsum quidem suspitione carere, aut metu in posterum. Necessè enim esse, vt subiecti Satrapæ ducem suum querant & alibi atque alibi dispersi: & veluti plantæ, noctu oberantes, ad eum qui facem præferat ac viam monstrat, concurrant, ac tandem Romanos insigni detrimento afficiant. Vnde animum eius, velut in æquilibrio nutantem, spe veluti parati aiebat.

EXPEDITIO ADVERSUS Despotam Aetolia & Epiri.

Vo perpetui anni exierant, ex quo Michael Imperatorio solio positus, Occidentalia & Thessalica arma represserat (de pugna Acarnanum & Ætolorum loquor) cum malæ illius radicis mala & spinosa germina repullulascerent, perfidiaque Michaelis ac bellici tumultus renouarentur. Imperator igitur celeriter aduersus illum Cæsarem Strategopulum, Bithynis illi paulum supra Doccatis mittit: reliquos milites, quotquot res postulat, è Thracia & Macedonia cogere iubet. Mandat etiam, vt cum Bithynis militibus obiter per suburbia Byzantij transiret, ad Latinos perturbandos, ne prorsus ocium agere, quietique esse sinerentur: aut multum extra mœnia, quoties libitum esset, euagarentur: sed in perpetuo metu essent, & tanquam in carcere inclusi. Itaque Cæsar Propontide traiecta, castrisque circa Rhegiū positus, in circumforaneos quosdā homines incidit, magno arcanoque cuncta gubernantis Prouidentia: consilio: quæ sæpe multitudini equorū & exercituum non subseruit, exiguis verò copiis & parū locuplete spe fretis magis adest, maximaque victorias largitur. Nam illorum spem arma sæpe & reliqui apparatus abundantia velut adultera, nec sursum ferri ad vitæ necisque dominum sinit, sed graui quodam pondere deorsum premit, humique versari cogit: horum contra fiduciam penuria expeditiorem facit, ac propemodum ad percurrendum cœlum impellit, ac votis ardentioribus supernam dexteram euocan-

Obiter tentandum Byzantium.

Modestus adest Deus.

dam. Hinc est quòd multi magna spe deiecti, contrarium experiuntur: alij verò ex inopia & sui desperatione maximos triumphos sunt adepti. Ecce enim Imperatores tribus haud pauciores, cum maximis sæpe copiis Constantinopolim aggressi, re infecta discesserunt, cum nec ad ipsa mœnia propius accedere licuisset. At Cæsar eandem cepit, cum ne millenarium quidem exercitum adduceret, nec vllas machinas ad deiiciendos muros paratas haberet, sed à sola Diuina ope pendere. Cœpit autem sic. Cum in illos viros incidisset genere Romanos, Constantinopoli verò natos, qui ob rusticum opus condendasque fruges foris agerent: rogauit eos, quales & quantæ essent Latinorum vires: aliæque à Duce inquirēda, longo præsertim vsu exercitata. His verò, cum Latinorum iugum longiam tempore moleste ferrent, & alioqui etiam popularium suorum quam alienigenarum consuetudine vti malleat, optatissimus Cæsaris aduentus fuit: eique cuncta perspicuè narrauerunt, consiliaque prouisionis eum eo agitaerunt, & maximorum præmiorum pollicitationes cupidissimè, veluti re minime dubia, admiserunt. Nam Latinorum vires non exiguas modò nunc esse, sed etiam maximam earum partem abesse, in Daphnusia (oppidum id Euxini ponti est, multis aquis circumdatum, mille stadiis à Constantinopoli distitum) obsidione: sibi verò facile esse noctu illi patefacere ingressum, atque etiam ascitis amicis opem ei laturos esse, & manu & armis & totis viribus ad hostes viciscendos: quòd & ædes suæ portæ contiguae essent, quæ rectâ sanum Deiparæ Fontanæ spectaret: occultumque scire aditum, quem vetus quidam cuniculus vltro præberet: per quem quinquaginta armati ingressi, occisis vigilibus, effractaque porta, facilem ingressum vniuerso exercitui patefacturi essent. His illi dictis domum reuersi, paucis diebus interiectis, quæ verbis promiserant, re ipsa præstiterunt.

Byzantij proditores.

Daphnusia.

RECVPERATIO CONSTANTINOPOLIS.

Cæsar verò sub diluculum urbem ingressus, ibique certo in loco acie ad pugnam instructa, vno die exacto, postridie ignem iniici ædibus, & quatuor in locis urbem incendi iubet, vt gemino bello exitium Latinis machinaretur. Regia Latinorum erat Patocratoris monasterium. Qui verò tum Constantinopoli regnaret, Balduinus erat, Balduini primi ex sorore nepos. Ei enim frater Hericus successit: huic sororis Iolæ primogenitus filius Robertus: Roberto frater ætate proximus Balduinus, quartus & postremus à Balduino primo Constantinopolis rege. Is manè cum surrexisset, ac hostes in vrbe esse audiisset, simulque urbem flammis circumdatam conspexisset, quæ acta vento mox ipsius quoque regiam inuasuræ essent: primùm arma & bellum spectauit, coactis si qui aderat Latinis militibus. Sed cum statim animaduertisset, irritum esse conatum suum: & insignia regni & ipsum regnum valere iubet, ac nudus cymba quadam arrepta, fuga salutem querit. Cuius rei fama eodem die ad eos qui Daphnusia obsidebant affertur: qui

Byzantium a Cæsare incendiunt.

Balduinus postremus Byzantij rex.

ca

ea relicta; postmodum quam celerrimè poterant, præter & circum mœnia vrbis nauigantes conficiuntur, & elabètes Latinos, quatenus licebat, acruatim recipientes. idque à vesperè vsque ad diluculum cõtinenter fecerunt. Sub aurorâ verò expansis velis rectâ versus Italiam cursum intenderunt, multum & ipsi adulterinam patriam valere iubentes. Latus autè bene gestæ rei nuncius, cum celerrimè Nicæam ad Imperatorè perlatus esset, is initiò credere non potuit, cogitâs, se non ita pridem maximo cû exercitu maximòque machinarû apparatu exiguû Galatæ oppidulû expugnare non potuisse: & nunc audire, Cõstantinopolim, tantum orbis terrarû miraculum, adè facile ab d e c c viris esse captam. Deinde cum se colligisset, ac reputaret, Prouidentia numinis etiam arida reflorescere, & pauperes ditari, & imbecilles confirmari, & paruos amplificari: contraque fieri, cum diues suis opibus gloriatur, & potens suis viribus intumescat: gratas manus ad Dominum extendit, & multos hymnos huic argumento conuenientes recitauit. Ad hunc ergo modû eo nuncio affectus, in eo fuit, omissis aliis rebus omnibus, vt cum vxore & Andronico filio, tum bimulo, reginam vrbium ingrederetur.

INGRESSVS IMPERATORIS IN VRBEM.

Post dies complures Imperator Cõstantinopolim intrat: non prius tamè, quam sacrosanctæ Deiparæ, quam quasi viâ mostratricem Hodogrias vocant, imago, per portam, quam Auream dicunt, ingressa esset. Vbi cum illi gratiæ hymnis actæ fuissent, tum demum pedes, præcedere sacrosanctæ imagine, est ingressus: & in palatio, quod Hippodromo proximum est, habitare cœpit. nam Blachernarum longo iam tempore neglectû, & fumo ac puluere plenum erat. Tum verò principem vrbem, vastitatem esse cerneret, ruderibus & tumulis plenam: aedes alias euerfas, alias magni incendij paruas reliquias. Nam prius etiam vis flammarum, pulchritudinè eius & potissimum ornatum absumpserat, cum Latina seruitute opprimeretur. Oppressam verò illam adè non curarunt, vt etiam noctu atque interdiu destruerent. quippe Latinis firmam eius possessionem desperantibus: Deo, opinor, occultis vocibus, quid futurum esset, illis significante. Nec mediocriter illam postremus ille ignis deformauit, quem Romani proximè, ad terrorem Latinorum, domibus iniecerant. Prima igitur & præcipua Imperatoris occupatio fuit, vt eam repurgaret: ac multiplicem illam confusionem, quoad liceret, eleganti ordine exornaret. Proinde templa nondum collapsa fulciuntur, & vacuæ aedes habitatoribus complentur. Altera, vt Arsenius patriarcha sedem Byzantinam tum vacantem occuparet: idque, reuocato illo, factum est, partim volète, partim nolente. nolente, propter superiores offensas: volente, quòd & ipse Imperatricem vrbem spectare cupiebat, & amore gloriolæ non potius inuidus erat. Homo enim & ipse erat: neque noui quicquam, si minus ille quidem quam ambitiosissimi, sed non nihil tamen gloriæ cupiditate moueretur: ac potius non tam

Palæologi laticia de re desperata vrbis.

Ludit in humanis diuina potentia rebus.

Deipara & Hodogria Imperatorè præcedit.

Byzantijs vrbis ex incuria Latinorum.

Vrbis instauratio.

Arsenius patriarcha Byzantium vocatur.

Ambitio mouerata.

sedem adamaret, quam sortem que iure sibi obuenisset, spernere, iniquum iudicaret. Tertia vt Alexium Cæsarem pro dignitate remuneraretur, cuius opera Deus Imperatricem vrbem Romanis donasset. Lubet igitur triumphum frequentissimum & splendidissimum indici: & Cæsarem cum maxima pompa per totam vrbem incedere, non Cæsaris tantum in signibus ornatum, sed etiam preciosa corona, & caque parum abesse quin Imperatoria dicam, redimium. Præterea madauit, vt nomen Cæsaris per integrum annum, vna cum Imperatorum in omnibus Romanis pronuncijs, hymnis, aliisque laudibus celebraretur. Ac Cæsaris quidem fœlicitates hæ fuerunt. Inuidia autem auctori est in more positum, ut acerbas aliquas calamitates atque infestas prosperis successibus admisceat, tanquam segeti lolium, nec vllum serè humanæ vitæ gaudium solidû ac perpetuum esse patiatur. Que Philippo Macedonia tyranno causa fuit, vt cum tres vno die successus obtigissent, læticia quidem exularet: non tamen illis insolèter gloriaretur, superciliiuè attolleret: sed cum inuitatis prosperitatibus, grauiores calamitates solere comites esse intelligeret, euentus illos moderatius tulit. magisque de futuris sollicitus, quam præsentibus lætus, cum assurrexisset: O Dij immortales (inquit) mediocriter bonis hisce malum admiscete, ne tantorum bonorum voluptatibus elati, in magnorum malorum barathrum præter opinionem præcipitemus. Sic igitur Telchines quidam his exercitati artificijs, in Cæsaris etiam res secundas inuidis oculis coniectis, citra molestiam omne tempus ætatis cum degere, vt suo loco diceretur, non fuerunt.

EXPEDITIO CAESARIS AD VERVSÆDIFRAGVM MICHAELIS.

Post magnas enim victorias istas & triûphos, Cæsar iterum ab Imperatore eodem mittitur, ad Michaelem Epiri & Erolia Despotam viciscendum: qui limites suos transgressus, Romanos fines vastabat, vt antè diximus. Ille verò Thracicis & Macedonicis exercitijs coactis, iustaque manu facta, hostem inuadit. Sed post multas belli vicissitudines, ac variam Martis aleam, Romani vincuntur, Cæsarque viuus capitur: cuius victoriarû & triumphorum fama non ita pridem & Austrum & Septentrionem stupore affecerat. Sic nihil humani firmum ac certum est, sed omnia incerto euentu velut in mari æstuant & afflictantur. Abstrusus quidam error humanæ peritiæ & cognitioni insultat, sursum deorsumque trahens ac permiscens omne consiliorum studium, & velut tesseras euerrens, firmis decretis nixas deliberationes. Cyrus qui olim Persis, Medis, & Chaldæis imperauit, cum Asiæ maximam partem percurrisset, & Babylonem Asiæ decus facillimè cepisset, acie cum Mafagetica muliercula congressus, à fortuna turpiter destituit. Hannibal Carthaginensis, qui omnem Libyam & Africam domuit, post Ibericas illas & Celticis victorias, post asperissimas Alpes superatas, post mirabiles victorias de Romanis partas, paulo post vnius Romani ducis arma, idque in patria sua, tolerare non potuit, sed funditus euerfus, exilium exilio mutauit, ac potius crudeliter

Alexij Cæsaris triumphus.

Nullum gaudium perpetuum.

Philippi Macedonia tyranis votum.

Inconstantia fortuna ex parte.

Alexij Cæsaris capitur.

Inconstantia fortuna ex parte.

Cyrus.

Hannibal.

deliter

deliter à fortuna exagitatus est. Pompeius magnus, Romanus Cõsul & Imperator, cum victor Asiam vsque, ad Caucafeas rupes & mare Caspiû percurrisset, & plurimis nationibus subactis, Romanam infinitis pecuniarum aceruis collocupletasset: à perexiguo tandem exercitu atque à suis profligatus, omnè suam gloriam amisit. Ita is de quo nunc agimus, Cæsar, maximis rebus heri gestis, hodie obscurioribus certaminibus oppressus iacer: Deo huiusmodi exemplis arcanam doctrinam explicante, vt nostris viribus, cum à deterioribus superamur, agnitis, magnorum atque admirabilium successuum causas vni planè Deo acceptas referamus. Ceterùm Cæsarem ita captum Michael petenti Manfredi Sicilia regi, genensuo suo, statim misit, quò suam sororem illo liberato redimeret, quam Ioannes Dux Imperator post Irenes obitum alteram vxorem duxerat, à Theodorico ipsius & Sicilia regis patre acceptam: cui cum post coniugis obitum redire domum haud liceret, magna cum modestiæ laude viebat, morumque honestate vultus sui splendorem superabat: eoque pacto vrbis adamatam suam Cæsarem recepit, Deinde Michael Erolia Despotes Nicephoro filio viduo vxorem querens, Imperatoris consobrinam Annam accipit: quo coniugio pax cum illo firmata est. Enimverò Imperator cum Cõstantinopolim iam tenès, tum res prosperè sibi succedere cernès, secunduque fortunæ aura ferri, planè iam imperium sibi vèdicare statuit, omnemque metû sibi imminèrem funditus extirpare: veritus, ne fortè tandè ij qui nûc clam se deuouerent, iramque magno cum dolore premeret, non paruo prætextu successione Imperij & paternæ hereditatis freti, insidijs in apertam vim commutatis, maximum sibi & capitale periculum crearent. Igitur Latino cuidam, qui è Peloponneso negocij cuiusdam causa obiter in vrbem venerat, nobili quidem illi, sed non illustri, Belicuro nomine, Theodoram, vnam è Theodorici Laçarici filibus despondet, eumque hortatur vt secum eam abducat: alteram Irenem comiti cuidam Genuensi despondet, nomine Vigintimilio, qui & ipse fortunata Cõstantinopolim venerat, & cum quoque domum redire sinir: fratrem verò earum Ioanem, qui iam decimum agebat annum, oculis priuat.

Que nocte docent.

Cæsaris liberatio.

Nuptia Despotes & Annæ.

Palæologus regnum firmare conatur.

Theodora Laçarina Belicuro nubit.

Irene Vigintimilio Comiti.

DE IOANNIS SUCCESSORIS IMPERIJ EXECRATIONE.

Successione Imperij ad hunc modum citra vltimam suspicionem aut metû confirmata: patriarcha Arsenius, audita Ioannis execratione turbatus, exilit, sursum deorsumque in adibus cursum, vociferans, plorans, pectus palmis acriter plangens: animòque grauissimis doloribus sauciato, facinus illud palam cum crebris suspitijs dereftatur, & solem ac elemèta in vltionè vocat. Sed cum quiritado ac lamètado nihil proficeret, alia ratione inuenta, sacris interdicit Imperatori. Mentionem tamen eius in psalmodijs non sustulit, veritus, ne per iracundiâ grauius aliquid in Ecclesiam consuleret: nêue fumum (quod aiunt) fugiès, in ignem incidere cogetur. At ille multâ moderatè ferens, compluribus diebus supplicij gestu & habitu, restitutionem in integrum expectabat.

Palæologus patriarcha loco pellendum curat.

etabat. Sed cum spe frustraretur, ad vltionè conuersus, non eam quam potentia licentia suaderet, nec aperta vi grassatus, Põrificum concilium indicit: eaque crimina quæ sparsim à quibusdam contra patriarcham susurrabantur, in vnum quasi falcem collecta, in canonicam disquisitionem vocari iubet. Mandato illo (quid dicam?) ij quos Dominus alijs fraternæ charitatis exemplum esse iussit, accepto, concilium contra Principem fratrem in palatium conuocatum: & vt accusatores in medium prodirent, proclamatum. Ii verò, alius alium anteuertere studens, accurrerunt. Crimini autem dabatur, Sultanû Azatinem, cum sacra doxologia perageretur, sæpe interfuisse, & intra templum cum patriarcha collocutum esse: quamuis & Imperatori & sacerdotibus constaret, quòd is & Christianis parentibus ortus, & sacro baptismate initiatus esset, ac fortunæ quodam impetu (vt multa præter spem eueniunt) Sultanus & princeps Turcorum extitisset, ac tum quidem præcipua religionis capita in animo conseruasset: nunc verò Cõstantinopoli & sacras imagines veneraretur, & omnia palam Christianæ pietatis instituta tueretur. Quæ cum arma patriarchæ firma suppeterent, oppugnatores eius vt abrogationi aduersantia retundebant, primum incerta atque obscura, post etiam planè commenticia esse dicuntur. Accersitur patriarcha ad causam dicendam: iudicio se non sinit, concilium iussu Imperatoris indictum esse, qui ipse aduersarius & prætor esset, excipit. Igitur eum contumacem condemnant, & sede cedere iubet: vnaque ad sunt, qui in exilium eum abducant. Ii verò, qui & ocium longo iam tempore desiderasset, & cum rerum statu molestè ferret, vltro eos à quibus abducebatur, esse secutus.

ARSENII PATRIARCHÆ EXILIUM, & GERMANI SUCCESSIO.

Cum tertio die in Præconesum perductus esset, Adrianopolitanus episcopus illi subrogatur, amicitia verultare cum Imperatore coniunctus, qui ea dignitate illum ceu debito præmio remuneraretur. Nam superioribus temporibus illi metu Theodori Laçarici Imperatoris ad Sultanû fugienti, in extremis tum Romanorum finibus monasticam vitam agens, lætus occurrerat: splendideque exceptum, & liberali viatico instructum prosecutus erat: deinde imperio potitum accesserat, & post multos alios honores etiam Adrianopolitano folio accepto, inde modo in patriarchicam sedem transferebatur.

DE ICARIO EPISCOPO.

Vb hoc tempus Icarus quidam, ab Eubœæ principe, quæ Venetorum prouincia est, capta Cõstantinopoli cum defecisset, nec paucos alios Eubœos sibi asciuisset, munitam arcem occupauit: è qua crebrò descendens, è finitimis agris & villis prædas egit: atque agrestes ita broui tempore perterrefecit, vt nec extra mœnia habitare, nec in agris & villis sine speculatore versari auderent, nec diu cunctatus, munito etiam oppidulo potitur, vnde aperto Marte cum Eubœæ prætorè cõgredi ausus fuit. Tamè veritus ne ab illo copiis maioribus instructo caperetur,

Sacerdotum temeritas.

Criminis patriarcha obiecta.

Azatinus Christianus.

Arsenij exilium.

per legatos societatem Imperatoris petit. qua imperata, & oppidulo iusto præsidio firmato, vltro ipse Imperatorem adit, cum alia pollicens: tum, si iustum exercitum accepisset, nihil prohibere quo minus vniuersam Eubœam illius Imperio subiiceret. Celeriter igitur cum multis Romanis militibus abiit, priusquam accessum eius Eubœi animaduertent. Sed Latini supercilij gnarus, nec Eubœæ prætozem commissurum sciens, quin peregrino exercitu viso, ex vrbe subito eruperet: noctu multos milites circa urbem in insidiis collocat, deinde manè ipse sese populabundus ostendit. Itaque Latinos subito arma cum suo duce arripere, & hostibus extra mœnia occurrere coactos, qui in insidiis erant, à tergo, à fronte verò Icarus cum suis adorti, prætozem quidem viuum capiunt, & complures alios cum eo: cæteros verò cædunt. Prætor igitur Eubœæ captiuus ab Icaro, ad Imperatorem perductus, paulo post obiit: obiit autè hoc modo. Regiam ingressus, & vt captiuum decet, ante fores stans, cum Imperatore in folio confidentem, Senatūque omnem splendido & modesto habitu circumstantem: Icarium verò non ita pridem seruum suum, nunc ornata veste & insolenti gestu introeuntem & exeuntem, & Imperatori in aurem insurreptantem conspexisset, abrupta statim vita, pronus humi concidit, iniquæ fortunæ violentiam perosus. Cæterum pulis vrbe Latinis, turba opificum & circumforaneorum hominum remansit, ex Venetis & Pisanijs permixta. Quare non tutum, nec paci accommodatum esse visum est, etiam Genuenses in urbem recipere: eaque de causa è regione, circa Galatæ locum, habitationes eis assignauit: etiam mercium immunitate donata, quam ante captam urbem, illis promissam Imperator, si sibi aduersus Latinos adiumentum essent, nunc præstitit, quanquam absque illorum. ope ea potitus. Magistratus verò, qui certis temporibus eò mittuntur, Venetorum Mpatulus siue curator, Pisanorum Consul, Genuensium Potestas appellatur. At Balduinus periculum Constantinopolitano elapsus, in Italiam cum peruenisset, cum rege Carolo affinitatem iunxit, illius filia suo filio desponsa, illius opibus se Constantinopolim recuperaturum sperans: inani vtiq; spe & cupiditate. Imperator enim maximâ classem ornauit sexaginta triremibus completis, tum ex alijs gentibus, tum ex Gallicis: qui inter Romanos & Latinos educati, ab illis prudentiam in suscipiendo, ab his audaciam in gerendo bello sumpserant. Cum his erat etiam armatus naualis exercitus Laconum, quos corrupta lingua Tzacones vocat, qui se recens ad Imperatorem contulerant. Igitur classis ad eò splendidè instructa iussu Imperatoris, incedebat, & maximum Latinis terrorem afferebat. Recepit etiam Egæi maris insulas ferè omnes, Lemnum, Chium, Rhodum, cæteraque quæ Latinis seruerant. In hac maritima occupatione de nouo fidem fregit, & finitimam Romanorum ditionem vrere cepit. Etolus Michael. Quo audito, motore & ira affectus Imperator, quamprimùm ipse bellum ei infert, ad motus illos comprimendos. Cum autem in Thessalia versaretur, ostentum in cælo apparuit, vates & præ-

Fachæ se-
peratio.

Prætor Eu-
bœæ subito
mortuus.

Galata Ve-
netis, Pisanis
& Genuensibus
assignata.

Mpatulus.
Consul.
Potestas.

Balduinus
rex Car-
olus Byzanti-
no minatur.

Paleologi
irritia expe-
ditio contra
Michaelen
Dyspolan.

nuncijs malorum, comeres illustis, iuxta signum Tauri, noctu sub diluculum, paulum supra horizontem: & quantum sol procedebat, tantum indices & ille ab horizonte discedebat, donec tadem ipsum cœli medium præteriret. Nam cum is primùm visus esset, solstitium æstiuum fuit, Sole cancrum perambulante: cum languesceret atque exstingueretur, idem sol autumnale æquinocetium confecerat: tribus interim signis peragratis, cometa circa Taurum fixo, ac paulatim euanescente. Qui cum cladem munitari videretur, Imperator valere iussa Thessalia, laxis habenis Byzantium contendebar: nam & fama Scytharum Istrum accolentium, qui mox in Romanos fines irrupturi essent, haud mediocriter eum turbabat: qui, priusquam in urbem redisset, vniuersæ propè Thraciæ, instar exactuantis maris, & longè extra littora euagati, circumfusi fuerant. Est enim expeditissima natio Scytharum, ad eò vt sæpe tridui iter vno die conficiant. Excursionis autem eorum hæc causa fuit.

Cometa.

SCYTHARVM IN
Thraciam irruptio.

Constantino Bulgarorum principi nuptam fuisse diximus Lascaris Imperatoris filiam. Quæ cum fratris Ioannis exccationem audiuisset, maritum ad illius facinoris vltionem exhortari atque impellere non desistebat. Illi igitur vindictæ occasionem queritanti & hæsitanti, rei aggrediendæ causam veluti flammæ materiam præbuit Sultanus Azatines. Nam absente Imperatore, ad Ænum maritimum oppidulum degere iustus est, quod ei simul custodiæ vice esset, ad suspectam eius fugam prohibendam. Quod cum ei malum intolerabile videretur, in causa fuit, vt per nuncios cum Constantino ageret, bellum Romanis illaturo: eique pecuniam non paruam, si eius opè liberatus esset, polliceretur. Qua occasione Constantinus non parum confirmatus, cognito etiam Imperatoris è Thessalia recessu, amplius viginti millia Scytharum ad Istrum degentium accersit: cum quibus celeritè in Romanos fines impressione facta, se ipsum etiam Imperatorem in itinere excepturum sperabat. Scythæ igitur per omnem Thraciæ sagem instar dilatati, ad mare vsque prouecti sunt, vt neque iumentum, nec homo vllus, nec Imperator ipso effugeret. Ac cætera quidem illis omnia ex sententia successerunt: solus autem Imperator elapsus, spem eorum fefellit. Nam cum eorum incurSIONem anteuertisset, clam per montes, qui iuxta Ganos sunt, ad mare descendit, vbi diuina quadam providentia in duas Latinas triremes incidit: quæ cum Byzantium iter haberent, ibi aquationis causa præteribant: in quas cum se coniecisset, biduo in urbem peruenit. Scythis autem Imperatore frustratis, illud restabat, ne Sultano Azatine frustrarentur: Quare omnis eorum labor & cursus Æneum veritas rectâ tendebat, vt illum aut solum volentibus ciuibus, aut raris inuitis, cum ipso oppidulo & ciuibus abriperent. At illi ne funditus exciderent veriti, tradito eo impetrarunt, vti Scythæ pacati discederent. In reditu autem cerneret illos multitudinem penè innumeraibilem, iumento-

Ioannis ex-
ccationem
foror vltis-
simæ.

Azatines ad
Scythas su-
as.

Imperator
Scythas vix
evadit.

Azatines à
Scythis libe-
ratur.

Thracia
vastata.

iuventorū instar, abigentes: vt aliquandiu agrè bouem aut aratorè in Thracia cõspiceres. vique ad eò eam & habitatoribus & iumentis spoliarent. At Sultani historia nunc differatur, quam paulo post copiosius explicabimus. Vxor verò illius & liberi statim sunt custodia traditi, pecunia eiusdem in fscum Imperatorium relata. eius verò comitatus, qui plurimi & bellicosissimi viri erant, Christiano baptisinate regenerati, Romanæque militiæ sunt adscripti.

DE AEGYPTIIS
Arabibus.

Per speciem
negotiationis
Scytharum
in Aegypti
traditis.

His temporibus Aegypti & Arabiæ Sultanus, missis ad Imperatorem legatis, Romanorum amicitiam expetit: vnâque petit, vt Aegyptiis mercatoribus quos ipse veller, quotannis temel fretū nostrū traicere liceret. Quæ res cum initio parui momenti esse videretur, concessa fuit. Sed cum progressu temporis constitisset, qualis & quanta esset: iam prohiberi non potuit, consuetudine confirmata atque inueterata. Traiciunt enim quotannis singulis, interdum etiam binis nauibus onerariis ad Europæos Scythas, Maotidem paludem & Tanaim accolentes: ab eisq; partim transfugas accipiunt, partim à dominis & parentibus emunt: è quibus in Aegyptiam Babylonem & Alexandriam perductis, Scythicas legiones constituunt. Neque enim bellicosos esse Aegyptios, sed timidos potius atque effæminatos plerunque, affirmant: eaque de causa necessariò sibi peregrinum militem parandum, & ære emptis mancipiis propemodum seruiendum esse, omnis sollicitudinis earum rerum quibus humana vita eget immunibus. Proinde tempore non ad eò longè, tantum per eam causam exercitum parauerunt Arabes Aegyptij: vt non Occidentalibus tantum, sed iis etiam populis qui magis versus Orientem habitant, admodum essent formidabiles, Africam enim vniuersam, & Libyam, Gades vsque, deinde Phœniciam & Syriam, & omnem oram maritimam domuerunt, habitatoribus cum alijs, tum verò Galatis & Celtis, qui longo iam tempore prouincias & vrbes optimas obtinebant, occisis, qui ex Occidente hoc ferè modo illuc transferunt.

Aegyptij Scy-
tharum ope
propagant
Imperium.

Alpes
Rhenus.

Gallorum ex-
peditio ad
sacrum sepul-
chrum.

Danubius.

DE CELTOGALATIS
necessaria expeditio.

Sunt in Europa montes altissimi qui Alpes dicuntur: è quibus fluiuius maximus Rhenus ortus, & in Oceanum Britannicum influens, vtranque Galliam magis meridiorem facit: quarum incolæ Galli & Celtæ dicuntur, fortissimi viri, qui cum salutaris Sepulchri videndi cupiditate arderent, decreuerunt magno exercitu coactò, ad id & adorandum & recuperandum proficisciantur: ad Arabes qui id teneret, si fieri posset, proficisciantur. Itaque armis & equis instructi maximo numero, pulchrâ illam expeditione susceperunt. traicctoque Rheno, Danubium maximum fluiuium secuti sunt: qui & ipse ex iisdem alpiibus erumpens, quinque ostiis in pontum Euxinum influit, cuius Septentrionales ripas legentes, propè ad ipsius ostia vsque sunt progressi: terribile vtiq; spectaculum gentibus in medio habitantibus, qui instar ferrei muri procederent: sed ea

præditi probitate, vt nemini prorsus nocerent. Sic igitur ibi etiam Istro traiccto, in Thracia castra posuerunt. Rerum tum potiebatur Comnenus Alexius, à quo per legatos, & forum rerum necessarium & per Hellepontum transitum ad Orientem petiuerunt. Quæ illi peroptata occasio, minimèque negligenda visa est: quippe qui principatu recens suscepto, rem Romanam magnis superiorum Imperatorum peccatis vndique infestari, & immaniter conuassari cerneret. Nam omnes Orientales prouincias longo iam tempore Turci obtinebant, ipsamque Nicæam, celebrem illam urbem: præterea regiæ disciplinam ingens pecuniæ inopia magnopere turbabat, omni spe reddituum interclusa: neque quicquam præter internecionem atque excidium expectabatur. Hoc igitur rerum statu Gallici exercitus aduentus peroptatus illi fuit. Habitòque colloquio, cum eis paciscitur, si Turcos Romanis prouincijs & vrbus expulissent, vt illi omnes illorum opes acciperent, sibi verò vrbes vacuas restituerent. Qua cõditione illi auidè accepta, Hellepontum cum ipso Imperatore traiciunt. Sicut autem ignis denicè syluæ iniectus, alia tanquam stipulam celeriter, alia propter viriditatem tardius ille quidem, sed tamen absumit: sic geminus ille Romanorū Gallorumque exercitus, terribilis hostibus atque intolerabilis est visus, tum ob armorum grauitatem, roburque corporum, tum ob cõstantiam animorum inexpugnabilè. Proinde hostiū alij veluti gramè & lutū (vt ita dicam) conculcabantur: alij se defendebant, angustijs locorum alicubi; Romanorūque munitionibus freti. Non tamè ne illorū quidem fortuna prorsus inuicta fuit, quin alij deditonem facerent, alij vi subigerentur, alij fuga salutem quarerent. Hoc modo omni Asia quæ intra Alym est, & Meandro Pamphyliaque includitur, repurgata, promissisque assertarū vrbiū opibus acceptis, cepit iter sunt profecti. Superatis autem qui intra Pamphyliam & Ciliciam sunt montibus, non parua sollicitudine æstuant: & nisi transitum daretur, aduersus Cilices & Phœnices & Syres pugnandum esse prospiciebant. Verum primi Cilices primo illorum conspectu territi, reuertissimè sibi consuluerunt: eosque vt amicos transire passi, & forum præbuerunt, & viæ duces dederunt, omniq; amicitie & hospitalitatis officia præstiterunt. Ac Cilices ad eò expeditè cum Gallis & Celtis transegerunt, non multitudine tantum & viribus eorum territi: sed eiusdem quoq; propemodum religionis verecundia, & à sua non multum abhorrentis, adducti. Sed cum iam eis in Syriam & Phœniciam facere impressionem tempestiuum esset, non eadem illis euenerunt. Nam cum ij qui eas tenebant, Arabes essent, gens peregrina atque insolens admodum, negocium illis, ac sibi potius ipsis facerent, cum arripis armis transitu eos prohiberent: existimatione suâ imminutum iri rati, si terram eorum gens peregrina & remotissima sine sanguine & cædibus penetraret. Vnde Galli comiteatu exclusi, penuriaque laborantes eorū quibus nec ipsi, nec iumenta carere vllò modo poterant, armis de summa rerum decertandum esse statuerunt. Hinc pugna continentes & nocturnæ, diuturnæque

Alexius Cõ-
mnenus Gal-
lorum ope vr-
bes Orientales
recuperat.

Cõditio sa-
cietatis.

Cilices dan-
Gallis trans-
itum.

Arabes Sy-
ria & Phœ-
nicia frustra
prohibent
Gallos.

Galli in Asia consistēt.

Armenias locorum vocat immemores facit.

cædes Arabum, atque urbium excidia, Gallorum vitibus indies inualescentibus. Ac ut ea quæ intercesserunt omittam, bellicosissimis Arabibus partim occisis, partim longissimè profligatis, reliquos pro inermibus mancipiis tractarunt: ac postea iis in locis confederunt. Viris enim victis, locorum amœnitate superati, ibi reliquam ætatis exigere decreuerunt. Quo factò, ipsi sese manifesti criminis reos peregerunt. Munus enim atque institutum profectiois eorum fuerat Palestina, si possent, occupare: & impios, qui salutare Sepulchrum tenerent, aut funditus extirpare, aut suapte sanguine profuso animorum salutem redimere. Cum autem talis amor eos patria extorres egisset, planè diuini & omni laude dignissimus: eum tamè diuinū amorem Phœnicia & Syria amor illis, iudices præter spem nactus diuitiis oneratos, & velut ebrios, excussit. Sed omissis Celtogalatis, ad institutæ historiæ seriem est redeundum. Nam Ægyptij Arabes, Scythicus (ut diximus) copiis aucta potentia, extra suos fines quàm longissimè excurrerunt, versus Occidentem Africanis & Mauritanis gentibus domitis: ad solis verò ortum tota felici Arabia, quam & Indici maris ora terminat, & vtrinque sinus Persicus & Arabicus includunt: inde Cœlesyria & Phœnicia, quam fluuius Orontes continet, Celtogalatarum illorum posteris partim inde pulsus, partim belli more breui tempore interfectis.

GERMANO PATRIARCHÆ ut successerit Iosephus.

CÆterum patriarcha Constantinopolitanus Germanus, cum sibi vulgus per summam petulantiam insultare audiuisset: quippe qui Arsenio legitimo patriarcha adhuc superstite, sedem illius occuparet: ea cuius relicta, quieti se dedit. Huic succedit Iosephus, vir canus, qui longo tempore in monte Gallestio monachum in ocio egerat, Græcarum literarum planè rudis, & nimium simplex. Tales enim mores cum Republica & vniuersi rerum commune nihil habent. Huius ob religionem consuetudine utebatur Imperator Michael, & suas illi cogitationes exponebat. Quare cum is primum sacrificium cum cæteris pontificibus peregrisset, ante vestibulum sacri suggestus prostratus, duo sua peccata, periurium, & filij Imperatoris excacationem, aperit profiteretur, sibi que condonari peti. Primus igitur patriarcha illi iacenti astans, condonationis syngrapham quandam, ac post eum pontifices suo quisque ordine, eandem recitarunt. Ita lætus discedit Imperator, tam ob illam condonationem, quàm quod Deum etiam sibi placatum & reconciliatum existimabat.

DE ECLIPSI SOLIS.

Sub hoc tempus luna solem obscurauit, quartam Geminorum partem peragrante, sub horam ante meridiem tertiam, xxv die Maij, anni vi. m. d. cc. lxxv. Fuit tota eclipsis punctorum ferè 12. Tanta autem sub eius medio orta sunt tenebræ, ut multæ stellæ apparerent: quæ nimirum maximas & perniciosas Romanorum calamitates portendebat à Turcis imminentes. Populi enim afflictio ab eo tempore non

Significatio Turcica rationis.

destitit, & subinde paulatim aucta est. Terrena autem mala huiusmodi cœlestium luminum affectionibus significari, extra controuersiam esse puto: nisi fortè quispiam rixis inanibus delectetur. Cui si quis ea quæ in theatro vniuersitatis huius, aliis atque aliis temporibus eueniunt, persuadere verbis inlituat, eius inane ac superuacaneum fuerit studium, obstinatis dare mentem conantis. Quod enim in hominis vnus corpore fit, idem etiam in corpore huius vniuersi contingit. Vnum enim mundus corpus est coherens, & membris & partibus ut homo compositū. & ut hic, capitis aut colli affectio, efficaciorē noxam ad tibias aut talos eiacular: sic etiam in mundi corpore, cœlestium luminum affectiones in terra figuntur, in eaque vires suas exercent. Post hæc longo tempore elapso, Imperator Andronico filio Annam Pannoniam despondet, simulque illum insignibus Imperij ornat.

Stultis & pertinacibus nec certissima persuadeat possunt.

Mundus humani corporis similis.

Andronici nuptia.

ANDRONICI IMPERATORIS iusurandum patri datum.

Deinde ipse quidem Andronicus patri iurat, se Dei Ecclesiam pie veneraturum, eiusque priuilegia modis omnibus culturum, & inuiolata conseruaturum esse. Postea, se vitam & Imperium patris sui expertem insidiarū, vsque ad eius obitum, pro virili conseruaturum. His peractis, omnis Romanus populus vsitarum iusiurandum Andronico nouo Imperatori dedit. Patriarcha verò & collegium sacerdotum iusiurandum suū perscriptum, in sacros codices retulerunt: se & successores suos, eius imperio non esse insidiaturos, profitentes. Pater autem permisit, edictis subscribere rubris literis, cæterum sine mente & insidione sed, ANDRONICVS CHRISTI GRATIA IMPERATOR ROMANORVM.

Andronici auctoritas.

DE MAGNO BELLO, QVOD Romani Thessalico Sebastocratori intulerunt.

Hoc statu rerum decessit Michael Despotas Epiri, & Thessalia princeps, relicto filio, vno notho Ioanne, legitimis tribus: quorum natus maximus fuit Nicephorus Despota, qui consobrinam Imperatoris in matrimonio habebat: quem pater, ob immaturā ætatem reliquorum, qui cœlibes adhuc erant, Michaelis & Ioannis, curatorem reliquit, diuisa omni sua ditione in duas partes: quartā vnā, quæ vetus appellatur, Epirum, Nicephoro Despotæ reliquit, continet autē Thesprotos, Acarnanes, Dolopes, prætereaque Corcyraos, Cephalenios & Ithacenses: terminatur ab occasu Adriatico & Ionio mari: versus Septentrionem altis montibus Pydno & Acrocerauniis: ab ortu Acheloo flumine à meridie insula Corcyra & Cephalemia. Alteram partem Ioanni notho filio reliquit: quæ & ipsa continet Pelagos, Phthiotas, Thessalos, Locros Ozolas: ac versus Septentrionem Olympum motem habet, ad meridiem Parnassum, vtrinque altissimum. Cæterum duo, Michael & Ioannes, Nicephori fratris tutelam & curationem agrè ferentes, & alioqui rati eius exitum, sibi suuētū fore, ad Imperatorem profugiunt. Nothus autem

Nicephori Despotæ ditio.

Ioannis nothi Sebastocratoris ditio & perfidia.

tem

Thessali societudines.

Scytharum imperatorem et adis Romanorum ream agit.

Novarum Patrarum obsidio.

Thessalus per castra hostium euadit.

Arcanatacenda.

rem Ioannes, effreni & vasto ingenio vir, suis contentus quiescere non poterat, quamuis nuper admodum Sebastocratoris honorem ab Imperatore consecutus: sed ruptis crebrò fœderibus, Romanas prouincias populabatur: ut Imperator indignatus, fratrem Ioannem Despotā, cum maximis copiis vndecunq; collectis contra eum mitteret. Is igitur Paphlagones & Bithynos equites, Comanorum & Turcopulorum etiam turmis adiunctis adducens, pedites è Thracia & Macedonia colligebat. Quorum aduentu Sebastocrator audito, cum se tanto exercitui imparem esse, & ab omni parte destitutum cerneret, grauissimis curis æstuabat. Nam supplici habitu veniam petere, non expeditum, neque etiam conducibile iudicabat: quod pactis & conuentis sape non steterat. Itaque aliam viam ingressus, munitis & in tuto collocatis suis castris, quantum poterat, cum suis exercitibus circuibat, eminus speculans quid ab hostibus ageretur: forsitan & spe concepta, insidiis & incursum se Romana castra turbarum & vexaturum. Sed cum in excursionibus à nostris disciplinam militare obseruari, & omnia prudenter administrari cerneret: illo conatu desperato, sursum deorsumque ambulans, summe rerū metuebat. ac præ metu & angore forsitan vitam cum morte commutasset eo tempore, illiusq; ditio ab Imperatore occupata esset, nisi exterorum commilitonū immodestia & graue delictum, præter spem, rem Romanam labefactasset, & fœdissimè peruerisset. Nam impressione in illius fines facta, omnibusque resistente nemine, facile subactis: Comani per summam petulantiam omnia fana, omnia monasteria spoliabant, & impudenter erant, ac sacris vt profanis, cum aliis, tū Diuorum imaginibus loco mensarum abutebatur. Et quid multis est opus: sine vilo metu faciebant omnia, quæ impiorum hominū consuetudo fert. Quamobrem belli exitus non bonus, nec principis consentaneus fuit: vt progressu orationis ostendetur. Nam cum Ioannes Despotas cum exercitu aduenisset, oppidula partim statim deconditionem faciebant: partim situ locorum freta aliquandiu resistebant, donec machinarum violento impetu debilitata, & ipsa sese submitteret. Quare Sebastocrator Ioannes desperatis rebus, nouas Patras, munitissimum castellum, se recepit: vbi eum circumfident, & longo tempore oppugnant hostes. id castellum in edito mōre situm, bellicas machinas facile contemnebat: sed ob multitudinem hominum ibi inclusam, commentus penuriam metuebat. Ita ille inops consilij, vrgentium malorum remediorum sollicitè quaritabat. Tandem post multas deliberationes, consilium mitum ac planè diuinum inuit: quod, vt sacrum & arcanum, cum nemine profus communicat, custode vrbs excepto. Nam arcanum pluribus auribus quàm vni commissum, multifariam erumpit: amissioque arcani nomine, fama celebris dici debet, tota castra tam amicorum quàm hostium permeans. Vnde ille, quippe vir prudens, & huius rei non ignarus, callidè suum commentum texit, quod erat huiusmodi. Obseruata nouilunij obscurissima nocte, fusc se de muro demittit. Deinde, cum alius transitus ei non patē-

ret, clā in Romana castra laceris vestibus descendit: & ne agnosceretur, magna voce, & verbis ex parte barbaris, per tota castra velut amissum equum quæritans, clamitat. Turba verò militaris eum deridet, & exhibilat, & suauissimis diceriis exagitat. His dolis castra cum pertransisset, procul inde ad monasteriolum profectus extra fines, soli præposito sese quis sit indicat: ab eoq; quinque iumentis & toridem famulis acceptis, sub auroram monte Thermopylarum superato, postridie in Bœotiam peruenit, ac tertio inde die in Atticā: vbi cum Athenarū duci magnam pecuniā, & splendidas ac locupletes filiarū suarum nuptias promississet, auxilia petit: & accipit. v. delectos Athenienses, amplis stipendiis cōductos. At Romanorū exercitus Sebastocratorē Ioannem in castello esse ratus, crebris velitationibus mœnia lacerabat: neque enim vllibi machinæ adduci poterat: & exitus omnes circuncircā obsidebat, ne cubi Ioanes elaberetur: sed aut sponte deconditionē facere cogeretur, aut inuitus à ciuibus duplici malo, & fame & obsidione pressis, dederetur. Ac hi quidem ita securi desidebant, quidā etiā è castris excurrebant, alij prædatum ad fines Achæorum, alij venarum: in quos primos incidit Ioannes Sebastocrator, cum v. illis Atheniēsis, dissipatos: eosque partim capit, partim vsque ad castra persequitur, vt ex re inopinata & subita tumultus in eis oriretur, & præter alios duces, etiam Ioannes Despotas perturbaretur, existimātes aut Peloponnesi & Achæi principem cum iustis copiis adesse, aut Thebanorum & Eubæorum & Atheniensium ducem cum magno exercitu Sebastocratori perire. Igitur priusquam illi irruerent, clam & paulatim Romanus exercitus diuellitur: & alij alios occupantes, quantumuis reclamantibus ducibus, & manere iubentibus, continēt fugiunt: iam & ipsi duces vnā cum Ioanne Despota (quippe qui prospicerent, si manerēt, se nec vllum egregium facinus edere posse, illo temporis articulo oppressos: & haud dubiè perituros) è vestigiò claculum cum reliquiis Paphlagonum, cōseruato tamè ordine ac disciplina militari, recedere cogerentur. Hoc tam insperato Romanæ fugæ casu, cuius causa fuere Comanorum commilitonum sacrilegia, oppidani statim effusi portis, ad Sebastocratorem decurrunt omnes: cumque eo collocti, partim ibi manere iussi sunt, ad Romana tabernacula, equos, impedimenta omnia & varias diuitias colligendas, quas & domo attulissent, & è præda coegissent: partim tergis Romanorum inherere sparsim fugientium: ac si qui resisterent, eos occidere: qui verò comprehēsi se non defenderēt eos etiam tunica exuta, nec vlla veste præter indusium relicta, dimittere. Institutum enim hoc à maioribus constanter ad posterum propagatum seruatūque fuit, non modò à Romanis & Thessalis, sed Illyriis etiam, & Triballis & Bulgaris, propter eandem religionem, spolia tantum auferenda: homines verò nec ad seruitutem rapiendos, nec extra aciem occidendos esse. Ac nisi nox oborta persequentium cursum inhibuisset, fortasse peius etiam cum fugientibus esset actū. Nunc hostes cum Sebastocratore retrò abierunt. Qui verò periculum euaferant Romani, bini ac terni, & subinde plures ad

Thessalus auxilium ducis Athenarum profugit Romanos.

Peloponnesi fugam totum turbat exercitum.

Fugientes tantum spoliari Christiana milita sinit.

Despotam Ioannem ob inexpectatam cladem afflicti morore confuebat. Hoc miserabili habitu ad vicina Demetriadi loca peruenerunt. Vrbs ea quondam Sicyon dicta, post a Demetrio Poliorcete occupata, nomen eius assumpsit, qui vnus e successoribus Alexandri filius fuit, Antigoni cui Asia, qua Euphrate fluuio continetur, paruit.

DE NAVALI ROMANORVM & Euboarum pugna ad Cassandriam.

Nimvero vix ex hac mœsticia recreatis, aliud malum priore haud minus nunciatur: quod iam narabo. Sinus qui Pelagicus appellatur, in mediterranea longissime excurrens, Ofam & Pelium montes altissimos versus Septentrionem relinquit. Huius sinus extremitatem Demetrias, de qua loquimur, attingit. Imperatoria verò classis insulas, quæ à Latinis occupabantur, hinc inde vexabat. Id malum intollerabile Latinis erat, iis præsertim qui Cretam incolebant, nec minus Eubœam tenentibus. Igitur inita concordia, classem instruant, non vt cum Imperatoria classe decerneret: (quod perinde esset ac si in cœlum iacularetur:) sed vt Imperatoris nauibus ingruentibus, sua promontoria custodirent, seseque defenderent, simul & terra & mari pugnam cientes. Contigit autem, vt sub hoc tempus Imperatoria naues amplius quinquaginta sinum hunc ingressæ, velut in tuto portu considerent. Ac Cretenses & Euboici occasionem insidiarum pridem captantes, tempus ad inuadendum illas opportunius sibi dari non posse putauerunt. Itaque triremibus & quadriremibus suis quam celerissime instructis, quæ paulo plures xxx erat, & ligneis turribus in plerarumque protis extructis, cursum accelerant: vt priusquam Imperatorij ipsorum accessum animaduernerent, ipsi naues è naualibus auferrent, illis securè in terra versantibus, quod, nisi Dominus præter expectationem opem tulisset, hostibus è sententia successisset. Nam Romani aduentum Cretensium & Euboicorum senserunt: sed angustia temporis arma inuadendi, vt oportebat, non præbuerunt. Tamen solutis anchoris, obuiam illis, vt erant, prouecti, alacriter utrinque dimicauerunt, minus xv stadiis à litore. Ac hostiles naues graues ac tarde erant, tam ob magnitudinem, quam ob armaturam noyam, & vrbiū instar in mari tardè incedebant. Romana verò, tantum magnitudine inferiores erant, quantum numero superiores: alioqui sanè celeres & agiles ad hostem circundandum, sed paribus armis haud quaquam instructæ. Tamen in pugnam descenderunt, nec tam ad naues quam ad nœnia oppugnanda, quibus proræ hostium similes erant, insolenter militibus robustissimis circumdata. Ac classis præfectus Philanthropenus prætoria naue circumuehens, milites suos confirmabat, nunc in dextro, nunc in sinistro cornu curans. A fronte verò naues Romanæ in hostes impetum facere non poterant, hostibus velut è continenti magna saxa continenter in eos iaculantibus, & alia quæ supernè deiici commode possunt, pessimèque eos accipientibus. Quare à lateribus, quatenus dabatur, in eos iruebant. Ac sinistrum hostium cornu laborabat, matuti-

Siegon Demetriadi.

Latini classem Romanam ex improviso aduenit.

Naumachia

no sole oculos eorum feriente & confundente. Dextrum verò ferocius Romanos virgens, egregiè vincebat, grauitèrque & milites & remiges vulnerabat: vt victoria desperata, ad litus elapsi, naues in arena vacuas relinquerent. Ac nisi qui res impeditas expedit, & desperatis spe bona præluet Deus, tum quoque Romanis opem tulisset: res eorum intereptione delata essent, duabus magnis cladibus oppressæ. Verum admiranda est inscrutabilis Dei sapientia, in clade terrestri inopinata, securitate marina magis inopinata corrigenda. Nam Imperatoris frater Ioannes, in proximo illic cum iis qui cladem Epiroticam euaserant versans, cum pugnam illam animaduertisset, fama in mediterranea vsque vagata: ad litus profectus, miserabile spectaculum vider, naualibus etiam Romanorum viribus in periculo constitutis, ac statim ex equo desiliens. Despotica insignia cum multis lachrymis abiicit: ac nudus (inquit) ex vtero materno sum egressus, nudus etiam hodie disceda. Deinde puluere consperso capite, cum suspiriis clamauit ad Dominum, celere ab eo auxilium exoptans: ne post tam recentem cladem, altera illata Romanum imperium prodes deleretur. Ac spe diuini auxilij concepta, rem aggressus, probatioris pedites magna festinatione naues conscendere iubet: simulque crebros sagittarios, funditores & ferentarios: vulneratolque subinde recipiens, per vices alios recentes submittit, qui maxima ex parte aduersarios faxis petebant. Quod cum ad vesperam vsque faceret, hostes in fugam cõuertit. Poinde omnis exercitus laudes Deo cecinit, præter spem, & salutem et victoriam largito. Cæterum frater Imperatoris Ioanes, Despotia insignibus omnibus depositis, vt diximus, sic Byzantium sine ornamentis rediit, itaque vitam reliquum exegit.

Inopinati euentus.

Ioannes Despotas classis Romana succurrit.

Despotica insignia abiecit.

NICEPHORI GREGORÆ HISTORIÆ ROMANÆ liber quintus. CAPITA LIBRI V.

- De Carolo Italia rege.
Concio Imperatoris de communionem Latinorum.
Supplicia eorum qui decreto Imperatorio non paruerrunt.
De Ioanne Beco patriarcha.
De Bulgarica confusione, & Lachana.
De Asane rege Bulgarorum, Imperatoris genero.
Demirabili nauali pugna cum Latinis.
De Sultano A Latine, & cur Turci latrocinari ceperint.
De Paphlagonico Romanorum & Turcorum bello.
Principium malorum in Asia, & lachrymis digna narrationes.
De oraculo Trallibus in saxo reperto.
Expeditio Latinorum contra Romanos.
De Comeno LaTo.
De rebus Thessalicis iterum.
Michaelis Paleologi Imperatoris obitus.
Oraculorum distinctio copiosior.

Æterum vt ordine progrediatur oratio, & historia contextus ignoratio ne rerum, quas præcognitas esse oportet, non interrumpatur: quædã paulò alterius reperenda sunt. Suprà diximus, Bal-



quædam Cõstantinopolitanis periculis elapsam, venisse in Italiam: ibique cum rege Carolo congressum, illius filiam suo filio despondisse: promissa in dotem, quam perdidisset, Cõstantinopoli, si illius opibus in bello adiuuaretur. Ille igitur hoc promisso inflammatus, nihil iam exiguum de summa rerum agitabat, sed totam Iulij Cæsaris & Augustini monarchiam somniabat, Cõstantinopoli si potiretur. Erat enim vir non acrimodò ingenio, ad prudenter cogitandum: sed etiã ea quæ decreuisset, strenuè exequabatur: & paucis vt dicam, animi vigore prestantique sapientia maiores suos lōgo interuallo superabat. Quare consilium id, quod diximus, breui se ad exitum perducitur sperabat. Ad eum porò conatum & Cõstantinopolis infirmitas, multitudine diuulsa & dilacerata, quæ multum temporis, ad instaurationem & confirmationem postularer, instigabat, & Imperatoris in rebus nouis excogitandis solertia, & summa in negociis conficiendis celeritas. Quæ sanè permolesta illi erant, cuiusque rationes turbabant, ac magnum illi terrorem incutiebat: atque ob hæc ipsa ad opprimendum eum festinabat, priusquam ipse ab eo maioribus & terrestribus & naualibus copiis instructo oppressus, in extremum discrimen adduceretur. Ac primum statuit, iusto exercitu comparatum eum festinabat, vt is per Ionium in Romanos fines impressionem faceret: neque prius conuiesceret, obuiis quibusque subigendis, quam ipsam Imperij sedem ad deditonem compulisset. Deinde magna classe instructa, Imperatorem ancipiti ac duplici bello circumuenire. Sed spe sua frustratus est, cum Imperator, dux eo solertius extitisset: qui statim summa celeritate & studio irritos illius reddere conatus studuit, Imperatrice vrbe & præfidiis & structuris ab omni parte munienda, firmumque murum intra maritima Mœnia extendit. Nec his contentus, magna pecunia finitimis, Siculum regem & Venetos ad bellum illi faciendum concitauit. Artaxerxem illum imitatus, qui Ageilai Spartani impetum reformidans, Thebanum Epaminondam, Pelopidam, cæterolque Græciæ principes ad bellum ei inferendum impulit: prudentique cõsilio cauit, vt priusquam insigni ab illo clade afficeretur, cum illo potius pessimè ageretur. Cæterum Carolus, quauis ab Imperatore sic & oppugnaretur & repelleretur, tamen se non esse quieturum præ se ferebat, tum viribus exercitus sui, tum pecunie copia fretus. Proinde tot difficultatibus circumuentus Imperator, penè ad desperationem compulsus, legatos ad Papam mittit, de ineunda veteris & nouæ Romæ Ecclesiarum concordia, modò Caroli expeditione auerteret. Ea legatio à Pontificè benignè audita est: ea se facile quæ Imperator petiuisset, confecturum esse pollicito, statimque suos legatos illis adiungit, qui concordia conciliarent atque amplecterentur. Cuius hæc tria capita fuerunt. Primum, vt in sacrorum voluminum hymnodiis, Papæ cum quatuor Patriarchis mentio fieret. Alterum, vt liceret cuiuis Romam veterem, quæ curia maior & perfectior esset, appellare. Tertium, vt illi principibus in omnibus deferretur. De appendice verò sacri Symboli, quæ illi nouauerunt, aut alio quo-

Caroli regis apparatus aduersus Cõstantinopolim.

Palaologus domestica bella Carolo machinatur.

Artaxerxis 30000HS.

Palaologus cum pontifice concordia inii.

Capita concordia. I II

III Appendice Symboli.

uis argumento, tum nulla acrior contentio incidit: sed (quod ad eas quidem res attinebat) pacata & tranquilla fuerunt omnia. At patriarcha Iosephus ea concordia repudiata, sede sua cessit: nec multo post relicta vrbe, se in Archistrategi monasterium ad Bosphorum contulit, vbi reliquum ætatis tranquillo & religioso ocio exigeret. His rebus sacerdotum collegium concitatum, haud obscure ferebat, se non esse quieturum: plebèque ab Imperatoria illa concordia reuocabat, Martyrij & coronarum tempus esse clamans: ita vt magnus inde tumultus excitaretur, atque in atrocem tempestatem erumperet: & Imperator externis negociis relictis, omne suum studium ad res domesticas trãferre cogeretur, vrbana pericula bellis externis grauiora ratus. Erant enim non pauci è magistratibus etiam, qui decretis illius acriter aduersarentur. In eas igitur redactas angustias, duas sibi patere vias arbitratus, summa necessitate nihil tertium admittente in præsentia, vt aut omnes sibi assentirentur, aut hostium loco haberentur. Quam obrem aduersariorum animos, principio verborum blanditiis, & cõmitate morum conciliare sibi, & obnoxios reddere studebat: ceptam eam esse rem, nullo studio nouitatis, sed propter difficultates temporum. Esse autem prudentia, impèdentes præcauere calamitates: & si quid ad grauiora mala auerenda nouandum sit, non esse cunctandum. Si enim hostes aduentarent, vrbe adhuc multis in partibus lacerata, modòque instaurata, & velut è multiplici dudum morte reuiuiscente, præsentia mala grauiora futura superioribus: ac dominos fore hostes nõ tantum sacrorum, sed omnium simul, liberam, coniugum. & rerum: quorum domini vi abrepti, libertate cum seruitute commutata, non corporibus tantum, sed animis etiam hostium sequi voluntates cogerentur. Id etiam reliquum fore, ne quis mores patrios ac vetera instituta tueretur: imò vt sacra leges & sanctiones expeditissime & deprauarentur, & euerterentur. Quæ cum ipse præuideret, necessitati parere haud recusasset: exiguumque damnum, quod prudentia munus sit, magno emolumento posthabuisset: minoraque aduersariis, vt maioribus potiretur, concessisset. Hac oratione alios commouit Imperator alios non item. Vnde suasionem ommissa, viam alteram ingressus, & vi grassatus est: cuius variae rationes fuerunt publicationes, bonorum relegationes, custodia, excecationes, flagra, mutilationes, omnia denique quibus virorum fortium & mollium animi explorantur. Ac quorum studium cognitione regebatur, (qui pauci erant) ij magnis & fortibus animis omnia libenter tolerabant & perpetiebantur, quæ potestas Imperatoris inferebat. Maxima verò pars veri iudicij expertis, fex plebis & circumforanea turba, semper nouis rebus gaudens, asperis velut in scena palliis induti, vbiq; terrarum sparsim & passim vagati sunt, vbi christianos esse audierunt: in Peloponeso in qua, Achaia & Theffalia, & Colchide, vbiq; deniq; gætium extra ditionem Imperatoris: neque vniuersalem pacem conferuare volentes, neque inter sese: sed alij aliis nominibus ascitis, partim Arsenij aut Iosephi patriarchæ sectam profitendo, partim alia iactitando, tempus terebant, ple-

Byzantini Romane concordia aduersantur.

Palaologus vulpina pellem leoni inamutat.

Pene contumacium.

Religionis prætextu mendici impostores.

rique & decipientes & decepti. Nec enim deerat qui oracula in vicis & urbibus, quasi modò à Dei conspectu reuersi, cantarent: lucri vtiq; causa, & ad implendos sacos. qui eam ipsam ob rem in eodem habitu perseuerarunt: nec post Ecclesiæ institutionem, vitæ ratione mutata.

DE BECO

His temporibus magnæ Ecclesiæ chathophylax erat Becus, excellenti vir ingenio, & in doctrinæ studiis ab ineunte versatus ætate: præterea tantis naturæ donis ornatus, quantis quiscquam alius illius ætatis. Nam & proceritate corporis, & maiestate vultus, & facundia, & vbertate atque acumine ingenij omnes ad res apti, aliis que dotibus præstabat. Quibus id erat consecutus, vt & Imperatoribus & principibus, & omnibus eruditis venerabilis, atque illustri apud eos fama esset. Qui cum Imperatorio decreto acriter aduerfaretur, Imperator nihil non tentauit, tam per seipsum, quam per alios eruditos, vt eruditus & legitimis rationibus eum adduceret, vt decreto assentiretur. Verùm ille ingenij acumine & copia orationis omnium animos commouebat, eorumque argumenta veluti Penelopes telam retexebat. Nam Græcarum literarum doctrina erant qui illum superarent: sed acumine ingenij, & eloquentia, & Ecclesiasticorum dogmatum vsu, omnes cum illo collati, pueri videbantur. Ea spe frustratus Imperator, aliam viam inuit, eumque & omne ferè genus eius in terribios carceres coniecit. Quibus peractis, tandem in mentem venit Imperatori, eandem rem à Latinis ante annos x. x. v. Ioãne Duca reru potiète, agitaram fuisse: ac tum doctum extriisse virum. Nicephorum Blemmydam, diuinarum literaru peritissimum, qui cum se in ociùm contulisset, multa è sacra Scriptura testimonia, quæ dogma Latinorum confirmare viderentur, colligere ac conscribere cepisset: clam ille quidem, infamiam metu, sed tamen scripsisse quædam. Quæ tum Imperator Beco misit, quibus ille perlectis, sanctorum libros è quibus Blemmydes ea collegerat, prudenter admodum postulauit: iisque lubentissimo Imperatore acceptis, in eo occupabatur, vt diligenter illos legeret, expèderet, ad verbum conferret. Itaque breui tempore eum testimoniorum aceruum coegit, quæ integra volumina complere possent: & qui dudum acerrimè Latinis aduersabatur, mutata scientia, victoriam faceret æmbiguam. Quamobrem patriarchica sede conscensa, Imperatori vnus fuit omnia, & lingua, & manus, & acuti scriptoris calamus, & dicendo & scribendo, & dogmata statuendo: eius certamina adiutoribus Meliteniote & Metochite, Imperatorij cleriarchi diaconis, & Georgio Cyprio. Nullus tamen eorum omnium ad Papæ rationem liturgiam celebrârat: nisi quod Frerorum nonnulli potestate data, semel in Blachernio templo id fecerunt, suffragio cuiusdam è familiaribus. Sed ad institutum redeundum est. Soror erat Imperatori Eulogia. Quæ cum filias multas haberet, Annâ Nicephoro Ætolia principis despondit, Mariam Cõstantino Zagore regulo: quorum primæ vxores decesserant. Eas fo-

Nicephori Blemmyde scripsit mator Becus.

Meliteniote Metochites. G. Cyprio.

rores fuisse, & Imperatoris Theodori Lascaris filias suprâ diximus.

DE BULGARICÆ CONFUSIONE.

His temporibus in Bulgaria quidam extirpato, Hpaste quidem patre ortus, sed versuto vir ingenio, & callidus ad res nouandas, nomine Lachanas: qui magna nebulonũ manufacta, latrocinando vitam tolerauit. Vnde breui tempore magnas diuitias, & iustum exercitũ coegit. Huius continentes incurfiones & detrimenta non ferenti Constantino, visum est, conuocatis in vnũ copiis suis, acie cum illo decernere, ac de summa rerum decertare. Turpe enim ducebat, nihili hominem exiguo tempore tanta potentia auctum, non Bulgariis modò magnas inferre clades, sed toti regni indigens ab eo discrimen imminere. Sed paratis rebus cum eo cõgressus, vincitur: nec regnum tantum, sed vitam etiam amittit. Lachanas verò, præter principatum, etiã coniuge Constantini præter spem potitus, in animo habebat, exacta hyeme, sub veris initium, Romana oppidula ex insidiis aggredi: vt illorum viribus immunitis, ipse firmissimus haberetur. Quæ Imperator cum audiisset, non ferenda, nec obliuioni mandanda aut negligenda ratus, sed omni solitudine propulanda, æger animo, nõ tam quod illum in præsentia formidabilem esse putaret, quam quod ad ea quæ cõcupisset, acerrimo cum studio ferri cerneret: dicebat, si ita pergeret, paulatimque vires augeter, tandem nec à Romanis posse vinci. Oportere autem eos qui citra periculum velint viuere, anteuertere & occurrere malis impendentibus: & si in præsentia crescentis plantæ, radicem facile præcidere possis, non esse cunctandum, neque expectandum vt acceptam iniuriam cum periculo vlciscaris, cum aduersarij malè cogitantis conatus opprimere liceat. Igitur cum, vt suprâ est expositum, Myrtzes ex Alanis posteritate, quibus de causis diximus, ad Troiam deges decessisset: filium eius Ioannem Alanem, vt cui regnum Bulgaria paterno iure deberetur, accersit, desponsaque Irene filia, cum magnis copiis tum ad Bulgariam à Lachanæ tyrannide liberandam, tum ad suscipiendum regnum, iusta successione ad se deuolutum, mittit. Cæterùm Lachanas firmandæ tyrannidis causa tum in Scythiam proficiscens, clandestinis Imperatoris insidiis occiditur.

DE ASSANÆ IMPERATORIS geneo Bulgariae principe.

Asane verò citra laborem, volentibus Bulgaria, regno potito: etiam Maria Imperatoris nepris cum filio Michaeli, quem è Constantino susceperat, inde pulsa, Constantinopolim peruenit. Vt autem plerunque magnis gaudiis dolores adhærescunt, velut hostiles enses læticiam illam turbantes: sic ea consuetudo ne tum quidem exoleuit. Nam vir quidam nobilis, & singulari prudentia & animi promptitudine inter Bulgaros insignis, nomine Terteres fuit: quem sibi cõsiliare ac securitati suæ consulere volens Assan, sororem ei suam despondet, priore eius coniuge cum liberis Nicæam missa, Deinde Despotæ dignitate illum

Lachanas Bulgarorum tyrannid em inuadit.

Constantini Tacti ca. des.

Palæologus Lachana ca. arm. proca. rat.

Terteres To. annem Assanem regno pellit.

te illum ornat. Verùm is nõ diu in fide permansit: sed aduersa eius simplicitate & leuitate insigni, breui tempore totius exercitus & procerum non paucorum animos, sibi clam conciliauit. iamque id agebat, vt Assane interfecto, principatu potiretur. Quo ille cognito, se cum vxore Byzantium ad socrum profecturum simulat: & omnibus ornamentis & pecuniis Bulgariis clam comportatis, ibi deinceps vitam egit. Terteres verò, prohibente nemine, Bulgaricum regnum occupat. Et hæc hæctenus. Ego verò quod è multis veterum cognoui, difficilius esse referre secundas quam aduersas ciuilitate & moderatè ferre: nunc re ipsa edoctus, magis admiror. Ecce enim Genueses, qui è regione Constantinopolis habitabant, lucro immunitatis inebriati, elatiq; superbia, aduersus Romanos insolere, cõsq; vt imbecilliores contemnere cõeperunt: ac tandem quidam ob pauca poma, rixa cum quodam orta, ense quam lingua promptior, statim hominem interfecit. Quod facinus Imperator non vt vnus eadem neglexit: sed ita exarsit & commotus est, ac si tota ciuitas euerfa, & Imperatoria maiestas violata esset, statimque exercitu omnes eorum ædes cinxit (non dum enim murorum munitiones habebant, nec urbem, quæ cum vellet, Imperatrici vrbi aduerfaretur) ac fortasse tum funditus perissent, nisi miserabili habitu, vltro mulctâ ipsi sibi irrogata, supplices sese statim ad pedes Imperatoris abiecissent, itaque veniã impetrassent. Hoc, studij & celeritatis Imperatoris primum eis specimen fuit: alterum & maius, illud. Quidam eorum populares duas piraticas triremes instituerunt: & Byzantini freti angustiis clam superatis, in Euxinum pontum traiecerunt, solum Imperatorem honore nõ profecturi. Quod nec ipsum inultum pati voluit. Itaque triremes non paucas, & vnã magnam onerariam nauẽ ad promontorium templi Argonautarum collocauit, quod os Ponti appellatur, vbi Cyaneas & Planctas Græci olim esse dixerunt: piratarum accessum expectaturas, ne audaces illi & scelerari homines incolumes euaderent. Quod cum illos haud sefellisset, hac calliditate salutis suæ consulunt. Omnes opes quas latrocinando coegerant, pro mercibus exponunt, & vnã secum in maximam onerariam transferunt. Deinde omni armorum genere eas tegunt & muniunt, vt cum Septentrionales venti vehementius spirarent, oram soluerent: & vi patefacta via, per eos qui in faucibus stationem habebant, citra periculum euaderent. Paulo post, cum vehementior Boreas erupisset, etiam illa nauis è medio pelago plurimis armatis ornata, instar intègræ vrbs per fluctus incidere, ac potius aduolare conspicitur. Iã & Imperatorie triremes instructæ aderant, simulq; oneraria sublatis antennis, sed velis nondum expansis, quieta mansit. Cæterùm hostili oneraria, accedente, & ipsa vela intendit, illamque partim à latere, partim à puppi cuestigò persequens arripit, cædit & cædit: atheriumque illud, vt ita dicam, bellum, & volatile conficitur. Ibi diuersas & varias acies comminus pugnâtes cerneret. Nam & è tabularis & ligneis turribus, & è funibus malis inuicem feriebant: sicut magis saxis & sagittis, interdum etiam securibus

Palæologus Genuesium superbiam reprimi.

Genuesium due piraticas triremes.

& gladiis comminus feriebant. Triremes verò in propinquo incedentes, tela solum eimius coniciebant. Cum sic in multum dici iuxta freti fauces vtrinque omnes dimicarent, initio Latini superiores videbantur. Deinde, cum ventus velis Imperatorie onerarie illam continenter & à puppi & à dextro latere, vnde is spirabat, astetantis, inhibitus in hostilia vela segnior incidere, fiebat vt nauis tardius ac lentius moueretur. Iam, quæ maior Latinorum calamitas fuit, quidã ex iis audacius in Romanam nauem cum infilisset, acuta securi funes maximè necessarios refecit: quare antenæ in medium illorum nauem delapsæ, milites eorum plurimos subito pugna inutiles reddidit. Ex eo etiam triremes impune propius accesserunt, & vndique comminus eam fortius percusserunt. Tandem vnus, ac post alij atque alij, subinde plures in eam insilierunt: donec planè victis hostibus, qui non occubuerant, alios vulneratos, alios captiuos inde exceperunt. Alterum hoc Imperatorie celeritatis & festinationis specimen euidentius; Latinorum animos ita debilitauit & perterrefecit, vt magna parte audaciæ & soliti fastus deposita, vt quem tempora minimè ferrent, necessariò moderatores essent.

DE AZATINE SVLTANO: Quæ occasione Turci Latrocinari cõeperunt.

Nunc illic redeundum est. Cum Sultanus Azatines ex oppidò Æno cum filio suo Meleo profugisset, Istrumque traiecisset, id quod destinaret conficere non potuit, morte præuentus. Meleus verò cum ibi nõ diu hospes parum ex animi sententia vixisset, per Pontum ad Scythas Asianos transit: à quibus potestate data, Turcorum principatum, vt paternam hereditatem, postulauit. Ac cæteri quidem Satrapæ conuenerunt, illum que adierunt vt dominum suum: alij idem cogitabant. Vnus autè nõ minè Amuricus, infestis armis illi occurrit, donec eum attritis viribus ad mare compulisset. Tum igitur Meleus Heracleam Ponti urbem euasit. Verè autè appetente, Imperatorem adire ad Nymphæum agentem decreuit. Cæterùm iter ingressus, non tamen executus est, sed ad Turcos denuò se contulit: atque ab illis paterno principatu repetito, & ipse breui per insidias cæditur. Turcico imperio sic euerso, & ex honesta disciplina & splendida fortuna, ad maximam perturbationem prolapsa: non modò satrapæ & nobilitate prestantes, sed multũ etiam obscuro & ignobiles homines, infima plebe ascita latrocinari cõeperunt, præter arcum & pharetram nihil secum gestantes: qui faucibus motium infestis, finitimos agros & vrbes Romanorum, crebris & occultis incurfionibus vexabant. Nam paulo antè acciderat, vt præsidia de-

Turcorum àna exia latrocinaria occaso.

Præsidia de. sarta.

quã infirmi erant aduersus Scythas, tam fortes contra Romanos extiterunt: vt Scytharum incurſio non calamitatis cauſa, ſed ſummæ felicitatis occaſio illius eſſet. Nam & è Paphlagonia & è Phamphilia irruerant, Romanãque prouincias populabantur. Tandem etiam ad bella & aſſiduas dimicationes ventum: quibus vnum prælium Romanos in omnia mala coniecit.

DE TURCORVM ET ROMANORVM IN PAPHLAGONIA CONFLICTU.

Multis Turcorum copiis in Paphlagonia collectis, Imperatori viſum eſt magno & ſirmiter exercitu, celerem illorum, quantum fieri poſſet, impreſſionem inhibere: ne illa parte veluti porta perfracta, impunè ac prohibente nemine longius euagarentur. Eos autem duces miſit, qui ſtulticia & temeritate ſua tum ipſi impigerunt, tum omnes copias amiferunt. Nam Turci pridie instantis pugnae nocte in ſomni exacta, ante diluculum non paucis inſidiis in Orientali vicini fluminis ripa collocatis, eo ſuperato caſtramerati ſunt. Cum pugnae tempus inſtaret, congreſſis exercitibus, principiò Romanorum imperus Turcis non aded reformidandus eſſe viſus eſt. Sublitterunt igitur, & repugnarunt, nõ ſtataria pugna, ſed crebro de more eorum commutata. Fugam enim ſimulantes terga dant, ſtatimque redeunt: idque frequenter facere nõ deſiſtunt, vt hoſtilem acie perturbent, ac de gradu deiciant: poſtea perturbatos aggreſſi, facile in fugam vertunt. Tum autè altis nihil illis contra Romanos profuit, optimè munitis & armatis: ſed plurimis ſuorum amiſſis, ad flumen Romanis (quod vñam non factum eſſet) continenter perſequeſibus, effuſè fugerunt. quamuis prudentiores duces vehementer milites reuocaret, ac receptui caneret: quod hoſtium fuga ſuſpecta & periculoſa eſſet. Sed illam pugnam initiũ vtique excidij Romani eſſe oportebat: Diuina prouidentia infinita peccata à multis annis cumulata, mediocriter puniente.

ROMANARVM IN ASIÆ Prouinciarum vexationis initium.

Hoſtes igitur vltra flumen perſecuti, ſegnius fugientes cadendo, in improuiſas inſidias, præ curſu & æſtu anhelantes, atque in viros quietos & integris viribus incidunt. Ita hinc numeroſo exercitu, inde flumine intercluſi, paucis exceptis omnes ceciderunt, nulla re memorabili geſta. Turci autè veluti porta aperta, ſecuri ac prohibete nemine, omnes Romanas prouincias populabundi vſque ad Sanguinarium percurrerant. Quibus malis fatigatus Imperator, ripas fluminis crebris oppidis muniuit, ne ipſa etiam Bithynia potirentur. Neque enim ceteras Romanas legiones ab vrgentibus bellis reuocandas eſſe cõſeabat, nam Tracentes Bulgaricis & Illyricis motibus, inferioris verò Aſiæ vires (quam Phrygia, Lycia, & Maander fluiuius definiunt) aliis atque aliis Turcarum incurſionibus obſtare debebat: neque etiam villo modo committendum

Turci Romanos in inſidiis pellectos ceciderunt.

Sanguinarium limes Turcarum.

videbantur, vt claſſe diſſoluta, & in terram perducta, maiores in mari quàm in Aſia tempeſtatum fluctus exiſterent. Quapropter ſuis qualque locis hoſtium aduentum expectare iuſſit. prudentem & tutam eorum quæ ſuperſeſſent cuſtodiam incerto euentui & periculo præſtare ratus. Enimvero cum Turci noſtrorum finium arces impunè occuparent, terrasque ſubactas in Satrapias diuiſiſſent: à mari Pontico & Galatia vſque ad mare Lycium & Carium, & fluiuium Eurymedontem, omnia ſuæ ditionis fecerunt. Quis illade prolixiorum eorum malorum, quibus noctu atque interdium vexati ſumus, commemoratiõne pro dignitate abſoluerit? Romanorum viribus tantum imminutis & depreſſis, quantum potentia Turcorum augetur. Nam omnia quidem velut vno collecta ſacce perſtringere, ignaui & ingenij & lingua fuerit: neque tum ſentiret quiſquam, quàm deploranda illa eſſent. Contra, ſingulatim omnia perſequi neque non poſſimus, neque quiſquam paulo humanior ſine vi lachrymarum legere queat: neque nos hiſtoriam, ſed nãziam ſcribere putabimur. Quare nec dicenda nec prætereunda ſunt omnia: ſed pauca quedam ſelecta de multis, atque aliàs alia, prout ſe dabit occaſio referentur.

MISERABILIS RErum ſtatus.

In prima igitur aggreſſione Barbari prædam, quam maximã, atque aded innumerabilem, viroꝝ, mulierum, earum rerum quæ à vitis expeditis ferri queunt, coegerant, inter ſe diuiferunt. Inter cetera autem fuerunt & duæ adoleſcentulæ ſorores: quæ cum diuellendæ eſſent, quod non eidem domino forte obuenerant, altera alteram intuens, cum lachrymis, eiulatu, planctu omnia compleuiſſent, in mutuo denique complexu expirarunt: quaſi natura rerum corpora non prius quàm animas ſeparari preceretur. Poſt hæc accidit, vt iuſſu patris Andronicus ad Tralles, vltra Maandrum ſitas, quæ longo iam tempore vaſte iacebant, inſtaurandas abiret: propter vicinorum locorum ab hoſtiali incurſione deſenſionem. Sed priuſquam anni quatuor elaberentur, qui in ea fame & ſiti non perierant, diuturna obſidione compulſi, Turcis eam dedere ſunt coacti, viginti millibus haud pauciores: qui cum in ſeruitutem abducerentur, ſcelices prædicabant mortuos, qui ſemel & ſeruitute & diuturnis laboribus deſuncti eſſent. Sed illud penè præteriſſem. Cum ea vrbs, vt diximus, inſtauraretur, ſaxum inuentum eſt, longo ibi tempore deſoſum, in quo hoc oraculum inculptum erat: VRBIS TRALLIVM PVLCHRITVDO AD TEMPVS EXTINGVITVR: SED EIVS RELIQVIÆ EXTREMIS TEMPORIBVS A POPVLO, CVI NON ERIT PRINCEPS PERTERRIFICIENT: SED NEQVAQVAM CAPIENTVR. RENOVABITVR AVTEM A POTENTE, CVI A VICTORIA NOMEN EST: QVI OCTVPLICEM SPLENDEDE NOVENARIVM VIVET DISCORVM: ET TER SEPTEM VOLVENS, ATTALI VRBEM ILLVSTRABIT: CVI ET OC-

Turci Aſiæ naſ prouincias occupant.

Due ſorores in mutuo complexu expirant.

Trallium in ſtatuatio eſt dedito.

Oraculum Trallibus de Andronico reperitum.

DENTALES VRBES PARERVNT, ET FEROCES EI PVVERORVM INSTAR SVPLI CAVNT. Hoc oraculum multi non vetus præſagium, ſed recẽs commentum putabãt. Nec etiam deerant, qui id fide dignum & verum iudicarent, indèque Imperatorem longæuam fore augurarẽtur. Nec enim in octuplici nouenario ſiſtebant, qui ſeptuagintaduos annos conſcicit: ſed & ter ſeptem adiciebant circuitus, vt totus numerus annos nonagintatres impleret. Ceterum vt alia oracula obſcura, ambigua & intricata ſunt, donec ipſo euentu comprobentur: ſic & hoc pleròque decipiebat, atque ipſum aded Andronicum, ad obitum vſque, vt paulo poſt dicitur. Eo verò humanis rebus exempto, ipſum ſeſe declarauit. Nam Andronicus cum Imperij inſignibus annos LXXXI exegit, & in habitu monachi ed ferè biennium. Verum illud TER SEPTEM VOLVENS, nihil volebat aliud, niſi quod, cū vrbe inſtauraret & illuſtraret, annũ gratis ageret primum & vigeſimum. Primum autem vrbs illius conditor erat Attalus, nobilis quidam Troianus, qui vetere Troia capta, hanc in patria memoriam extruxerat. Vnde *ἡ πόλις ἑστὶν ἡ πατρίδα*, ſi nomen euoluatur, non aliud eſt niſi *ἡ πόλις ἑστὶν ἡ πατρίδα*, hoc eſt, altera Troia. Sed de andronici vita & obitu ſingulatim poſt ſuo loco agemus. Nunc ad inſtitutũ redeat oratio, Suprà oſtendimus, Carolum Italia regem fuiſſe virum magnis rebus gerẽdis intentum, & ſingulari in ingenij vitã excogitandis & deliberandis, quàm adminiſtrandis negociis vr̄i ſolitum. Verum (vt paucis abſoluam) Imperatoris maius acumen & celeritas illi obſtabat, & velut è ſuperiore loco illi repugnabat. Ita fiebat, vt neque huic ſui cõtra Romanos conatus, nec illi quæ contra Latinos moliebat, ſuccederent: longòque tempore æquo Marte inter illos certaretur. Proinde viri prudentes haud inſcitè dicebant, Niſi Republica Romana talem Imperatorem haberet: facile eam à Rege Carolo ſubigi potuiſſe: & contra, Niſi tum talis Rex Italia potiretur eam ab Imperatore capi potuiſſe. Itaque mitari mihi ſubit imperueſtigabilem Dei ſapientiam, qui extremè contraria vno ſine concluſit. Nam cum binas aduerſarias prouincias inter ſe coniungere ſtatuit, nec alterã alteri ſubiicere: aut ingenio virtutẽque præſtantes vtrique, moderatores præſcicit, vt vterque alterius concilia & conatus euertat, & vtriusque populi libertati conſulatur: aut vtròque & hebetes & imbelles deligit, vt neuter alterũ tentare, ac ſepta (quod aiunt) tranſilire audeat, veterẽſque Regnorum limites conuelleret. Sic ſummã vtrinque aduerſatione ambo in turo collocantur. Ita Rex Carolus per omne vitæ ſuæ tempus, Romanos & inſidiis & armis appetere nunquam deſiſtit: nec tamen quicquam profecit, Imperatore ſummã celeritate ac pari contentione conatus illius euertente. Ac cetera quidem ſingula ſuprà commemorauimus: nunc, quod poſtremò actum eſt, id dicam.

LATINORVM ADVERſVS Romanos expeditio.

Carolus Imperatori perpetuas ſtrucebat inſidias, eaſque perducẽdi ad exitum occaſionẽ captabat. Cum autem hinc Ioannem Sebaſtocræ-

torem Theſſaliẽ principem, inde Illyrios bellum inferre illi cerneret ſibi quoque terra marique Romanos inuadendi opportunitatem, & deſtinata exequendi dari ratus eſt. Itaq; magna claſſe inſtructa, terreſtres copias maiores parat: iſque virum fortem nomine Roſoſulem præponit, qui Ionio mari traiecto, nihil ſpectabat magis, quàm vt caſtello Bellogrado, & opportunioribus Macedoniae locis expugnatis, impunè Byzantium vſque progrediretur. Neq; enim fore quenquã, qui cum tantis exercitibus & armis tam firmis congreſſus, ſine malo diſcederet. Quod cum ad Imperatorem perlatum eſſet, non cunctandum ratus, & armis & pecuniis & conſiliis reſiſtendũ illi ſenſit. Vnde apparet, quanto prudentia ſit armis potentior, & ingenij ſolertia milite numeroſo. Primum enim omnis generis opibus miſiſis, Sicilia regem Fridericum ad bellum Carolo faciendum cõcitauit, vt cum vel claſſem, ſi aliud non poſſet, domi retinere, & de vicino quàm externo bello magis ſolicitũ eſſe cogeret. Id quod maximum & efficaciffimum opus viſum eſt. Ac nauales copias Regis hoc aſtu Imperatoris dexteritas fecit iritas. Deinde ſupplicationibus per omnes Eccleſias indiſtis Romanas copias, quæ tum erant, contra Roſoſulem mittit. Quibus & beũtibus, neq; cõſultũ neq; tutũ viſum eſt, apertò Martecongredi cū hoſte tã potẽte, & ſit miſſimis armis munito: ſed inſidiis & velitationibus è loco ſuperiore laceſſendum eſſe, & vt ſuperbi atq; impatientes eſſent, concitandos, vt per indignationem nullo ordine ſolutaque acie erumperet. Nam Italorũ à multis ſeculis ea diſciplina eſt, vt cum ordine conſeruato inuadunt hoſtem, firmus ſint murus, & inexpugnabilis. Sin à conſueto ordine non nihil receſſerint, nihil prohibeat quo minus ſtatim ab hoſtibus capiantur. Neque rarò inſitus illos factus, & rationis expertis iracundia magnopere laſit. Quæ cum Romanis olim nota eſſent, talibus eos dolis circumueniebant, ac frumentarios mulos ex inſidiis cadebant, & mercatorem qui illos ſequebatur impẽdebant, & velitationibus è tumulis, eos qui aquabantur occidebant. Roſoſules autem copias ſuas à Belligridi obſidione ad tutiorem reducere locum, ipſo ſpiritu indignum iudicabat: prætereaque turpiſſimum ducebat, manſiſſe diũ, vacuũque reuerti. Sed ira inflammatus, cum paucis omnino inuadit eos qui aquationem inſeſtam reddebant, quos noſtri cum vidiffent, promptiſſimè deſcenderunt: iſque circumdatis, equos ſagittis conſixerunt, equites verò omnes in Romana caſtra viuos perduxerunt. Quæ res Latinos vehementer perturbauit: Romanis que cauſa fuit, in eos turbatos impetum faciendi. Ita inſigni victoria ſupra ſpem omnem potiuntur. Carolus verò raptus Imperatoris ita ſuperatus: & vno bello facili & expedito, quod terra marique pararat, præter ſpem in duo diuiſo: ac altero exercitu qui Ionium tranſierat, præteritus perditio: altero verò, qui cum Siculis pugnarat, non quidem plane amiſſo, ſed filio tamẽ interfecto: æger animo ſedebat, vitæ pertaſus. nec diu binis illis cladibus ſuperſtes fuit, quarum mærorem concoquere minus poſſet. Sed illud penè me præterierat.

Palaologos. Siculos contra Carolum conſultat.

Latini iracundia inſtatati vincuntur.

Roſoſule ea pro Latinis vincuntur.

Caroli ager inſulo.

DE COMNENO LAZO.

Nam Ioannes Alexij nepos, qui post urbem captam Colchorum & Lazorum tyrannidē inuaserat, scripto iurcurando ab Imperatore accepto, Byzantium profectus, Eudociam eius filiā uxorem ducit. & paulisper ibi commoratus, vnā cum illa in regnum suum reuertitur: cuius regia sedes erat Trapezus. Vbi antequam annus elaberetur, filius ei natus est, iunior Alexius Comnenus: qui patri, vt post dicitur, in regno successit.

Trapezus regia sedes.

DENVO DE THESSALICIS moribus.

Palaologus infestus Thessalis.

Hoc rerum statu rursus fidem fregit Thessaliæ princeps, Ioannes Sebastocrator: quæ res exacerbauit Imperatoris animum, & maxima iracundia inflammat, extincta omni fœderis & amicitia: spequam & sæpe abrumpi, & sæpe refarciri, & vix per vim coire, facile verò diffuere ac conturbari: eiusmodi esse rem, vt planè desperanda videretur. Quare omni pacificationis mentione sublata, per legatos à Noga Scythia, qui vltra Istrum habitabat, & Imperatoris amicitiam, cuius notham filiam Irenen paulo antè duxerat, colebat auxilia petiit: acceptisque quatuor millibus delectorum Scytharum, adiunctis etiam Romanis legionibus, Ioannem Thessalum Sebastocratorem bello petere in animo habebat: tum vt eum ipsum deleteret: tum vt omnem militarem ætatem, quæ Thessaliæ præsidio erat, occideret.

Scythia auxilia.

PALAEOLOGI MORS.

Pachomius a Palaologo excacatus.

Sed priusquam consiliū hoc ad rē conferretur, mors conatum illius interrupit. Nam cū prope Lyfimachiam, iuxta pagum qui inter Pachomium & Allagem (locorum hæc nomina sunt) situs est versaretur, ibique Scythicum exercitum inspiceret, Romanosque duces deligeret, eoque quid agendum esset moneret: morbo cordis corripitur, qui breui mortem denunciaret, ac medicorum omnia iudicia confunderet & turbaret, & artis præsidia aspernaretur. Ferunt & ipsum mortis metu, eos qui adessent percontatum, quo nomine locus ille vocaretur? Cum Pachomij & Allages nomen audisset, cū alto suspirio dixisset: Hic sibi finem instare, vitæque mutationē fato decretā esse: & seipsum grauiter accusasse, quod non ita pridem honestum quendam virum nomine Pachomium excacasset: propterea quod vulgò ferebatur oraculum de Imperatore, sub vitæ mutationem Pachomium illi successurum: quo deceptus, & Imperij cupiditate amens, Pachomium Imperio inuilem efficere festinarat.

DE ORACULIS.

Haud iniuria de oraculorū, quæ sermonibus hominum celebrantur, ortu atque inuentione dubites. Deinde qui fiat, cum futurorum necessariam significationem complectantur vt intricatis verborum ambagibus obscurētur. Nam quis ea composuerit, & ad posteros transmiserit, à nemine vnquam vel poetā, vel philosopho, vel historico scriptum reperimus: sed illud tantum ab eis annotatum deprehendas, alio atque alio tempore certum oraculum vulgò iactatum hunc

vel illū exitum habuisse. Quis verò primus illud sparserit, à nemine dicitur aut scitur nisi quis, mē-tiri velit. Sunt tamen qui existiment, spiritus quosdam administratos partim bonos, partim malos, & instrumenta suppliciorum, inspectores, eorum quæ hic gerantur, aërem & terram peragere, qui futurorum scientiam & supernè acciperint, & hominibus impertiri iussi fuerint, partim per insomnia, partim per astra, partim per Delphicum quempiam tripodem, partim per exta immolaturum pecudū: partim (ne sim prolixior) per vocē ex acre primū ortam, ac deinde circumuolūtatem, & aures hominum circumsonantem, quam veteres sapientes Diuinam vocem appellarunt. Sæpe etiam factum, vt in faxis aut parietibus, ignoto autore scripta reperirētur. Sed tamen ambagibus inuoluta sunt omnia, & non satis perspicua: quemadmodum Imperatorum ornamenta, quæ diuini quiddam habere, & (vti par est) vulgi captum superare creduntur. Nā quæ exposita sunt omnibus, facile fastidiuntur, & ferè negliguntur. Nō tamen vana ea esse aut irrita creditur, si quis non obiter, sed iudicio adhibito rimeretur. Aliis enim beneficij, alijs supplicij loco significari. Quosdam enim calamitatum impressionem præparatione & patientia molliorem reddidisse: quosdam verò vitæ emendatione placato Deo, prorsus illa auertisse: quibusdam interiecto tempore ob animorum imbecillitatē, supplicio esse calamitatum expectationem, priusquam aduenerint ea quæ perpetiendi fuerint: ita gubernante Prouidentia, vt grauius ob commissa plectantur. Quod si qua mentiantur, hominumque spem frustrentur: (nam omnia quæ significantur, aliis molesta sunt, aliis iucunda: vt Cræsi Imperij destructio, Crælo & Lydis molesta, Cyro & Persis pergrata visa est) si qua igitur ita fallere videatur, id non ipsorum oraculorum natura fieri, sed hominum præpoperata potius cupiditate, qui tempora anticipent, & oraculorum sensum ad optata sua detorqueant. Interim tamen videndum, ne qui sint, qui huiusmodi oraculis addictos ludificantur, & novos commenticios versiculos ad oraculorum imitationem constringant, eoque clam in vulgus spargant, horumque mendacis illorum etiam veritatem confundant. Id quod multos nostra etiam ætate fecisse constat. Sed illuc redeo. Imperator illis in locis, quæ dixi, præter spem suam fato functus est, Anno ab orbe condito sexies millesimo, septingentesimo, nonagesimo, primo, annos LVII nat⁹, At filius eius Imperator Andronicus, quamuis adesset, patrem Imperatoria sepultura ad eō non honorauit, vt ne plebeia quidē sit dignatus: præterquam quod iussit, vt noctu pauci quidam cadauer procul à castris abductū multa terra obruerent: id modò cauens, ne Imperatorum cadauer à feris discerneretur. In causa erat, quod dum viueret, à recta Ecclesiæ doctrina desciuisset, vt supra exposuimus: quod factum filius, et si patrem adamabat, & pietate filios omnes atque obseruantia superabat, ex animo, vt postea dicemus, clam oderat. Ac Michaelis Palæologi hic exitus fuit: viri naturā decori, cum grauitate quadam, & digna principe maiestate. Erat porro in eo robur corporis, & rei militaris pericia, diuturni temporis parta

Spiritus ad ministris oraculorum auctores.

Insomnia. Astra. Tripus. Extæ. Vox. Scriptura.

Obscuritas oraculorum.

Oraculorū ex libidine interpretatio.

Oracula commenticia.

Palaologus sine honore sepultus.

Elogium Palaologi.

ris parta exercitacionibus. cū autē & prudētia & eloquentia valeret, in rebus gerēdis multo fuit acrior. In Imperij principio munificentissimus esse visus, vt subditorum animos nimirum sibi conciliaret: deinde modum sumptibus adhibuit, cum varia bella existerent, quæ diuturnos & magnos sumptus citra vllam detractiōnem postulabant. Nec desunt, qui cum afflictō animo, & perpetuò turbata conscientia fuisse dicant, ob inuouatum dogma: quod eō amplexus fuerat, vt Imperium ad liberos suos propagaret: à quibus id scilicet honoris ei est habitum, vt ne Imperatoria quidem sepultura ornaretur, Ecclesiæ sanctiones patriæ pietati longè preferentibus. Mea verò sententia is prouidentissimè rebus suis consulit, qui primū in sapte causa optima quæque amplexus fuerit: deinde liberis etiam & cognatis suis prospexerit. Qui verò toto animo incertam gloriam aucupatur, & iis casibus qui animum obruunt, nec constantiæ quicquam habent, se subiicit, & iucūditissima optimis siue sua siue suorū causa antepositis miser mihi videtur, tum ob temeritatem, tum propter inane studium: quod præter Deum eius volunrati & consiliis aduersantem, euestigio etiam euidenter alia quam sperarat experitur, & in extremas miseras præcipitatur. Ecce enim, is de quo nunc agimus, vir alioqui prudens, & in rebus gerendis fortunatus, charitate liberū victus, verum esse quod Plato dixit, amorē esse cæcū. Nam cū omnes & de se & liberis curas in diuinā prouidentia reicere debuisset: ille cæci instar, dū amori liberū suorū indulget, imprudēs à summo principatu in calamitatū barathrum sese præcipitavit: idque cōsecutus est, vt vulgò eum excrentur. Nam cum Deus imperium illi inde ab infantia destinasset, vt variè multisque locis declaratum est: si animi pusillitatem non nihil moderatus esset, & linguam ab omni periurio, & manus à cruore cohibuisset, neque omnino ad peregrina & aliena ab Ecclesia dogmata deflexisset, longo interuallo superiores Imperatores etiam laudatissimos superasset. Sed oportebat vti que calcem ab Istris consui, ab Aristagora verò indui, vt nos in extrema mala deueniremus: siue ad vetera & recentia delicta luenda, siue haud scio quam aliam ob causam. Atq; hæc hæc tenus.

Propter liberos non violanda pietas.

NICEPHORI GREGORÆ ROMANÆ HISTORIÆ Liber Sextus.

CAPITA LIBRI VI.

Imperium Andronici Palaologi, filij Michaelis. Ecclesiasticorum procerum confusio. De Gregorio Cyprio patriarcha. De altera coniuge Andronici, Irene. De relegatione Beci patriarche. De Ecclesia miserabiliter à sacerdotibus lacerata. De Ioanne excacato, Imperij heredē. De causa Romanarum cladum in mari. De patriarchatu ob animi eguitudinē à Gregorio recusatō. Iusti iudicij Dei explicatio.

De Athanasio patriarcha. De Porphyrogenito. Athanasij à patriarchico solio descensus. De Ioanne patriarcha de Neapolitano. De Alexio pincerna. De affinitate Crælis, seruicæ principis. De Alanis. De Ioannis patriarche descensu.

VM autem Andronicus in Imperio patri successisset, magno tumultu plena erant omnia. Hinc enim bellum Ecclesiasticum ab aduersa factione renouabatur, Imperatoris obitu occasione data: inde auxilia Scythica, quæ quatuor millium numerum excedebant, magnum Reipublicæ periculum minitabantur, ne propter eius à quo accessit fuerant, obitum, noui aliquid molirentur. Erat autem eis facillimum, si vellent, cum Romanæ legiones nondum adessent, omnia miscere cædibus, & prædas agere, & pecuniam vnā cum ipso Imperatore & Patribus conscriptis abducere. His igitur de causis Andronicus plerisque negocis dilatis ac præteritis, omnem suam curam ad id conuertit, quo maximè vrgebatur. Eos porro manibus non plenis dimittere domum, nec Scytharum esse moris videbat, nec alia ratione citra tumultum & pugnam abituros: Romana verò pecunia eos explere velle, nec facile erat, & nefas esse videbatur. His igitur de causis, duce adiuncto Michaelē Glaba, magno Conostabulo, qui rei militaris vsu tantum excellēbar, vt reliqui duces, pueri pre eo viderentur, vt quamprimū Tribalios infestissimos hostes, qui Romano Imperio magnas sæpe clades intulissent, adorirentur: eo consilio, vt & horum vires imminuerent, & ipsi maxima præda parata, inde domum Istrō traiecto recederent. Et hæc quidem ex sententia successerunt. Imperator autem necesse erat, in urbem profecto, patris obitum matri Theodora renuociare, publicumque de more luctum indicere. Itaque cadauer Imperatoris in urbem Selybriam deportari iussit, veritus ne id Latini furarentur: ipse Byzantium rediit, iustisque peractis, in componendo Ecclesiæ statu ante omnia elaborauit, quod consilium patre superite sedulo dissimularum, per occasionem protulit, & quis esset ostēdit. Proinde caduceatoribus & edictis quolibet missis, Ecclesiæ correctionem nunciabat: & qui Ecclesiæ studio exulabant, aut malè tractati fuerant, eos reuocabat. Interea Becus sede clam relicta, secedit, & in Panachtanti monasterio concludit, veritus ne in hac subita mutatione à nonnullis discerneretur. In eius vero locum statim successit Ioseph, qui loco illi cesserat, morbo & senio confectus, & morti proximus. Enimvero cū diabolus in factis literis huius mundi princeps appelleretur, terrenarumque rerū moderator, arcano consilio Dei conuiente: probabile est, eum res quæ hic geruntur euestigio persequi: & quæ prorsus deprauata sunt, sibi prorsus vindicare: ex optimis autem portionem qualemcunque decidere, more hominum qui pro-

Periculosa Imperij principia.

Scythia contra Tribalios mittuntur.

Andronicus emendandū ecclesiæ statum suscipit.

Beci occultatio.

Iosephus patriarcha.

Diaboli potentia.

vinciam aliquam sortiti, habitatoribus tributum & annuum vectigal imponunt. Iniquissime enim secum agi existimat, qui mundi princeps vocetur, nisi eorum qui terram incolant, partim dux & dictator, partim socius sit, quatenus liceat. Quamobrem quum alia, tum vt Iudæi contra CHRISTUM. Seruatorem insanierint, studio breuitatis præteribimus. Hi enim fors eius fuerunt. Sed in ipsos Seruatoris discipulos atque Apostolos facto impetu, vnum tributum nomine Dominò eripuit. Deinde omnes ordines peragravit, eorum qui in montibus & speluncis exercebant, pastorum Ecclesiæ, eorum qui dogmata eruditè explicant, eorum qui martyrio decertarunt. & quamvis vndeque excluderetur, quatenus Diuina prouidentia mandabat: tamen non profus inanis & vacuus abiit, sed vndeque multiformem populum coegit, & nouum quandam exercitum, qui secum flammæ participes essent. Tum autem, cum Imperatorem à pio conatu auertere non posset, alio pacto confusionem effecit, & pulchram illam concordiam tempestate dissensionum turbauit, ac nouam illam festiuitatem infestam reddidit: Eridem illam imitatus, quæ pomum contentionis in Thetidis & Pelei nuptijs proiecit, vnde postea magnæ pugnæ & hostiles flammæ exortæ sunt, vt fabularum parentes Poetæ tradunt: ac potius lupos, qui grege prius dissipato, facillè nonnullas oues abripiunt. Nam ed redegit populum, vt in binas & ternas sectas scinderetur, quorum alij Iosepho patriarcha, alij Arsenio olim mortuo niterentur: à quo Iosepho sacris interdictum dicerent, quod ipso viuo sedem occupasset: illis reclamantibus, canonicè depositum esse Arsenium à toto pontificum concilio: alij vtrique factioni alia crimina obicerent. Itaque Iosephus duabus de causis cedere est coactus, tum vt paci eorum quibus molestus erat, consuleret: tum quod patriarchæ munus obire nequibat, totius corporis viribus morbo & senio exhaustis. Factionum porro principes inter se rixabantur, linguas contra sese, non studio religionis, sed iracundiæ impetu acuentes. Nam religionis studium à superna potentia pendet, diuinæque & concinna quadam ratione gubernatur. Qui verò mentis suæ fores ostentationi aperit: hi non animaduertunt, studium suum in odium, & si dicere liceat, zelum in scelus esse conuersum, & pro frumento (vt ita dicam) & vna cæterisque bonis fructibus spinas & lolium extitisse: quæ non aliud sunt nisi lites ab animo non satis instituto proficiscentes, & aduersariarum orationum certamina. At Imperator naturâ mitis, cum neutros offendere vellet, & scandala vtrinque caueret, media via incedere instituit. Est autem ad Orientale latus Hellepontiaci freti locus Atramiyrium, vbi viri illi edictis Imperatoris accessit confluunt: nec ij tantum quorum studium ratione regitur, sed & promiscua & impudens turba, partim thronos ambientes, rem quæ conditionem eorum longè superabat: partim pecuniæ, partim gloriolæ & honorum cupiditate, qui in vita mortalium varij oberrant. Sed illud penè me præterisset, quod in primis explican-

Factiones Ecclesiasticæ propter patriarchas.

Iosephus patriarchæ cedit.

Calumniæ potius quam studium religionis.

dum est, ne post orationis series interrumpatur. Nam cum Iosephus, vt diximus, breui tempore sedem reliquisset, ac paulo post vita etiam excessisset: non æquum esse visum est, ac minime consultum, vt Ecclesiæ tam perturbatis temporibus sine pastore relinqueretur. Erat autem tum insigni vir facundia, ex Imperatorij clericali collegio; Georgius Cyprius, qui elegantes græcæ literaturæ numeros & Atticâ illam linguam longo iam tempore obliuionis gurgite demersam ingenij dexteritate ac singulari studio in lucem produxit, ac velut ab inferis reuocauit. Hunc, cum non ita pridem monasticum habitum induisset, in animo habebat & studebat Imperator ad patriarchicum solum euehere: à nemine tamen eorum illi manus imponi volebat, qui nouum illud dogma amplexi fuissent: vt periculum esset: ne res diutius differretur. Est tamen ab Imperatore post debita suffragia & testimonia designatus: & pastorale pedum in Imperatorio suggestu, veteri more ab Imperatore porrectum, accepit. Proinde negotiis intentus, patriarchica iura, quæ cum sacerdotio nihil coniunctum habebant administrabat. Non multo post, siue fortuito siue diuinitus, Constantinopolim venit Mozyles episcopus, Nicephori Aetoliæ principis legatus: & post hunc è Macedonia Debrorum episcopus, non ille quidem legatione fungens vlla, sed alterius negocij causa: quorum vterque cum dogmatis noui sectatoribus nunquam suffragatus esset, Mozyles episcopus prælatus est Debrono. Mozylenus enim metropolitanus Naupactio, Naupactius Constantinopolitano parebat: Debronus verò ad primam Iustinianam pertinebat, vnde ille ad hoc negocium aptior videbatur. Idem Mozylenus patriarchæ iam ab Imperatore, vt dictum est, designari hortatu, Germanum monachum quandam, metropolitanum Heracleæ designat. Huic enim ab antiquo ius Constantinopolitani eligendi debetur: cum ne magnus quidem Constantinus: qui nouam Romam, eamque maximam è Byzantio fecit, veterum Imperatorum priuilegia abrogare noluerit: sed potius & diuturni temporis & Seueri Imperatoris verecundia adductus, confirmari, à quo lex illa lata est, cum Byzantium multis sudoribus captum, quum cæteris defensionum præsidis, tum manibus nudauit, & Heracleotis denique Thracibus pro pago tractandum donauit. Siue igitur ex ea, siue alia de causa consuetudo hæc inoleuerit, tum quidem hoc sic actum est, vt diximus: & è lectore Gregorium Cyprium Heracleæ episcopus primùm diaconum & sacerdotem, post & patriarcham creauit, duobus illis episcopis Mozyleno & Debrono adiutoribus. Sed ad institutum redeundum est. Cæterus igitur factionum illarum quas diximus, usque de causis quas exposuimus, & propter ipsum patriarcham, inter se contendebant, & per causam, quod viginti natus annos è Cypro ad Romanos mores se contulisset: & quasi Latinorum instituta probaret, suspectus esset, & à Latinis lector creatus fuisset: siue id maleuolus quispiam antè sparsisset, siue æmuloꝝ improbitas ex tempore confinxisset: siue instigator & præsultor

Georgius Cyprius patriarcha.

Mozylenus episcopus. Debronus episcopus.

Germanus Heracleæ episcopus patriarcham Byzantium creauit.

Zelote ex ambitione & auaritia Cyprio obiectant.

præsultor dæmon dictasset, vt multiplex & varium esset perturbationis & confusionis illius spectaculum. Et hæc causa improbandi patriarchæ fingebatur: cum reuera exilio cæterisque calamitatibus, vltra quam patet gloriarentur & efferrentur, sibi que imputari ea vellent quæ Ecclesiæ sanctionibus permissa sunt, & omnibus regio more ius dicere: prætereaque vnum sui cætus in patriarchico folio collocare cuperent, vt hac veluti munitissima arce freti, & magna ac splendida dignitate subnixi, omnes episcopatus & metropoles inter sese partirentur, & omnibus monasteriis dominarentur, & omnes Ecclesiasticos ordines sibi vendicarent, & omnes sacras prouincias administrarent, inferendique & efferendi & distribuendi ius haberent, & his rationibus iusta virtutis & studij sui præmia hic consequerentur. Cæterum, cum Atramiyrij, vt dictum est, conuenissent, omnibus post multa verborum certamina placuit, vt vtrorumque opinionones, vnde magnæ illius contentionis rationes germinassent, duobus libris inscriberentur, ac Deo iudicium per ignem & miracula committeretur. Cum autem per totam noctem stentissent, & Deum sedulo deprecari essent, in ipso magno Sabbatho libros in medio templo in ignem coniecerunt. Ac vtraque sane factio sperabat, suum codicem inuolutum permanurum. Sed vana spes illa fuit. Ignis enim vtrique complexus, statim in cineres redegit. idque Dei iudicium fuit, & derisus eorum omnium, qui rem seriam in nugis agerent, & Ecclesiam alieno tempore turbarent. Quod cum vidissent, ipsis quoque omnibus visum est, repudiata contentione spectare concordiam & pacem, & fastam comprecationem à Gregorio patriarcha admittere. His peractis, Arsenij studiosi petierunt, vt cadaver illius in urbem referretur. Ea postulatio minimè simplex fuit, sed à magno consilio profecta, vti scilicet factum illud Arseniatis palam honorificum esset, Iosephitis verò clam ignominiosum. Facile tamen impetratum est. Cum autem funus ad Eugenij portam vsque perlatum esset: & patriarcha cum omni clero, & Imperator cum toto Senatu descenderunt, atque ita cum hymnis insignibus & facibus in diuinæ Sapientiæ amplissimam ædem est perlatum. Sed postea Theodora, michaelis Imperatoris è sorore Eulogia neptis, primùm Muzalonis, deinde Raulis, vtriusque Prorouestiarij, vxor, impetrauit, vt in D. Andrea monasterio, quod ipsa renouarat, reponeretur.

Atramiyrenus ignis litem non dirimit.

Arsenij studio.

DE IRENE ALTERA Imperatoris vxore.

Sed cum Imperator tum coniugem non haberet, (nam Hungara, quam duxerat, obierat, duobus filiis Michaelè Imperatore & Constantino Despotâ relicto) legatos ad Hispaniæ regem mittit: qui libenter ei misit, non filiam suam, sed aliam sibi cognatam, Marchionis illius qui capta vrbe Thesalonicanam cum finitimis locis sibi vendicarat, neptem. Idque factum, contra veterem Latinorum morem, Papa inconsulto, nam Latini proceres, affinitates

Papa Latinorum prouidit.

iungere cum Romanis, non nisi Papa prius assensu, consueuerunt. Sed cum ei delicti cuiusdam prætextu sacris interdictum esset, per eam causam clam puellam ablegauit, Romanorum Imperatricem futuram. Agebat tum Imperator annum tertium & vigesimum; noua autem nupta Irene vndecimum: quam & vultus venustas, & elegantia morum haud mediocriter ornabant. Cum autem, velut in humidioribus lignis vermes nascuntur, ita etiam in splendidis ingenij emulationis & inuidiæ stimuli existant contra eiusdem artis professores, in eo præsertim genere in quo maximè elaborabant: sic Gregorium patriarcham Beci acumen & facundia stimulabat, etique haud ferendum videbatur, si solus ipse inter illius ætatis Græcos celebris, & inter patriarchas quoque eruditos celebrem se fore sperans, in disputationibus, eloquentiæ laude ab illo vinceretur. Quæ de causa relegationem eius non parum promouit. Ille verò ad radices Olympi relegatus, cælo & terræ iniuriam (vt dicebat) & contumeliam illam prædicare non desistit, qua in se debacchati essent: cū humanius agere, homines vtrique cum homine, qui magna gloria excidisset, & ob eam ipsam causam accurata refocillatione indigeret, potuissent: ereptoque sacerdotio contenti, curare ne quid sibi deesset, quo homines carere non possent. Itaque ab omni parte destitutus, publico iudicio causam disceptari postulabat: forsitan vt aut iudices presentia conspiceret suo & oratione mitigaret, aut saltem ostenderet quàm immisericordes & duri essent. Quæ cum audisset Imperator, non negligenda esse iudicauit, ne iniuriam homini fieri vulgus suspicaretur: cuiusque autores maledictis incesceret, quæ cum nunc murmurarentur, post aliquot annos palam eruptura essent. Multa enim conuicia, multas etiam laudationes præter æquitatem in vita versari: illa in eos qui nihil commiserint, has in eos qui nihil laude dignum gesserint: Visum igitur est proceribus & eruditibus omnibus, tam profanis quàm Ecclesiasticis, in Regiam conuocatis, illustre de illo, in tanto theatro, iudicium fieri oportere. Quo facto, cum Becus in medium prodisset, atque omnia eloquentiæ vi permisceret, & ea quæ sani dogmatis defensores obiciebant retexeret: fortasse mendaciam veritatem vicisset, & curiositas virtutem superasset, nisi Gregorius patriarcha, & Muzalo, magnus Logotheta, doctrinæ copia & sacra Scripturæ sententiis restitissent, & ingentem illam exitiosa linguæ tempestatem sedassent. Erat autem is Muzalo velut imperij particeps, & maximo in honore ab Andronico, ob eruditionem & senectutem & longum ac varium rerum usum cum prudentia coniunctum, habebatur. Quibus de causis eximius ei soli è veteribus, qui eodem munere functi fuerant, hic honos est habitus, vt calyptram in capite panno, purpura & auro intertexto circumdatam gestaret, quatenus sursum vergit, & ad pyramidem superficiæ funditur: in hoc vno ab Imperatorum liberis differrentem, quod non etiam inferiorum, & causam superficiem habebat, circulus auratis variatam,

Irene comendatio.

G. Cyprius Beci ex inuidia relegat.

Beci querela.

Disceptatio cause Beci.

Muzalonis auctoritas.

sed prorsus lauem. Ut autem ea quæ interces-
serunt prætereamus, cum Becus post multas
disputationes atque applausus, nullam pro se cle-
mentem ferri sententiam, nullam suorum com-
modorum rationem haberi cerneret: vnionem
apertè improbauit. Quapropter denuò in exi-
lium, in oppidulum quoddam Bythyniæ mariti-
mum, vnà cum Meliteniote & Metochite mit-
tuntur. Enimuerò illud nescio quo modo mihi exci-
dit. Nam post Attramytrenum illud rixosorum
librorum incendium, omnes ij qui studium reli-
gionis simulabant, metropoles & ceteras digni-
tates partim iam partiti, partim partituri, abro-
gationem Pontificum & clericorum omnium
qui Michaeli Imperatori assensu fuissent, in vni-
uersum inclementer decreuerunt: fortuna non
moderatè, nec humaniter vsi. Nam cum pleri-
que ex circumforanea & malè educata & con-
tumaci turba essent, quibus paulo antè ne vultum
quidem Imperatoris intueri licuisset, nunc verò
benignissimè ab illo accepti essent: sua condi-
tione oblitii sunt, ab ebris nihil differentes. Nam
potestate ab Imperatore accepta, quippè qui eis
propter ardentem vniendæ Ecclesiæ cupidita-
tem nihil non concederet: plane securi iam, eos
omnes contra quos infame illud suffragium la-
turi erant velut oues in magnum Blachernium
templum congregarunt: qui cum supplicibus &
verbis & gestibus commiserationem elicere stu-
derent, & similia veterum humanitatis exem-
pla quum alià, tum duplicis illius Iconomachia
proferrent, quòd illi cum grauius deliquissent,
humanos eos experti essent, qui orthodoxam
sententiam defendissent, & suum quique lo-
cum retinissent, ab immanitate decreti sui non
recedendum putauerunt: sed omnem clemen-
tiam, omnem misericordiã improbitatis fluctus
in maris Atlantici fundum deiecerunt. Tanta
inuidia in sacro illo cœtu, tantæque acerbitas
inuitò statim præclara illius concordia grassa-
batur. Quis autem adeò durus est, & animo ada-
mantino, vt contumeliam illam & maximam
inhumanitatem referre queat, qua contra mise-
ros episcopos & sacerdotes vsi sunt? Nam post
verborum conuicia, præsidēs inferioribus im-
perabant, vt direptos illis pileos humi abiice-
rent, ter acclamantes, indignus est: aliis verò a-
liorum vestes exuere, easque à simbria inuertas
ad caput applicare, atque iterum ter acclamare
iuberent, indignus est. Deinde alapis impa-
ctis, tanquam sicarios vi extrudere sacro loco.
At humanus IESVS & Seruator, etiam latro-
nem admittit, & proditoris pœnitentiam, mo-
dò ipse voluisset, desiderauit, & expectauit.
Proinde serò illi quidem, sed iustas tamen pœ-
nas luerunt. Neque enim nouorum istorum le-
gislatorum vllus in sua dignitate decessit: sed
turpissimè suis pulsus sedibus, vt postea dicemus,
præ animi ægritudine vitam abruperunt.

DE EXCÆCATO
Imperij hærede Ioanne.

Andronicus
pateri sce-
leris vindi-
ctam timet.
Post hæc Imperator recordatus, quo pacto
pater cum adolescente Ioanne Lascari egis-
set, ad quem Imperij successio magis pertineret:

Exules resti-
tuit, grassan-
tur in alio-
sarios.

Crudelitas
punita.

ac veritus ne vindicta tandem expergicente, eo-
dem & ipse modo tractaretur, & oculos vnà
cum Imperio amitteret: conuenientia vulneri
medicamenta statuit adhibere. Quæ enim erat
prudentia, non ignorabat; Deum etiam in hac
vita sæpe iusta mensura facinora pensare solere,
vt illustribus documentis mortales erudiantur:
ac perterresant ij qui vindictam numitis omnia
perspicientis, præ suis cupiditatibus negligunt.
Etsi enim propter infantiam, & animi simul &
corporis imbecillitatem, neque consilio neque
manu patris facinus adiuuare potuit: tamen
ille propterea scelere illo se contaminarat, ne
filius legitimo & sano hærede superstite, Im-
perio priuaretur. His de causis, quum vehe-
mentius conscientia stimulis pungeretur, ad
Ioannem Lascarim sua causa excacatum à pa-
tre, venit, qui in quodam Bithyniæ oppidulo
custodiebatur: tum vt videret eum, tum vt con-
solaretur: prætereaque ad victum & cultum
necessaria omnia illi, quoad viueret, suppedita-
ret. Quod cum fecisset, ac fieri iussisset, li-
benter inde versus Orientem progressus est,
certis de causis ibi commoraturus: tum vt rei
militaris vsum consequeretur: tum vt præsen-
tia sua terrorem Barbaris incuteret, ne impu-
nè, quoties & quò vellent, in Romanos fines
irrumperent.

CAUSA MALORVM
in mari.

Hoc rerum statu, nonnulli qui in principum
gratiam omnia facere student, Imperato-
ri deliberationem proponunt. Nam plerunque
solent subditi ad principum voluntatem se ac-
commodare, ad eamque animum & linguam &
omnes actiones referre. His enim obsequiis eo-
rum benevolentiam redimi sciunt. Deliberatio
autem fuit huiusmodi. Cū pericula omnia, pro-
pter quæ Romana classis tantoperè aucta fuisset,
propulsata essent: ac præter cetera, etiam Car-
rolus Italia rex, omnium malorum caput obiti-
set: inanem esse nauium sumptum, qui fiscum
Imperatorum plus quàm cetera omnia exhau-
raret. Quod cum Romanis euidentem perni-
ciam afferret: tamen in præsentia opportunum
esse visum atque vtilissimum, animis pecunia
sistentibus, & præ ea omnia Imperij præsidia &
firmamenta contemnentibus. Hoc Romanis
malorum principum extitit, & immobile fun-
damentum: hoc Latinos, Romanorum vires
prius vt inuictas metuentes, confirmauit, &
animosissimos reddidit. Hinc enim res illorum
maritima crescere & amplificari, hinc illis acce-
dere lucra & principatus, Romanis verò paula-
tim decedere ac subinde imminui, posteriorque
dies prior esse deterior, calamitatem calamitate
cumulando. Nam piraticæ triremes alia atque a-
lia hinc atq; inde vndique, nunc binæ, nunc ter-
næ ac plures, ad ipsam vsque urbem per ludibriū
acceserunt. Vnde insulæ maritimæ que loca affli-
gi cœpta: cum nullò modo nauium accessus & re-
cessus, & circuitus, & noctu atq; interdii instan-
tia pericula prohibere possent, quæ extrema om-
nia, necemq; & tū minitabantur, & post euiden-
ter etiam

Classis ex-
anxia de-
struita.

cc
cc

ter etiam inferebant. Hinc omne Gasulicum
dissipatum est, & in alias atque alias terræ partes
dispersum, ob inopiam. Partim enim Latinis o-
peram suam locarunt, ad onerarias naues & tri-
remes agendas: partim à nobilibus & locupleti-
bus Romanis mercède conducti sunt: partim ar-
mis venditis, ad colendos agros se contulerunt,
satius esse rati per omnem ætatem opus facere,
& quotannis à publicanis & tributorum exacto-
ribus deglubi, quàm vltro fame perire. Triremes
verò alia in aliis Cæteris partibus relicta, tem-
pore perierunt, aliis in fundum maris demersis,
aliis ruptis: nonnullæ etiam curata ac conserva-
tæ sunt, si quando fortè illis esset opus. Qui au-
tem huius consilij fuerit exitus, orationis pro-
gressu exponetur.

DE PATRIARCHÆ CON-
tumelia & dolore.

Sed cum Gregorio etiam dolores instarent, &
immisericordiæ pœnæ luendæ essent, quòd
Beco opem imploranti, & omnia concessurum
pollicenti, si qua sui ratio haberetur, & auxilium
negasset, & misero calamitates augere non du-
bitasset: sed multis vndique fluctibus iactato,
ipse à tergo alias procellas excitasset & accumu-
lasset: indignum sua doctrina facinus, qui hoc
excepto, cetera omnibus laudibus dignus erat.
Sed cum hic quoque affligendus esset, quid à
Prouidentia cuncta moderante fit? Destituitur
& ipse à Deo, vt castigetur, & asperam labem
eluat, & purus ad alteram vitam transeat. Beco
enim non satis supplicij esse ratus, quòd extor-
ris ab amicis & cognatis auulsus esset: verbis
etiam & scriptis eminus illum feriebat, & eius
scripta & decreta refellebat, & contraria pro-
blemata & dogmata colligebat. Dum verò il-
lum & sectatores illius oppugnat, imprudens
ab aliis & ipse vulneratus est: & in iis captus, qui-
bus alios captabat: non aliter quàm si quis tela
in hostes coniciens, ipse à suis ex obliquo gra-
uiorem plagam acciperet. Quidam enim è pon-
tificibus & sacerdotibus eum reprehenderunt,
vt blasphemantem: ac monuerunt, vt vocabulis
nonnullis mutatis, periculum & conuicium vi-
taret. Ea admonitio non sincera illi visa est, sed
ab occulta inuidia proficisci. Proinde rem vr-
gebat, & ad contradicendum acuebatur, & pro-
bationibus ac disputationibus disputationibus
cumulabat, quibus & accusatorum ora (vt puta-
bat) obruraret, & suam sententiam pro virili
tueretur. Sed apparebat vtique, Deum ad vtili-
tatem omnia dirigentem, noluisse viro illi
etiam cetera ex sententia succedere. Itaque
vires aduersariorum augentur, certamenque ac-
cenditur, vt è parua scintilla magnum oriatur
incendium. Primum non minima Pontificum
& clericorum pars eum destituit: destituitur &
ab iis quos ceteris præferabat, Chila Ephesino
& Daniele Ciziceno, quibus ob eruditionem ius-
to maiores honores detulerat, principatu illis
inter ceteros sacerdotes & pontifices decreto:
Idque patriarcha iniquiore animo tulit, quòd
ij quos aliorum in se conuicia refutatos puta-
bat, & loco muri firmissimi sibi futuros, præter
spem inimici extitissent, & (vt prouerbio dici-

Gregorius
Cyprius à
suis sacerdo-
tibus oppu-
gnatur.

Oppugnari
ab amicis,
grauissimè.

tur) carbones pro thesauro inuenisset. Sic idem
illi accessisse fertur, quod olim Iulio Cæsari,
cum à Bruto & Cassio occideretur, nam aduer-
sus aliorum enses aliquantisper se defendit, vt
potuit: sed cum Brutum etiam strinxisset gla-
dium vidisset, quem germani filij loco dilexe-
rat, tum demum aiunt re inexpectata percusso
animo, statim exanimem humi concidisse. Ad
eundem modum Gregorius, ceteris ad tempus
refragabatur. Sed cum fidissimos sibi & charis-
simos infestos esse cerneret, neque adesse de-
fensorem videret, non Imperatorem, non vllum
potentem: tandem Dei iudicium esse intellexit,
& sententiam diuinitus in se latam confirmari.
Proinde contentionibus & solis valere iussis, in
Hodegium Deiparae monasterium in ocium sese
contulit. Sed inde non multo post à conditricem
vocatus est, in S. Andreæ monasterium. Erat
enim ea matrona studiosa, & ab ore patriarchæ
pendebat. Itaque domo proximè monasterium
extructa, eò virum pertraxit: vbi paruo tempo-
re elapso defunctus est. Sed, vt consuevit Deus
facta cuiusque remunerari, vt defunctorum cas-
ibus superstites erudiantur: paulo post Chilas
Ephesius & Daniel Cyzicenus pœnas dederunt,
quòd secundæ fortunæ flatu elati, virum de se
bene meritum insectati essent: nec cogitassent,
quantis erroribus res humanæ intricentur: &
vt ea quæ in expectatione sunt, inexpectato exi-
tu terminentur, & desperata res feliciter suble-
uentur: vtique instabiles animi facile importu-
na confidentia inolescere & res absurdas susci-
pere soleant, non aliter quàm cum Cæcias na-
uem onerariam anchoris destitutã in fluctibus
exagitat. Quare vigilandum & sollicitè cau-
endum, ne posttridie maiora & acerbiora quàm
fecerimus, perferamus. Eorum enim metro-
polium clerici selecti & fidissimi & charissimi
contra eos insurgunt, ac Imperatori & ceteris
pontificibus literas offerunt, quibus illos multa
nefanda, & abrogationem sacerdotij sponden-
tia commississe restabantur. Quas cum Impera-
tor & pontificum collegium auide legissent, li-
teris & decretis in urbem vocabantur. Illi verò
inquisitionis tempus crebris dilationibus elude-
bant. Tandem cum & ipsis acerbius poculum
quàm patriarchæ bene merito miscuerant ex-
hauriendum esset, numine talia facinora vindi-
cante: apud Imperatorem tacitam auersionem
inueniunt, quæ plus quàm ira aperta dolet: ac
leniter & clanculum ad ipsas vsque medullas (vt
ita dicam) penetrans, omnem animi amœnita-
tem depascit & consumit. Apud fratres autem
& collegas inimicum contemptum & ab omni
consolatione alienum animaduertunt: &, quòd
maius est, annuis redditibus, quos illis metro-
pales pendebant, priuantur. Denique, ne longum
faciamus, ita in vrbe sedentes vitæ reliquã
exegerunt, ægri animis & afflicti, donec præ do-
loris magnitudine obierunt.

DE ATHANASIO
Patriarcha.

Sed illuc redeo. In patriarchicum solum succe-
dit monachus quidam, Athanasius nomine,
qui ociosam in Gani montibus vitam agebat:

Gregorius
Cyprius sit
monachus.

cc
cc

Humanitas
rerum in con-
stantia.

Indotus, sed
religiosus
monachus.

homo rudis ille quidem literarum, motumque ciuiliū: sed alioqui bonus & admirandus, quam ad monasticam vitam attinet: continens, il- lotus totas noctes stare, humi cubare, pedibus iter facere solitus: moribus denique iis præditus, qui decent eos, qui soli in montibus & speluncis degunt. Ac per omnem ille ætatem fortunatus dici potuisset, si suam illud instituta tenuisset. Sed malè tractari utique tum pontifices, tum clericos oportebat: & dignas improbitate sua luere poenās, tam priore illa, quam ea, qua contra Gregorium patriarcham vsi fuerant. Nam cum patriarchicum solium conscendisset, statim in eos primos truncem coniecit oculum, & zelo diuino atque exacerbato plenum: vt prudentiores ab ipso, quod aiunt, limine, quid futurum esset, coniectantes, domi sese abdere, quam in publico versari mallēt, priusquam inuirti, quod inimicè uellet, facere cogerentur: * alii uero paulo post urbe propè exulare necesse esset. Eadem & ceteri pontificum acciderunt: plurimi enim erant, & omnes clari, & Ecclesiasticarum sanctionum peritissimi, quod patriarcha Gregorius in ea re plurimum elaborasset, haud scio vtrum maiorū exemplum imitatus, an suapte industria, meliorūque rerum cupiditate, vt populus eruditos moderatores & doctores haberet, & religio constanter ab eis ac fortiter contra omnes omnium aduerfationes defenderetur. Nam qui Constantinopoli inuenti sunt, eos in suam quenque metropolin misit, vt ibi æui reliquum exigerent, Ne (inquit) hic desidentes, aliquid mali contra vos ipsos & me consuaris: qui uero aliunde adueniebant, per causam, quod sacra dipina que Concilia inuenerit: vt metropolitani bis aut semel quotannis apud patriarcham conuenirent, & quaestiones Ecclesiasticas qua interim incidissent discerperent, urbis ingressu prohibuit. Rectè sanè. Dicebat enim æquum esse, vt suam quisque Ecclesiam pasceret, vt patriarcha Constantinopolitanam: & vt præsentis onium suarum curam agerent; non autem emolumentis inde acceptis in urbe morarentur. Possunt autem catenus utriusque meritò reprehendi, quod utriusque modum excefferunt.

DE PORPHYROGENITO.

His temporibus calumniæ quædam oræ sunt contra Constantinum Porphyrogenitum, Imperatoris germanum fratrem, quasi regnum affectaret: & omnes proceres domi militiaeque sibi cõcelliarer, vt eorum opera voti compos redderetur. Hæc, vt plerique affirmant, falsa erant conuicia, conficta ab inuidis, qui occasione vsi, Imperatoris præsertim suspicione suffragante, in extremum discrimen rem adduxerunt. Suspicionis autem causæ huiusmodi fuerunt. Patri Imperatori ab infantia Porphyrogenitus charior Andronico fuerat, multis de causis: quod & iis natura bonis præditus esset qua principem ornant, & morum urbanitate, & oculorum elegantia excelleret. Quare nisi illud obstidisset quod minor natu erat, cupidè illum Imperij successorem designasset. Hæc vna & princeps fraternalis similitatis causa erat, qua Andronici animum suspicione turbaret. Accedebat altera, Habuerat in

Athanasius sacerdos exercet.

Andronicus fratrem Constantinum suspectum habet.

animo pater Porphyrogenito; cum adoleuisset, Latinam uxorem nobilissimam & optimam despondere, vt ea re consilium eius adiuuaretur. Longo enim tempore id meditabatur, eam partem qua circa Thessalonicam & Macedoniam est, à toto Romano Imperio distincta huic tradere, vt peculiaris eius principatus & Imperatoria potestas esset. Ac nisi mors eum oppressisset, forsasse quod cogitaret, perfecisset. Sed cum Deus, vt apparet, id consilium non approbaret: funestus eius exitus fuit. Hæc res magis etiam Andronici animum exacerbauit contra fratrem, & ad maiorem iracundiam concitauit. Sed qua prudentia erat, odium animo inclusum tegebat, fictoque vultu tertium iam annum à patris obitu beneuolentiam sinceram erga fratrem præ se ferebat. Interea uero ille magnas omnis generis opes, ex iis prædiis & pecuariis qua pater illi assignarat, quotannis colligebat, easque liberaliter & magnificè tam paruis qua magnis, à quibus adibatur, communicabat: præterea comitate & suauitate morum, omnes facillè adamantis sibi vinculis deuinciebat. Solet enim dexteritas & benignitas morum, in altiore dignitatis gradu, facillè omnium animos sibi reddere obnoxios: quemadmodum verno tempore splendidi flores, prætereuntium oculos in se conuertunt. Hoc illud est Indorum sapientum præceptum: Principem quo natura sublimior sit, eò humaniorem se inferioribus si præberit, charissimum populo futurum. Qui ergo propter vtraque priora crimina Porphyrogenitum accusarit, planè iniurius fuerit: nisi forte quis patrem harum rerum autorem fuisse, nimia erga illū pietate dixerit. Tertiam uero criminationis causam, non omnis expers est macula. Siue enim ex imperitiales largitiones fecit, qua maxima ex parte Imperatoribus conueniunt: inuitus ille quidem, nō parum tamen deliquit. Sin & ipse norat, ob tantam munificentiam se non extra suspicionem fore apud fratrem, & tamen securè tempus conterebar. maxima culpa pars in eo hærebit. Nam vt nihil aliud, illud saltem reputare debebat, quorsum eadem veterum studia recidissent. Nam & Cyrus ille Darij & Parysatis filius, cum maiorem quam pro satrapia sua factum præ se ferret, in suspicionem apud Artaxerxem fratrem incidit: vnde nihil præter infelicem exitum est consecutus, Antonius item, qui maximam orbis terrarum partem cum Augusto partitus erat, cum spretis pactis & conuentis, plus sibi quam par erat arrogasset, vnà cum principatu etiam vitam amisit. Ita & hic Porphyrogenitus, etsi nullas insidias, nulla arma contra fratrem parauit: tamen ista prioribus suspicionibus non paruum pondus addiderunt, & Imperatoris aures calumniis, immodicam benignitatem consequi solitis, patefecerunt. Sed ad institutum redeundum est. Agebat tum Porphyrogenitus in Lydia, recentibus nuptiis lætus, & diuturna vita spe fretus. Nam paulo antè uxorem duxerat Raulis filiam, & corporis & animi pulchritudine florentem, annum ætatis agens trigessimum. Tum etiam templo studij splendidum lectum addidit (locus enim is desolatus erat à Larnis, & longo iam tempore oues pascebat) & firmo muro

Paleologus Thessalonicense regni instituitur co natus.

Comitas in principa- nabitur.

Cyrus in mor.

Antonius.

Constantinus à fratre in carcerem compinguntur

nto nturo circumducto, magnis impensis monachorum habitationi accommodauit ædificium, vt parum à veteri forma differret. Cum autem tunc ad Nymphæum Lydia cum uxore commoraretur, & clam apud fratrem delatus esset: visum est Imperatori transire in Orientem, per causam aliorum negociorum, sed reuera vt fratrem incautum nec opinantem opprimeret: quod & accidit. Nam & Porphyrogenitus celerimè comprehenditur, & eius intimi quorum princeps fuit & opibus, & genere, & rebus gestis celebris, Michael Strategopulus. Ac ipsi quidem in carcerem compinguntur, omnes autem eorum opes in fiscum rediguntur.

ATHANASII RECYSATIO patriarchatus.

Non multo autem post, inde reuerso Imperatore, scriptam resignationem offert Athanasius patriarcha, quartum iam annum ex sacerdotio fungens. cuius causa erat, omnium pontificum & monachorum & laicorum tumultus, spiritualem illius rigorem non ferentium: ei que principio clam, post etiã aperte & absque larua maledicentium: qui eum iam iam discerpturi videbantur, ni folio cederet. Sperabat ille quidem, se ope Imperatoris conuictiores vlturum: deinde spe nescio quomodo frustratus, petiit atque impetrat satellites, à quibus in monasterium suum Xerolophum incolumis reducatur.

DE PATRIARCHA Ioanne saopolitano.

Erant autem quidam monachus nomine Ioannes, qui olim è legitima uxore liberos susceperat: ea que amissa, monasterium ingressus, atate prouectus, naturaque ad virtutem optimè compositus ob morum simplicitatem, sed græcarum literarum planè rudis, recens Sozopoli in urbem profectus. Is decreto Imperatoris, & sacri collegij suffragiis patriarchicam sedem occupat: sub quo improbi monachi, res suas è tēpestatis naufragio in tutum portum peruenisse putabant, hyeme in ver commutata. Is Michaellem Andronici filium Imperatorio diademate ornauit. Hoc tempore legatos ad Imperatorē mittit primū Italia rex, qui filiam è Balduini filia, quem Constantinopoli pulsum fuisse supra ostendi, suscepit. eam noua Imperatori despondere cupiebat. Post, simili ratione Armenia, qua Cilicia finitima est, rex, sororem per legatos offert, annos natam x i i r. Sed cum regis Italiae legatio, propterea quod dea postulabat, qua concedi non debebant, repudiata esset: legati deliguntur eius ætatis doctissimi viri, Metochites Theodorus & Ioannes Glycys, alter domesticus, alter Dromi Logotheta: nec eò tantum quod rerū vsū habebant, sed etiam quod prudentia doctrinaque copia tam diuinarum quam hūmanarum rerum, Græcarumque literarum cognitione excellēbat. Tales enim eos esse opus est, qui legati ad exteras nationes proficiscuntur, vt linguis ab omni parte instructi, in quouis disputationum genere palmam obtineant. Expeditis igitur nauibus consensu, primū ad Cyprum applicant: nam pau-

Metochita & Glycys legatio in Armeniam.

Legatos eloquentes esse opus.

lo antè, inde etiam de tali affinitate cum Imperatore actum erat. Vbi cum diu commorati, non ea inuenirent Cypri consilia, quibus delectarentur: digressi Ægis appellant, qua maritima urbs est ultra Ciliciam vallem, ad Issicum sinū sita. Quæ autem his siue aspera, siue iucunda, in abitu, inter nauigandum cum insulas circuiret, & portus intrarent, acciderint, & vt totam legationem confecerint, alterius legati Ioannis Glycys facundissimi viri liber pulcherrimè & euidentissimè, cum admiratione legentium declarabit. Mihi uero non propositum est singulis immorari, qui multiplicem & variam historiam scribere instituit. Quare ad alia pergendum. Ægis digressi, itineribus & interuallis certis ad regiam peruenerunt. Vbi dies complures commorati, ex sententia omnia confecerunt, qua ab Imperatore in mandatis acceperant, & qua ipsi excogitarat. Ac ne sim verbosior, Maria regis sorore accepta, sponsam Imperatori adducunt. Cæterum Porphyrogenito & Strategopulo in vincula coniectis, vt dictū est, viris bellicosissimis, qui magnis preliis & Imperatoris artibus Turcos à Romanis finibus facillè arcebant (hi uero tum erant Orientalia Mæandri loca) hostes, cum iam nemo esset qui prohiberet, & ultra fluuium omnia populati, & ipsum fluuium cum multitudine innumerabili transgressi sunt. Qua necessitate compulsus Imperator, ex optimatibus Romanis delectu habito, mittere aliquem ad periclitantes Asia urbes tuendas instituit.

DE ALEXIO PHILANTHROPENO.

Erant autem tum quidam vir bellicosus, & rei militaris peritus, pincernæ dignitate præditus, in ipso iuuentutis flore constitutus, qui occasione ostendendæ præstantiæ suæ expectabat. Hunc Imperator, datis quorū opus erat legionibus in Orientem ablegat, vnàque cum eo Libadarium prorouestiaritem, virum prouectæ ætatis, bellicosum, & singulari prudentia: vt hic Ionias urbes gubernaret, pincerna uero vltiores omnes. Exiguo igitur tempore Philanthropeni in pugnis Turcicis magna extitit autoritas, materiam naeta virtute eius. erat enim & liberalissimus & humanissimus erga inferiores: quod præclarum ducibus viaticum est ad victorias & triumphos. Proinde ex animi sententia omnia illi succedebant, neque quicquid eum frustrabatur. Cum autem Turci illinc à Scythis fugarentur, hinc à Pincerna euerterentur: necessariò plerique finitimorum leniorem ingressi viam, cum vxoribus & liberis ad Pincernam confugiebant, non tantū hostem tergis inhaerentem metuentes, quam humanitatem huius & liberalitatem amantes, vt & horum magnus numerus ad illius exercitum accederet. Sed cum tristitia lætis admiscenda essent, actertiū dolium Græci malis impermistum in Iouis aula esse negent: lætum quidem vestibulum & amœnitatis plenum huic fortuna ostendit, sed domum totam refertā malis in eum effudit. Nam cum ei Libadarius omnia prosperè succedere videret, timere & suspicari aliquid cœpit. Verebatur enim, ne prosperis fortuna statibus Pincerna clatus, defectionem & tyrannidem

Turcorum suffragio.

Pincerna Libadary obretractationibus exagitatatus regnum affellat.

ſpectaret, & primus ipſe velut æmulus poteſta- tis plecteretur. Idem multi etiam de proceribus ſuſurrabant. Sed inuidia hæc erat immatura ad- huc, & veluti fomes ſub cineribus latitans. Ne- que verò id latebat Cretenſes, qui apud Pincer- nam primum gratiæ & autoritatis locum obti- nebant, ex quo cum vxoribus & liberis ad eum de Creta ſe contulerant. Nam & in magno honore apud illum erant, & principatum inter intimos habebant: nec in acie tantum illius latera clauden- bant, ſed & in poteſtatis quardam communio- nem veniebant. Quæ res illorum animos deprauarunt, & vt ſorte ſua non contenti, maiora quam par erat concupiſcerent, impulerunt. Humani enim animi rerum ſucceſſibus certiffimè explo- rantur; quibus amentes tantum inſoleſcunt, quanta prudentes laude moderationis cumulât. Nam cum & ipſi ea quæ de Pincerna murmurabantur, accepiſſent: viri animum grauibus cogita- tionibus perturbant, rem non ita vti erat renun- ciando, ſed elephantum de muſca faciendo: & in- ſtant, vt primo quoque tempore deficiat, priuſ- quam eadem quæ paulo antè miſeri illi, Strate- gopulus inquam & Porphyrogenitus, experia- tur. Hæc verba ingentes & contrarios in viri ani- mo affectus commouerunt: vt ipſe quid vellet aut nollet, ignoraret. Nam qui delictorum quacun- que in re ſibi conſcij ſunt, ſi quid imminet mali, præciſis imminet, & expectantibus ex eo tempo- re quo deliquerunt: quibus vt non aliud, ipſa ta- men præſcientia calamitatem non nihil leuat. Contra, quos mala præter expectationem oppri- munt, nullius peccati ſibi conſcijs: hos non mi- rum eſt obſtupeſcere, & extra ſeſe quodammodo rapi. Sed poſt longos cogitationum conflictus, defectionis autores vincunt. Igitur Imperatorij tituli mentionem in caſtris fieri, principio Pincer- na vetat. Quæ Cretenſibus non parua occaſio fuit, vt vim illi facerent, & quamprimùm Impe- ratoris inſignibus vti cogèrent, ad conſtituan- dos ſuorum animos, Conſilia huiusmodi (inquirit) ipſa res ſequi ſtatim debet: neque quicquam eſt omnium, quod eandem & ingenij & manus promptitudinem ardentiſque ſtudium flagitet. Sin tempus terere vellet, & militum animos ſu- ſpenſos atque ambiguos facturum, & debilitatu- rum, metu & expectatione incerti cœuentus. Quæ verba ille negligebat, haud ſcio reïne magnitudi- ne territus, an aliquid ſecreti animo agitans, ne- pe vt Libadariū in primis ſubigeret. Hoc rerum ſtatu celeres nunciij ad Libadariū & Imperato- rem perferuntur, conſuſionem & partitionem rerum, atque aded ipſius Imperij nunciantes. Quibus Imperator ex improuiſo auditis, vehementiſſimè perturbatus eſt. Tamen conſcientia ſuæ pietatis & innocentie fretus, quieuit, nec arma nec auxiliares copias parans: ſed omnem ſpè in ſanctiſſima Dei genetrice & ſeruatore Chriſto collocauit, nihil non ab eius potentia pendere ſciens: ſed occultis illius prouidentie rationibus gubernari, & ad eum ſinem tedere omnia, quem ille præſcripſerit. Hanc eius animi contritionem inruit Dominus, Pincerna conſilia turbauit, vt omiſſo Libadario adhuc imperato, Theodorum Imperatoris fratrem inuaderet, qui & ipſe tum ibi in Lydia verſabatur. Is enim non ſuſpectus

Indulgentia fortune contumit animos.

Inopinata mala grauiora.

Pincerna Theodorum Andronicum fratrem capi.

Imperatori, liberaliſſimè ab illo tractabatur, & vbi libitum erat verſabatur. Ex quo enim fratrem comprehenſum eſſe cognorat, moderatiſſe viuendum intelligebat: abiectiſque dignitatis ſue debitis inſignibus, priuati habitu vtatur. Quibus de cauſis multum & ſincerè à fratre diligebatur. Hunc igitur Pincerna oppreſſit, ne ad illū Imperatori nomine ornatum, aliqui accurre- rent, coactòque exercitu ſui conatus impedirentur. Sed haud animaduertit, ſe vmbra omiſſo capere corpore. Nam Protouēſtiarites Libadari- us Pincernæ in ſuperuacancis iſtis occupatione ſibi peropportunam ratus, & diuinitus oblata in occaſionem in tam violento & ſubito aduerſa- rum rerum motu: omnem pecuniam contrahit, omnes copias ſumma feſtinatione, & de mariti- mis & mediterraneis Ionie locis, denique vnde- cunque in vnum conducit. Suis enim opibus, eorumque quos ſecum habebat ditium, in pecuniam redactis, atque etiam pecunia Imperato- ria maxima de Philadelphia accerſita, exercitui abundè omnia ſuppeditabat, maiora etiam pollicens, & ſpè alacriores reddens: quòd priuſquam decem exirent dies, cum magnis copiis in media Lydia caſtrametaturus eſſet, & ibi Libadarij conſi- lium efficaciffimum fuit, totumque negocium citò confecit. Nam cum ſciret Cretenſes maxi- mè Pincernam in acie tueri, ac circa illum con- globari, clam cum illis egit: maximamque pecuniam daturum, & apud Imperatorem illuſtres dignitates eis impetraturum ſe promiſit, ſi Pincernam initio pugne vincit ſibi traderet. Qui cum iam pridem illius cunctationem & tardita- tem moleſtè ferrent, & alioqui fortunam eius conatibus aduerſari viderent, pollicitationes ad- mittunt, & inter pugnandum totam fabulam peragunt. Sic & ipſe vincit, & breui totus eius exercitus diſſipatur. Cum autem Proto- ueſtiarites negocium feliciter confeciſſet, non mediocri ſaltu victo inſultauit, nec fortunam vi- ri veritus, nec humaniter ſucceſſibus vſus. Sed Imperatoris clementia conſiderata, ne veniam impetraret veritus, tertia poſt captiuitatem die viſum illi ademit. Aded acerbus & ſaxeus in hominem calamitoſum fuit. Solet enim humanum ingenium humanitatis obliuiſci, niſi incerta for- tuna momenta ſingulari prudentia moderetur. Nam in pugna quidem & acie, quicquid egeris, excuſationem habet, cum ratio oppreſſa iacet, & manus velut ebria, mente non reguntur. Verum periculis iam propulſatis, & animorum æſtu ſedato, ac tranquillitate menti reſtituta ſeui- re, & ab officio decedere, improbi animi eſt argu- mentum.

Libadarius Pincernam à ſuis proditum occidit.

Fortuna immoderatos facit.

DE MAGNO TERRÆMOTU.

Svb hoc tempus terræmotus maximus fuit, quo multa magnæ ædes, & magna templa partim corruerunt, partim rupta ſunt. Corruit & Michaelis Archiſtrategi ſtatua, quam Michael Palæologus ante adem S. Apoſtolorum exererat, cum Conſtantinopolim recepiſſet. Eandem filius eius Andronicus, eodem habitu reſecit at- que reſpoſuit. Aduentante æſtate, Eudocia Imperatoris ſoror Trapezunte in urbem venit, marito eius

cus Ioanne Lazo mortuo, adducto ſecum altero illius filio. Primogenitum verò Alexium ad paternum regnum gubernandum domi reliquerat. Eudocia nuptias Crales Seruie regulus am- biebat, vt perpetuum fœdus cum Romanis ſanciret. erat enim potens, neque vnquam Roma- nam rem turbare deſitebat, agros & vrbes partim occupando, partim populando. Ea res in ma- gnam dubitationem Imperatorem adduxit, pri- mum quòd Crales amicitiam magni faciebat: deinde quòd ſoror illius coniugium abomina- batur, & ne vocem quidem eorum qui de bello loquerentur admitteret: certid, quòd quartum eſſet illud quod peteret coniugium. nam prima vxore, Blachie principis filia, aliquanto poſt nuptias in patriam remiſſa, vxoris ſororem, fratris ſui vxorem duxit, monaſtico prius habitu mulieri detractò. Deinde cum Triballorum Eccleſia illegitimis illis nuptiis diu aduerſaretur, longo tẽpore poſt & illam ablegat: & Bulgariæ princi- pis Sphendothlai ſororem ducit, numero ter- tiam. E quarum nulla ſuſcepit liberos. Sed cum & huius amor refraxiſſet, illuſtriorè affinitatem quarit. Enimverò cum Eudocia matrimonium illud toto animo auerſaretur, ille verò petitione vehementer vrgeret, non paruis minis additis: coactus Imperator, illi de Simonide filia ſua ſignificat, quintum iam annum agente, vt ab illo domi aleretur, donec ad nubilem ætatem perue- niret, ac deinde coniunx eius eſſet. Appetente igitur vere, Imperator cum filia Theſſalonicam proficiſcitur, in vinculis etiam Porphyrogenitum adducens, veritus ne Theodora matris operâ elaberetur, quæ continenter ob filium quiritabar, & liberationem eius flagitabat. Eodem & Crales venit, obſides adducens ſecum principum Triballorum filios, & Sphendothlai ſororem, ad pacem confirmandam. Cum qua non multo poſt quæ in urbem perducta erat, Michael Cotru- les, qui poſt obitum ſororis Imperatoris viduus erat, conſuevit principò clam, deinde manifeſte vxorem illam duxit. Et vt rem in paucis confe- ram, Crales fœdere ſancito, & probè firmato, domum diſcedit, ſecumque Simonidem infantu- lam abducit, ipſe quadragenarius, & ſocero quin- que circiter annos natu maior.

Eudocia Trapezuntia Crales impu- prias aſper- nitur.

Quarta Crales nuptia.

Simonide Andronici filia Crales deſpon- ditur.

Maſſageta ab androni- co recipian- tur.

Andronicus ſui diſſidit.

DE ALANIS.

Sequente anno Imperatore in urbem reuerſo, Maſſageta (Alani vulgò dicuntur) qui ultra Iſtrum habitant, occultam legationem mittunt, qui cum Chriſtiani eſſent, à Scythiſ ſubacti, corporibus inuiri ſeruiebant: animis verò deſiderio libertatis tabeſcebant, & impios abominaban- tur. Petunt igitur locum ſufficientem ad habitan- dum amplius decè millibus hominum: qui, ſi & Imperatori placuiſſet, cum omni familia migra- turi eſſent, vnaque ſtrenuam operam ſe contra Turcos velle nauare promittunt, qui auctis viri- bus totam Romanorum Aſiam impudè incurſa- bant. Ea legatio tam grata Imperatori fuit, quàm ſi diuinitus miſſa, totius Aſiæ dominatum polli- ceretur. Nam poſt illum Philanthropeni tumultum, omnes ſibi Romanos ſuſpectos eſſe dice- bat, neque vllum rectè erga ſe affectum eſſe exi- ſtimare. Quapropter externa fœdera noctu atq;

interdiu ſomniabat: quod vtinam non feciſſet. Nam cum Romani omnes improbantur, Roma- na res laborare cœpit, & in extremum diſcri- men eſt adducta: vt poſt explicabitur. Ceterum legatione tam cupidè accepta, Maſſage- tæ amplius decies mille cum vxoribus & liberis adueniunt. Cum autem eis & pecunia & equi & arma danda eſſent: ea partim ex Impera- torio ſiſco dabantur, partim de militari arario, partim de publico & priuato. Hinc multi & alij poſt alios abibant, qui tributa de prouincijs col- ligerent, eaque publicani augebant: omnia arma, omnes equi cogebantur: perquirebantur pagi, vrbes, ædes procerum, ædes militum, mona- ſteria, populi, theatra, fora, & omnes dabant equos & pecunias inuiri & lamentantes, non vò tis & bonis ominibus, ſed lacrymis & diris no- num exercitum proſequentes. Sed cum ex Euro- pa in Aſiam cum Michael Imperatore tranſi- ſſent, circa Magnetiæ caſtra poſuerunt. Turci verò initio, vt ſolent, in montes & faltes ſe rece- perunt, vt inde præſidijs locorum tuti, copias ho- rum quantæ & quales eſſent ſpecularentur, & an militarem in caſtris diſciplinam obſeruarent, in- telligerent. Norant enim, multa vana nunciari, & ſupra veri fidem res amplificari: Itaque circū ſpiciebant, verumne eſſet quod ferebatur, non poſſe illos inuadi: an verò dolis & inſidijs Perſi- cis circumueniendi, & in fugam coniciendi eſ- ſent. Tum autem, eos nullo ordine crebro, præ- datum exire (Romanos enim agros magis popu- labantur, quàm ſi aperti eſſent hoſtes) bellicoſiſ- ſimi Turcorum conſueto ordine & diſciplina mi- litari de montibus deſcendunt, initio paululum, deinde longius, ac ſubinde maiore & conſiden- tiore cum impetu: nec obſcurum erat, eos caſtra Imperatoris circumdaturos. Verum noſtri ne pri- ma quidem hoſtium aggreſſione tolerata, pau- latim pedem referendo diſceſſerunt, Barbaris ponè ſequentibus, & caſtra in proximo conſti- tuentibus. Noſtri enim quàm multi eſſent, Bar- bari non videbant: ſed idem illis accidebat quòd ebriis, qui cerebro vaporibus repleto, alia pro aliis inuidentes, hallucinantur. Exercitus enim quò iniuria & audacia antecedit, plerumque cladem & interitum ominatur: & priuſquam hoſtes ir- ruant, ipſi ſua timiditate euertuntur, ipſique ſibi hoſtes ſunt: diuina vindicta eum exitum decer- nente, quem facta illorum meruerunt. Neque enim probabile erat, rem bene geſturos eſſe eos, qui lacrymas & execrationes pro viatico ſecum abſtuliffent. Ceterum Imperator Maſſagetas ſu- giſſe cernens, quòd cum paucis reſiſtere Barbaris non poterat, in muniſſimum caſtellum Magneti- am, calamitatis exitum præſtolaturus, ſeſe con- tulit. At Maſſageta vſque ad Hellespontum Chri- ſtianorum agros populantes deſcenderunt, atque inde in Europam traiciunt, non aliter quàm ſi ea de cauſa duntaxat de Scythia accerſiti eſſent, vt Turcis maturius viam ad mare monſtrarent. Nec enim multi dies interceſſerunt, cum Impe- ratore Byzantium reuerſo, Barbari deſcenderunt, ſerè omnibus ad oram vſque Leſbiam occupa- ris, Hoc tempore bellum etiam inter Genueſes & Venetos exarſit: cum quidem Veneti multis nauibus & pecunijs amiſſis, & alijs alibi victi, tandem

Exactio propter Maſſage- tas.

Turci hoſtiū diſciplinam militari obſeruant.

Turci Maſſage- tas ſu- gant.

Impius exer- citus.

Maſſageta pro hoſtibus ſe gerunt.

Genueſium & Venetorum bellum.

tandem x x nauibus instructis, eos Genueses qui eregione Constantinopolis habitant, sunt a-

Veneri Andronico illud.

Classis de-structio Romani exiij causa.

insulis prædas ageret: nec cumulandis opibus contenti, viros etiam in altum sublatis, ante palatij muros flagellarent, vt cuiusque cognati spectantes illud, captiuos magno precio redimeret.

DE PATRIARCHÆ Ioannis e solio descensu.

Ioannes autem patriarcha, cum ob inscitiam & simplicitatem contemni cereret, & manifestis interdum conuiciis à pontificibus inces-

NICEPHORI GREGORÆ HISTORIÆ ROMANÆ liber septimus.

CAPITA LIBRI VII.

- Romanorum in Asia provincialium amissio. Vt Asiam Turci partiti sint. Alter Athanasi ascensus. De siculo bello Italico Romanorum. De Carolanorum legatione ad Imperatorem missa, quorum princeps fuit Ronzerius. De cladiibus quas Catalani Romanis dederunt. De discessu Catalanorum à Philadelphia. De cade Ronzerij Casaris, Catalanorum principis. De Catalanorum defectione. De Turcorum auxiliis, que ad Catalanos ex Asia in Europam transferunt. De pugna Michaelis Imperatoris cum Catalanis, in Apris. De intestino Catalanorum bello. De Imperatrice Irene, & alienatione ab Imperatore. Memorabilis narratio. Rursus de Catalanis. De dissidio Catalanorum & Turcorum. De Catalanis solis. De Bœotica Catalanorum pugna. De duabus Turcorum factionibus. Michaelis à Macedonia cum tribus millibus Turcorum transitus. Michaelis Imperatoris pugna cum Turcis ad Chersonesum. Athanasi e patriarchico solio descensus. De patriarcha Niphone. De Turcis Thraciam populantibus. Pugna Romanorum cum Turcis, & strages Turcorum. Preparatio ad mania Turcorum oppugnanda. De Turcis prorsus victis & captis. Niphonis e patriarchico solio descensus. De patriarcha Ioanne Glyce. De magno Logerbeta Metochite. Irene Imperatricis obitus. De Imperatoris disceptatione & sententia. De area statua in columna ante adem S. Sophie. Dimensio statua, & equi eius. De oraculo in Adriano politano palatio reperto.

Sub

Vb hoc tempus in Oriente maximæ calamitatum & turbulentissimæ tempestates extiterūt. Nam cum nulli libi Romanorum exercitus essent, Turcorum sarapæ coniunctis viribus incursarunt omnia vsque ad mare quodlibet, & ad ipsas Ægas commigrarunt. Maximam partem virorum simul, & mulierum, item infantes, iumenta, opes, Turci recens occuparunt. Qui verò clam euas-

Carmam Aljinius.

Sarchanes.

Calames. Cerasius. Atman. Amuridae.

Athanasius ob predicationem in patriarchatum restituitur.

ALTER ATHANASII ascensus in patriarchicum thronum.

Is ita gestis, septimo die Athanasius in patriarchicum solium redit. Tum autem in urbem venit Ægyptiacæ Alexandria patriarcha, vir grauis, prudens & honestus: quas ob res Imperator eum reuerebatur & diligebat. Is cum vi-

Alexandri patriarcha scomma in Athanasium.

deret, quanti Athanasium Andronicus faceret, quantopere nomen eius admiraretur, ad eum D. Chrysofostomo compararet: festiuè admodum magniloquentiam & ostentationem eius taxauit, his verbis: Erat, inquit, furor quidam, qui selem albam habebat, vnum quotidie murem domi capientem, quæ aliquando in medium vas, quo coria tingi soleat, delapsa, & vix eluctata, tota nigra euasit. Proinde mures, eam monastico habitu sumpto carnibus deinceps abstinere velle rati, sine vilo metu vagantes, coria roferunt. Illa verò tantam multitudinem conspicata, capere omnes, quamuis aueret, haudquaquam poterat, duos tamen comprehensos deuorauit. Reliqui omnes fuga salutem quæsuerunt, admirantes, quo pacto sumpto monastico habitu crudelior euasisset. Vereor igitur, inquit, ne & Athanasius hic, iam prædictionis præmium sedem patriarchicam consecutus, priorem asperitatem posteriori delectat, propter istam de se opinionem. His temporibus Carolus Italia, & Theodoricus Sicilia rex, bellum inter se gesserunt. Est autem Sicilia magna & populosa insula, miliaribus non amplius triginta à continete distans: si quis fretū quod inter Scyllæum Italia & Messanam Siciliae maritimam urbem interfuit, metiatur, Carolus igitur, qui longo tempore Sicilia potiri cupiebat, & id consilium animo agitabat, clam naues ædificat: cæteraque ad bellum tam mari quam terra gerendum necessaria, pro virili comparat. Tandem cum inimicitia erupissent, Carolus Theodorico imparato adhuc formidabilis erat, sumque grauitate infestabat, è continete subinde in insulam traiciendo, cum omni & perditatu & equitatu suo, itaque per biennium agris vastatis, hyeme domum se recipiebat, verno autem tempore cum maioribus copiis reuertebatur.

Felles mona-cha.

Caroli & Theodori Siculi bellum.

DE RONZERIO CAESARE.

Vm quoque Latinus quidam Ronzerius nomine, ex inferiore Iberia, & vteriore Gallia, quæ ab Alpibus magis versus Occidentem vergit, collecto exercitu sordidorum hominum, bellis & marinis & terrestribus affuetorū, & quatuor triremibus completis, piraticam, cuius erat omnium qui vnquam fuerunt peritissimus, imponebat. Non enim naues onerarias tantum, quæ à Septentrione & Austro ascenderent & descenderent, inuadebat: sed magnas etiam instillas incursionibus vexabat, & mare inferum infestum reddebat. Cum igitur Sicilia tam ab omni parte Caroli exercitibus interclusa, Theodoricus externa auxilia petere cogeret: Ronzeriū hunc accersit, hortatus, vt etiam alios vndecun- que ad mille fortissimos equites conducatur, vt valida pugna cum Carolo committi posset. Qui cum mille pedites, totidemque equites adduxisset: omnes Siculæ vrbes, quas Carolus subegerat instar tesseræ, ad Theodoricum redierunt, alienū ferre iugum haud assuetæ: quod Carolus ægerimè tulit, quodam quasi furore percitus, quodd diuturnæ spei iam penè compos factus, omnem laborum suorum fructum in ipso portu effusum cernebat. Igitur exente vere cum magnis copiis aduenat: sed cum Theodorico iam & numero

Ronzerius Carolum Sicilia exigit.

& vii

Affinitas
de bello.

Catelanis ab
Andronico
conducuntur.

Amagabari

Catelanorum
insolentia.

Turci à Ca-
telanis prossi-
guntur.

Theoleptus
episcopus.

Fatalis in-
curia.

& vi militum firmiore congressus, aliter, quam volebat, discessit. Eo anno sic exacto, sub veris initium totam Italiam (vt ita dicam) Carolus in Siciliam traducit: vt summum fastigium & manū vltimam diurnis bellis imponeret. Sed denuò longè pluribus amissis, victus domum, & multiplici mœrore confectus, rediit. Desperatis ergo rebus, legatos ad Theodorium de pace & affinitate inter liberos iungenda mittit. Quæ cum vtrinque placuissent, armisque positis reges pacè agitarent: Theodorici auxiliis deliberandum esse visum est, quo conuersi rebus suis consulereut. Neque enim aedes illis aut certæ possessiones erant, in quas se recipereut: sed alius aliunde, & multi multis è locis, pauperes & nudi, propter latrocinij emolumenta confluerant, incertis sedibus in mari oberrantes. Eorū igitur duci Ronzerio placuit, Imperatori Andronico per legatos auxilia contra Turcos offerre. Quæ cōditio cum valde ei placuisset, è Sicilia Byzantium proficiscitur cum suis: quorum mille Catelanos nominabat, quod plerique ab illis oriundi essent: alteros mille Amagabaros, sic enim Latini pedites vocant. Stratum igitur cum venisset, Imperator eū, Maria nepte sua, Afanis filia, desponsa, magni Ducis dignitate ornat. Sed cum paulo post alius etiam Catelanus Piringerius Tenza à Ronzerio accessit: aduenisset: huic Cæsaris, illi magni Ducis titulum decernit. Impensæ verò in eorum vestimenta & donatiua, & annua stipendia, tantæ factæ sunt, vt breui tempore fiscus exhauriretur. Sed cum in Asiam traiciendum esset, & cum hoste pugnandum, quid dicam quantas in transitu Romanis clades, qui in opidula maritima conflagrant, importarint? Viris enim & mulieribus pro mancipiis sunt abusi, eorum verò rem familiarem omnem pro sua consumpserunt: & (vt fieri solet) in itinere multas execrationes ex imo pectoris profectas, cum lachrymis miserorum quos læserant, collegerunt. Et hæc primo anno acta sunt. Instante autem vere ad Philadelphiam diurna obsidione liberandam abierunt, quæ geminis malis premebatur: foris hostili metu, intus hoste multo grauiore, penuria cibariorum & fame. Ac id quidem munus pulcherrimè & fortissimè administrarunt, Deo adiuvante, propter insignem virtutem episcopi vrbis Theolepti, diuini viri. Nam cum Turci Latinorum disciplinam militarem, armorumque splendorem, & ferocem impetum vidissent: metu perterriti, non modò procul ab vrbe, sed penè vltra veteres Romanorum fines fugerunt. Tantus enim & talis erat ille exercitus, itaque & armis & rei militaris vsu & militum numero instructus, (vnà enim militabant non modò Romani lectissimi, sed & omnis Alanorum exercitus) vt haud abs re conspectu illius hostes percellerentur: multique dicerent, Nisi merus Imperatoris, qui longius eos progredi vetuerat, obstitisset, nihil fuisse prohibiturū, quo minus omnes Romanas & vrbes & provincias breui recuperassent. Sed ea loquebantur homines, qui præsentia tantum considerabant, neque quicquam altius animo complecti poterat. Diuinum enim iudicium illud erat, olim firmatum, vt Romanum imperium extremis calamitatibus affligeretur. Quapropter arcanis

Providentiæ rationibus, plurimæ res vtilia consilia impedire in magno eorum quæ obessent concursu videbatur. Sed illud quidem sub finem veris facile cōfecerunt. Cum autem sine viæ duobus progredi non possent, (videbant enim expeditionem illam, nemine viam monstrante, sine multis cadibus confici minimè posse: neque verò is erat Ronzerius, qui multis bellis magna prudentia parta, magnum, discrimen temerè adiret) reuersi ac dissipati abierunt Romani domū, eodémque modo Alani: Latini verò cum Ronzerio Cæsare reliquas miseris Romanis vrbes peruagati, miserimè tractarunt, hostili impetu in eos, à quibus accessit fuerant, conuerso: causam afferentes, quod constitutum ab Imperatore stipendium non accepissent: ac necessariò se illorum opibus sustentari, qui se accessissent, & pacis ac conuentis non steterissent. Itaque bona miserorum Romanorum omnia diripi, virgines & matronas stuprari, senes & sacerdotes in vinculis duci, & ad cætera supplicia rapi cerneret, quæ noua subinde in miseris immanissima Latinorū manus excogitabat: imminetent ceruici securum, vt iam iam morituri, videbant, nisi abditam pecuniam ostendissent. Qui omnia proferebant, leberide nudiores abibant: qui nihil quo se redimerent habebat extremis corporum mutilati, miserabile in visis spectaculum iacebant, frustum panis aut obolum mendicantes: nihil subsidij, præter vocem & lachrymarum riuos, reliquum cum haberent. Quæ Imperatori haudquaquam ferenda esse visum est, Romanas provincias longè atrocius belli malis affligentia: & simul Deum etiam ad iram conciantia, contra eos qui peregrè vlci accessissent. neque tamen eorum iniurias vlci promptum erat, cum longa inopia Imperatorias legiones derideret. Augustus igitur rebus cum solerti auxilio esset opus, in Thraciam Ronzerius Cæsar omnem Latinum exercitum secum adducit. Nihil enim Asianis Romanis erat reliquum vel pecuniæ, vel rerum aliarum, quibus carnificum ventres alerentur. Ac visum illi est, cæteris Calliupoli relictis, cum ducentis ad Michaellem Imperatorem, Orestiade in Thracia cum exercitu rum degentem, abire, vt & constituta stipendia postularerit: & si esset opus, minis extorqueret.

DE CAEDE CAESARIS
Ronzerij, Catelanorum Ducis.

QVo facto, Imperatore ad maiorem iracundiam inflammato, qua prius etiam contra illum exarserat, multi milites strictis ensibus circumdatum iuxta regiam interficiunt, vnàque aliquot eius comites. Nam maior eorum pars periculum euasit: qui continentem cursu Latinis Calliupoli agentibus, quid actum esset nunciarunt. At Romani milites hoc facto putarunt se fregisse Latinorum animos, & factum compressisse, atque id effecisse vt Romanis posthac & animis & corporibus vltro tanquam mancipia obnoxij essent, aut quæ venissent inuiti reuertentur. Verum huiusmodi cogitationes humilis sunt ingenij, & prorsus inanes: non intelligentis, Providentiæ ea quæ gerantur esse curæ, & cuiusque rei exitum ab antegressis pendere causis: quas nos quidem

Catelanis
stipendij nō
soluit, se pro
hostibus ge-
ruit.

Non nihil
inuitis fas
quoniam
fidere fati.

quidem molestiæ vitandæ causa quæ inde existit libenter obliuiscimur, vindicta verò suis pugillaribus inscriptas custodit: vt quemadmodum quifque sementem fecerit, ita & suo tempore metat. Nam iplo euentu homo doceri queat: itis quæ diuinitus non prosperentur, & terram & mare & ærem aduersari: tanquam fugitium Dei & iusticiæ violatorem fortiter vlci sententia. Qui vbi sese cognorit, ipse sibi præcipere queat: non refragan dum esse late diuinitus sententiæ, qualis eacūque fuerit: neque violenter quicquam agendum, sed sua forte acquiescenti fallendum tēpus, ac factum adiutandum, potius quam impediendum, licet aliter agar nos quam vellemus. Longè sanè præstat quietum obsequi fato, quam illi frustra nitēdo veluti materiam præbere. Quod perinde fuerit, ac si qui flammæ impetum reformidans, aedes vndique circumdantis, non omni studio ne longius vegetur obster aut prorsus eam restinguere conetur: sed sarmentorum fasciculos congerat, & multum olei affundat, aut, si quis vehemēti spirante Borea, & crebros fluctus excitante, nauicula exigua æstuantis pelago se committat vltro. ea enim esse eiusmodi, vt aspectum minimè iucundum præbeant: sed vnum ex infestis istis rebus, si accesseris, interitū afferre. Hæc ita se habere, si nulla vetus memoria repetatur, vel ea quæ his temporibus acciderunt, abundè comprobēt. Nam cum Romani nihil quod ad rem bene gerendam pertineret omisissent, aduersationes maximas fortunæ iust experti. Romanorum enim duces, cum iniustus de causis in suspitionem venissent, partim in vinculis, partim Imperatori inuisti erant. Vnde cum externa venissent auxilia, primū Massagetarum, deinde Latinorum: ab iis longè maior quam à manifestis hostibus pernicies Romanis est exorta (vt nos iam è multis pauca libauimus euidentiæ diuinæ indignationis argumenta, si quis ea ritè & absque affectu expendat) & mediocri non mediocrium delictorum castigatio. Quorum multo clarius testimonium est Ronzerij cædes, à Romanis ideo perpetrata, quod eius accessit poenitebat: eoque è medio sublato, res perditas in integrum restitutum iri sperabant: qui, vt progressu orationis dicemus, longè maiorum & grauiorum malorum causa fuit. Ita cum diuina Providentiæ consiliis & actionibus humanis non suffragatur, malo & infelici exitu ea terminantur. nam & prudentem consiliū, & virum fortem virtus destituit, & in contrarium conuertitur. Sed ad institutum redeundum est.

DE CAELANORVM
defectione.

Latini, qui Calliupoli erant, audita cæde Cæsaris, primū omnes oppidanos occiderunt: & mœnibus egregiè munitis, tutissimum receptum habuerunt. Deinde suis militibus in duas partes diuisis, vna parte triremes suas, quæ octo erant, compleuerunt, eisque nauarchum Piringerium Tenzam præfecerunt, vt ex insidiis accedentes & recedentes Romanorum onerarias in Hellepontu angustis exceptarent: altera inductis armis, prædatum in Thraciæ perniciem exi-

uerunt, noctu atque interdiu vastando. Ac Piringerius Tenza cum sua classe, prouidentia numeris exiguo tempore summum discrimen adiit. Nam cum imprudentes in xvi Genuenses naues, metu piratarum egregiè armatas, incidissent: partim demersi, partim cæsi sunt. Nauarchus verò Piringerius cum multis suorum caprus, suis venditur. Verum Catelanis ad eò subito & classe, & magna parte suorum amissa, imminuta audacia, complures dies incerti euentus metu trepidè sese intra mœnia continuerunt. Nam & Massagetarum, quorum inimicitias in Asiana militia paruis de causis susceperant, occisus etiam eorum compluribus: & Thracios milites, quorum agros & aedes paulo antè crebris incendiis impune vastassent, nec vllam sibi veniæ spem reliquissent, haud mediocriter pertimescebant. Quare se, nec si vellent, Imperatoris pacem citra periculum expedituros. Illud autem terrorem eis maximum incutiebat, quod Imperator Michael ipsos oppugnaturus, cum magnis copiis expectabatur. Igitur profunda fossa circum urbem, ex præda commeatu probe instructam, ducta, extructoque vallo, ad obsidionem sese parabant. Sed cum tempus rere-retur, & Imperatoris aduentus differretur, ad alia consilia se conuertunt. In eas enim angustias redacti, vt nec peregrè vsquam securi viuere possent, sed vndique vario periculorum terrore vigerentur: malitioso & Romanis pernicioso consilio, per legatos turcarum in aduerso litore habitantium opem implorant: & cum ipsi ter mille essent, quingentos ab illis accipiunt. nec multo post, multi etiam transfuga se ad illos contulerunt: cum quibus egressi, finitimos agros infestabant, & omnia armenta, eorum & bouum & ouium greges vnà cum agri colis colligebant. Quæ cum nec Romani, nec eorum Imperatores ferre diutius possent, vtrique bello sese parant.

DE PUGNA IMPERATORIS
cum Catelanis, in Apris
commissa.

CATELANIS igitur & Turcis circa duo Cappidula, Cypfella & Apros versantibus, Imperator Michael cum Thraciis & Macedonicis, non Massagetarum copiis & Turcopulorum phalangibus ad Apros castrametatur. Erant autem illi Turcopuli mille, qui Sulthanum Azatinem ad Romanos, vt antè diximus, profugum secuti erant: sed cum illo ab Europæis Scythiis, vt explicatum est, abducto, non abierant: sed Romanorum consuetudinem vnà cum religione & sacro baptisate amplexi, inter Romanos milites numerabantur. Cum haud multis diebus elapsis, speculatores hostium aduentum nunciarent: Imperator exercitum in armis esse, & duces ac tribunos & centuriones aciem instruere iussit. Qui cum hostilem aciem tripartitò distributam viderent, idem & ipsi imitati, Turcopulos cum Messagetis in sinistro, Macedonicos & Thracios delectos equites in dextro cornu collocarunt, reliquis cum peditatu in medio constitutis. Imperator verò circum ordines obequitans, suos ad fortiter pu-

Piringerius
à Genuensibus
capiunt.

Catelanorum
trepidatio.

grandum cohortabatur. Otto sole, hostes ex aduerso consistunt: Turcis in vitroque cornu collocatis, CateLANIS medium ob armorum grauitatem obtinentibus. Enimuerd Massagetar, qui iam olim defectionem parturiebant, quod Romanoru moribus haud delectarentur, & iam occulte ab Europais Scythis inuitabantur, doli pugna illa subito aperuerunt. Nam cum signa vtrinq; cecinissent, statim inclinati secesserunt, nec Romanos adiuuantes, nec in hostem pugnantes. Idem & Turcopuli fecerunt, siue ex composito, siue consilio proditoris ex tempore capto. id quod Romanos in ipso discrimine ad extremum afflixit, & hostibus sine labore victoriam peperit. Nam ea plaga praeter omnem expectationem accepta, aciem ita perturbauit, tantumque militibus terrorem intulit: quantum vohemens Aquilonaui oneraria, in medio pelago, cōfractis rudentibus & velis, iam submergenda. Imperator autē cum acie subito turbari vidisset, & maximā partē fugam spectare, celeriter circumuectus, duces, tribunos, centuriones nominatim cum lachrymis inclamat, hortaturque ut stent, nec ita temerē fortunas Romanorum prodant. At illis parum eius verba curantibus, & continenter fugientibus in tanta rerum desperatione cum partē perditam maximam caedi & cōcalari crudeliter videret, tempus esse statuit, quo pro subditis salutē sua neglecta manifestum periculū adiret, exercitū perfidiae testem, & ad suos cōuersus, qui perpauci erāt: Nunc, inquit, viri, tempus illud est, quo mors vita potior habeatur, & vita morte acerbior. His dictis, & diuina ope implorata, imperū in hostem facit: & nonnullis propugnatoribus occisis, perruptaque phalange, ipse multis vnā cū equo telis confixus, nec tamen vulneratus, equo collapsio parum abfuit quin ab hostibus circumdaretur: idque factū esset, nisi quidam de satellitibus vitā Imperatoris suā pralata, equū illi suū dedisset, quo impendens periculum fuga euitauit, Didymotichū ingressus: ibique à patre prolixē oburgatus, quōd Imperator, non pro Imperij dignitate se gessisset, suā vita cōtemptra, quam velut vltro in tale discrimen coniecisset. Alter verō ab hostibus conculcatus occubuit. Inde hostes ad persequendos eos qui fugerant cōuersi, alios occiderunt, alios cepērunt: donec superuentu noctis fatigati, à persecutione destiterunt. Manē cadaveribus spoliatis, diuisisque manubiis, Thracios pagos impunē incurfabant, atque vrebant. Non multis diebus post, Turcopuli, quos diximus, ad CateLANOS deficiunt: cupidēque accepti, in Chalelis turmam, popularium suorum ducis, referuntur.

Massagetarū & Turcopulorū instans pugna secesserunt.

Fuga & caedes Romanorum.

Michael imperator tempore in hostes inuictus, vitam euadit.

Turci ad CateLANOS deficiunt.

DE INTESTINO CATELANORUM DUCUM BELLO.

Recasforta.

Peringerij caedes, Pharenza Zymes.

Non ita multo post accidit, ut Pharenza Zymes, & Peringerius Tenza, cum Recasforta duce suo grauitate dissiderent: indignū esse dicentes, se claris ortos natalibus, homini ignobili & sordidat fortunae parere. Ne autem longum faciam, discepratione litis armis permitta, Peringerius Tenza in pugna cadit: Pharenza autem Zymes ad Imperatorem Andronicū fugit, & praeter

spem splendide excipitur, ut ei Magni Ducis titulus decerneretur, & Theodora neptis Imperatoris, vidua desponderetur. Ceterum cum Massagetar elandestinas pactiones ad Scythas antemississent, se cum omni familia ad eos remigraturos pollicentes: vbi iam vxores & liberos ad se recepissent, Turcopuli vnuerſi in eos Haemum transuros (qui limes est Romani & Bulgarici Imperij) vnā cum magna CateLANORUM manu, circa radices montis facto impetu, paucis exceptis, funditus deleuerunt. Nam cum longo tempore Massagetarum commilitones fuissent, & in partitione manubarum haud paucis diffidiis ortis, semper deteriore partem acceperunt, nec se vlcisci (quippe imbecilliores) possent: occasionem expectarunt, ita dissimulata, quam nunc feliciter in illorum perniciem effuderunt. Atque haec haecenus.

Massagetae à Turcis caeduntur.

DE IMPERATRICE

Irene.

AT Irene, Imperatoris Andronici vxor ambitioso ingenio mulier, suos liberos & posteros per multas aetates Imperij Romani succedere tenere, & immortalem sui memoria in posterorum nominibus permanere cupiebat: & quod insolentius erat, non ratione monarchiae, ut Romanis ab antiqua memoria reponitur fuit, sed Latino more, quique filio suas prouincias & vrbes assignare, quae à patribus more plebeio ad filios & nepotes descenderent. Nam cum Latina stirpe orta esset, nouum etiam hunc morem, ab illis acceptum, ad Romanos transferre instituebat. Maximè autem ad eum conatum nouercali odio Michaelis Imperatoris impellebatur, ex Hungariae regina procreati. Supra enim diximus, Imperatorem ex ea suscepisse Michaelē Imperatorem, & Constantinum Despotam. Ex Irene verò hac Longobardica, filiam vnā Simonidē, quam antē diximus Crali Seruiae regulo nuptum esse missam: filios verò tres, Ioannem, Theodorum, Demetrium, quos illa omnes designare Imperatores studebat: qui secundum quidem locum à priuigno Michaelē, tum dignitatis, tum distributionis Imperij tenerent: sed sui tamen iuris essent, & ipsi rerum suarum potirentur, nec vlli parerent. Cuiusmodi maritum intueretur, quippe à quo plus quam coniugali amore diligeretur, se voti compotem futuram sperabat: eique clam noctu atque interdum instabat, alterutrum consecutura: ut vel Michaeli abrogaretur Imperium, idque inter suos filios diuideretur: vel hos illi participes & confortes Imperij redderet. Respondente autem Imperatore, ista ob vtilissima Romanorum instituta nequaquam posse fieri: illa ita inflammabatur: & variis erga maritum gestus pra se ferebat, nunc mœrens, seque morituram dicens, nisi filios viua Imperatoris insignibus ornatos cerneret: nunc cum fastu & deliciis marito obsequens, & veluti venalem sui copiam faciens, si consilium suum de filiis ratum faceret. Quae cum saepe, nemine alio consilio, fierent: ab Imperatore perpetuò ferri non poterant. Itaque ardor ille amoris

Andronicus progenies.

Andronicus muliercula importunitatem perosus eam à se abire sinis.

Irene Thesalonica abiit, & maritum tradidit.

Andronicus lenitas erga Irenem.

Atheniensis dux Irenos petitionem repudiat.

Spinula socr Theodori Palaeologi.

ris iam paulatim languescebat: & acris cōtentio, sed plerisque ignota, succedebat. Tandem etiam eiuſdem lecti societatem perosus est. Proinde mulier praeter expectationē spe sua frustrata, hostili in maritum odio exarsit, vlcisci quidem, illū cupiens: sed cum id non posset, Thesalonica abiit, Imperatore non admodum volente: quippe qui vereretur, ne domestica incommoda vulgò innotescerēt. Illa verò ut maiore probro Imperatorē afficeret, & publica & occulta Imperatoris crimina traducebat: id solum cauens, ne in publico & pro concione illa referret: auribus verò & virorum & mulierum, quibus fidebat, sine vlla verecundia illa insulurabat, cum aliqui magnam grauitatem simularet. Indignabatur, insaniebat, lenitatem illius despiciebat, neque Deum timēs, neque homines verens, multa naturae & coniugis & suae arcana audax atque impudens mulier retegebat, quae vel impudicissimum scortum sine rubore haud diceret. Nunc apud alios atque alios monachos pro libidine sua maritum accusabat: nunc apud nobiles matronas, à quibus adibat, eadem & plura recensebat. Nunc ad Cralem Seruiae regulum, generum suum, ea scribebat, quae vel dicere nefas est, quauis ratione dignitatem & modestiam suam asserendo, maritum verò omnibus contumeliis afficiendo. Nihil enim concitatus est muliebri animo, nihil aequè proprium ad probabiles calumnias struendas, & sua mala in insontes cōferenda. Cum inuisa est mulier, se odisse ait: cum amat, amari: cum furatur, se copulari queritur: ac expecti quidem se profiteretur, sed ea esse modestia ut amatorem execretur. & huiusmodi rebus gloriari & superbiere non dubitat, nihil verita ne coarguatur: sed cū talia facile exagitari posse, & iucunda petulantium hominum auribus esse norit, tintinabulo sonantiorē linguam exerit, audacterque peierat, caelumque terrae miscet, quōd si nobilitate & potentia eminet, quae quouis modo cognitioni veritatis obstant, tum propitio Deo est opus, & magno mari ad eluendas contumelias & calumnias ei misero, contra quem improba linguam suam exacuit. At Imperator, miti vir ingenio, alioqui cum linguā ipsius, tum verò illud etiam metuens, ne generum suum Seruiae principem Cralem ad bellum Romanis inferendum concitaret: quouis modo illam placabat, & postulationibus eius tum publicis tum priuatis de rebus locum dabat: & plus ei potestatis impertiebat, quam dominæ conueniret, ut offensa quae intercesserat, laterent. Illa verò cum ea quae sola pro filiis contra officium petierat, desperasset, quicquid ad priuatam suam potentiam spectaret, meditabatur. Cum igitur audiuisset, ducem Atheniensem habere filiam virginē: per legatos petit, ut ea filio suo Theodoro despondeatur, iis conditionibus, ut ipsa hinc, ille inde Pelasgorum & Thesalorum principi bellū inferrent: nec prius desisterent, quam eum profligassent, eiusque ditionem Theodoro filio ipsius traderent, ut priuatum & perpetuum principatū haberet. Sed ea spe frustrata, illum cum pecunia maxima in patriam suam Longobardiam mittit, ut filiam Spinula cuiusdam, non magnae auctoritatis aut nobilitatis viri, vxorem duceret. Latinis enim nobilibus haud ferè studio est, cū Romanis

imò ne cum ipsis quidem Imperatoribus iungere affinitates. Nam nec ipsa, si illustri genere nata fuisset, Romano facile inuipisset. Erat enim de Marchionum familia oriunda, qui non clari sunt apud Latinos: sed cum dignitatis gradū tenent, quem apud Romanos is qui vexillum Imperatorum gestat. Ut autem dilucidiora fiant ea quae narranda restant, pluribus est agendum. Cum summa rerum ad Romanos deuolueretur, potentia vrbes ipsos propè caelos attingebat. Eorum enim Consules & Dictatores alij Africam & Libyam, alij Gallias & Hispanias, alij pleraeque Asiae & Europae prouincias subegerunt, vsque ad Tanaim & Gades. Ac tum seruilis cōditione alij aliunde Romam indies confluebant, Duces, Satrapae, Reges, principes vrbiū & prouinciarum: alij ut Caesaribus & Augustis innotescerent, alij ut dignitatis locum aliquem in Caesareo senatu impetrarent. Accedebant & alij viri clari & nobiles, ut honoris causa ciuiū Romanorum ius & nomen consequerentur: quem admodum Iosephus Hebraeus Flauij, & Ptolemæus praestantissimus astronomus Claudij pranomē hac ratione assumpserunt. Ac olim principes Parthici, Persici, & alij vndeunque orti, alij aliis nominibus appellati sunt: Magni autem Constantini temporibus Rossicus locum & dignitatem dapperi: Peloponesiacus, Principis: Atticae & Aethiarum, Magni Ducis, Bæotiae & Thebarum, Magni Primicerij: magna verò insula Siciliae, Regis: alij denique alia nomina obtinuerunt. Quorum enim ea singula recedere attinet, quorū memoriam tempus obruit, atque alia proflus texit & aboleuit, alia nec coniecturis indaganda reliquit: Neque enim eadem illorū ratio fuit olim, quae nunc apud quosque est: sed velut illa dignitatum nomina ad posteros propagare licitū fuit, sic etiam sunt quae licet vetustate nonnihil corrupta tamen obscurè veritatem subindicet. Nam Bæotiae Thebarum principem pro Magno Primicerio Megan Kyriō nunc appellant, à prima syllaba occasione sumpta: Atticē itē & Athenarum Ducem: pro Magno duce, nunc Ducē vocat. Ut autem ad propositum reuertamur, illis temporibus etiam prouincia illius Dux Marchionis dignitatem obtinuit, exiguam sanè, & prouinciae parem. Sita autem est ea prouincia intra Alpes & inferiorem Iberiam, quae Marchioni obtigit: perpetuo munere attributo, ut nouo Imperatori vexillum praferat. Sed illuc redeo. Theodorum alterum suum filium Irene Imperatrix sic illuc misit, ne ipse & eius posterī apud Romanos priuigno ipsius Imperatori seruirent. Maluit enim, ut Latinorum ibi religionem coleret, & peregrè minore dignitate esset, quam ut domi illustri inuiso priuigno, eiusque posteritas illius posteritati seruiret: vnā verò etiam aeternos Romanae pecuniae misit. Atque ita incitratam suā cupiditatem, marito aduersata, in vno saltem filio Theodoro Marchione expleuit. Ceterum primum filium Ioannem & ipsum prius studuerat ad externum coniugium ablegare, & maximum sumptus fecit ut eum Aetolorum & Acarnanum & Epiri totius principem efficeret. Sed nullos id cōsiliū successus habuit. Quare cum rem alia via aggredieretur, Imperator conatus illius

Marchionū dignitas.

Dignitatum & insularū mutatio.

Primicerius.

Ioannes Palaeologus.

Nicephori
cuiusdam
filiam dicitur

antevertit, se quoque parentem esse dicens: & præterquam quod non minus quam mater filiū curaret, etiam auctoritate antecellere: nec esse quicquam quod obstatet, quod minus patris voluntas potius quam matris de filio rata haberetur. Erat autem tum procurator negotiorū Imperij vir prudens, & ob industriam & Reipublicæ gerendæ scientiam Imperatori charus, unde & auctoritate & opibus pollebat, Nicephorus Canicij præfectus. Is blâdis sermonibus atque obsequiis, lenitate Imperatoris conciliata, petit & accipit generum filium eius Ioannē, indignante quidem & refragante Imperatrice, sed tamē accipit. Verum affinitatis illius non diuturnum fructū tulit, nec is qui eam iunxerat, nec is cum quo iuncta fuerat. Nam priusquā integri anni quatuor elaberentur, Ioānes matre, socero, vxore superstitibus, Thessalonica orbus liberis decedit. Cum autem etiam hanc Imperatricis spem tempus prorsus absorpsisset, nihil quo se consolaretur reliquum fuit, præter Cralanam filiam, & Demetrium filium. Tantam quidem pecuniam Crali genero partim misit, partim Thessalonica accerito dedit, quanta vel c triremes in perpetuum Romanorum præsidium instrui potuissent. Et quorsum attinet, quæ noua commenta & prius inaudita in tempestiua mulieris ambitio excogitavit, cōmemorare: Nam cum suam filiam Imperatoris insignibus ornare vellet, vt ne quid ei deesset earum rerum, quibus Imperatrices Romanorum institutis ornadas esse visum est, nec aliter vori cōpos fieri posset: calypram preciosis gemmis & margaritis capiti Cralis prius imposuit, Imperatoria non multo inferior: atque inde auspicata, priore subinde preciosiorem quorannis illi misit. Immensa verò precia splendoremque vestium, quibus & generū & filiam donabat, quis enumeret aut Imperatoria ornamenta, quæ Romanis erepta in Cralem Seruium, simul & lenitati Imperatoris illudens, & suam libidinem explens, conferebat? Ea verò erat, fiscum Imperatoriū in liberū suorum, præsertim Cralanæ sinum, exhaurire: de qua nepotes se visuram cum speraret, tempus illud occupans, thesauros illis reponerat, quibus tandem per occasionem, Romanam imbecillitatem inuaderent, & imperium, quod volentibus Romanis non fortiri essent, iisdem inuitis eriperent. Verum non animaduertit, se humana cum animo suo consilia agitasse: Deum verò nūquam in consilium adhibuisse, cuius inimicitias quiuis suscipiat, qui homo cum sit, factu animi conditionis humanæ modum excedit, suorumque consiliorum & actionum exitum & successum ad Deum nō refert. Ecce enim, hæc Imperatrix Irene, magna spe in liberis suis collocata, humana prudentia sine Deo res administrabat, & Romanas opes in Romanorum hostes erogabat. Res autem non ex illius sententiâ succedebant, sed inanes illius conatus arguebant: diuino utique iudicio labefactos. Crales enim quadragenario maior, cum puella octo annos nata congressus, matricem eius læsit, vt foetum nullum edere posset. Igitur inquieta mulier etiā hac spe frustrata, ad aliam se conuertit: & Crali multis atque innumerabilibus donis persuadet, desperato iam de cōiuge hærede, vt alterum de Cralanæ fratribus Tri-

Irenes profu
siones in Cra
lem.

Simonidis v
terus 8. an
nos nata a
marito cor
ruptus.

ballorū principatus hæredem institueret. Hi Demetrius erant & Theodoras Marchio: quorū alter nōdum ex ephebis excesserat, alter in Longobardia iam etiam liberos susceperat: quod a matre, vt generis reliquiæ extarent, missus fuerat. Ac primum Demetrium cum magnis opum deliciis & fastu ad Cralem mittit, qui successor (vt diximus) principatus designaretur: qui quamuis humaniter ab illo susceptus, tamen asperitate loci offensus, diutius ibi manere noluit. Eo igitur mater paulo post reuerso, alterum de Longobardia filium Theodorum Marchionem accersit, qui rasam barbam afferebat: eodēque modo & illū, quod Seruiani principatus successor esset, ablegauit. Cæterū ne hic quidem benignē & ipse acceptus, insolitam loci asperitatem diutius ferre potuit: sed ad salutandam matrem, præter spem omni spe destitutam, reuersus, in Longobardiam ad vxorem suam rediit. Atque hac his temporibus ad hunc modum se habuerūt. Quæ verò consecuta sunt, deinceps exponuntur: nunc ad Catalanos redeundum.

DENVO DE CATELANIS.

Hi enim post Aprinum prælium & victoria, & Turcopulorum (qui à Romanis, vt diximus, ad ipsos defecerant) societate elati, crebris excursionibus & impressionibus omnia & maritima & mediterranea loca vsque ad Maroneam, Rhodopen & Byziam vasta ac deserta reddiderunt. Deinde comæatu destituti, vltierius progredi obuia quæque prædando statuerunt, donec sufficientem & stabilem sedem inuenissent. Itaque montanis Rhodopes ad mare vergentibus superatis, crebrisque spoliis locupletati, impudē progrediuntur. Erat autem Turci pedites & equites amplius bis mille, Catealani amplius quinque milia. Autumno iam ferè medio exacto, sub Arcturi exoritur, comæatum ad hibernandum paraturi, in Macedonicos pagos imperum faciunt: ibique ferè omnibus subactis, onustique præda, iuxta Cassandriam castrametatur: quæ vrbs olim illustris, nunc habitatoribus vacua est. Verum aeger in circuitu illius ad hibernandum aptus, ab errabundo, vt diximus, Catelanorum exercitu occupatur. Est enim promontorium in mare prope dēns, sinibus vtrinque non paruis circumdatū, quibus hyberno tempore copia niuis excutitur. Ineunte vere illinc digressi, Macedonicas vrbes inuadunt, inter quas summa spei erat Thessalonica. Putabant enim, si hac, in primis & ampla, & diuitiis referta, præsertim cum & Imperatrix Irene & regina Maria ibi degerent, potirentur, nihil obstiturum, quin huius vrbs opportunitate vsi, totius Macedoniae dominatum occuparent. Sed Imperator illorum instituto antevertit. In primis enim longum murū ad Christopolin à mari vsque ad vicini montis cacumen extruit, vt locus is se inuito prorsus inaccessus esset iis qui vel de Thracia in Macedonia, vel de Macedonia in Thracia iter haberent. Deinde cum didicisset, primo verè Catelanorum in Macedonia & Macedonicas vrbes impressionē, in expectatione esse: duces rei militaris non imperitos ad eligendos de Macedonia milites ablegauit, qui defendendis contra hostilem obsidionē vrbus parces essent, & iu-

Catealani de
Thracia in
Macedonia
transierunt.

Cassandria.

Catealani
Macedonia
excluduntur.

Christopoli
tanus murus

Præsidia vr
bibus impo
sita.

& iustum de suburbanis locis comæatum in eas comportarent: cæteraque omnia prouiderent, ne oppugnationis tempore intus à fame, grauiore hoste, premerentur. Cæterum hostes vere iam facti, relicta Cassandria, partim proximè Thessalonica subarbia, statiuā habuerūt: partim prædaturum exiuerunt. Sed cum totam prouinciā cultoribus & pecore vacuam, vrbes verò multis armis firmatas cōspexissent: in Thraciam redire statuerūt, neque enim posse frustra ibi desistere. Nam si cōmeatu destituerentur, qui tor equos, tot captiuos adducerent, cum ipsi vix millibus haud pauciores essent: exitium haud dubium à fame imminere. Sed priusquam consilium illud vulgaretur, de captiuo quodam audiunt, viam sibi in Thraciam non patere, propter longum illū murum recēs ad Christopolin extractum. Ea res præter omnem expectationem audita, perculit illos, & cōsiliū prorsus inopes reddidit: cōque redegit, vt quod se verterent nescirent, cum & munitione illa arcerentur: & timerent ne Macedoniae finitimi populi, Illyrij, Triballi, Acarnanes & Thessali, suas quouis irruptiones veriti, & alij alios cohortati, omnes vires coniungerent: atque ipsi circumuēti, spe omni fugæ adempta, funditus delerentur. Quare, vt in necessitatis articulo, consilium furori quā audacia similis ceperunt: vt omni mora sublata, primo quoque tempore vltra progredientes, vel vberitate Thessaliae, vel vltiore aliqua quæ ad Peloponesum vsque sunt, prouincia occupata, diuturnos errores finirent: aut si hoc non successisset, cum aliqua maritima gente factis induciis, liberum in sua reditum haberent. Relicta igitur Thessalonica, tertio die ad Thessalicos montes peruenerunt, Olympum, Olfam, & Pelium: iuxta quos castris positis, & agro vastato, abundè omnia quæ ad sustentandā vitam necessaria sunt, parauerunt. Sed illud penè præterierat, quod, vt hystoriae series seruetur, explicandum est.

Catealani
Thessaliam
petunt.

DE CATELANORVM ET
Turcorum diuisione.

IN Latinorum exercitu etiam Turcorum tria milia fuerunt: quorum mille & centum eos fuisse diximus, qui cum Meleco post Azatinis ad Scythas fugam remanserunt, & sacro baptisate initiati, & in Romanas legiones relati, & liberorum successibus aucti, post, committenda ad Apros pugna, ad Catelanos defecerant. maior verò pars ex Asia cum Chalele, à Catelanis in auxilium euocata erat. Cum autem Catealani Thessaloniam inuasuri essent, Turci tumultuari ceperunt, quod familiaritatem illorum suspectam haberent, nec sibi tutam arbitrantur. Turcorū igitur duces Melecus & Chalel, cum Catelanorum duce congressi, verba fecerunt de pacata discessione. Qui cum postulatis illorū haud cunctanter annuissent (neque enim ipsis iam, cum à Romanis digressi essent, Turcorum auxilia necessaria erant) cupidè discesserunt: & captiuos & omnem prædam, pro ratione & numero vtriusque partis, partiti. Sed res Turcorum pluribus explicanda, nunc differantur.

DE CATELANIS
sua.

Catealani autē, Turcis iam digressis, ad montes Olympum & Olfam, vt diximus hibernabant. Verno autem tempore morium cacumibus & cōuallibus, quæ Tempe vocantur, sumeratis, ante ætatem in Thessalicam planitiē irrumunt. Vbi cum solum bonum & pingue inuenissent, totum ibi annū exegerunt, agris vrendis, & omnibus iis quæ extra mœnia erant vastadis, resistente nemine. Tum enim res Thessalorū infirma erant, ob immaturā principis atarē magnarum rerū imperiti, & diuturno morbo cōsiliantis, & iam iam morituri: cum quidem maiorum successio, & Sebastocratorum principatus in eodesturus esset. Vxorem duxerat paulo antè Irenen, notham Imperatoris Andronici filiam: ex eaque nullum susceperat, cui relinqueret principatum. Ob hæc perturbatus illius regni status fuit, & grauiora timebantur: quod incertum esse, adhuc, quis id occuparet. Proinde cum princeps extremo morbo laboraret, & hostes flammæ instar prouinciā peruagarētur atque absumerēt: procerum Senatus censuit, eos donis illicientes, & ducum voluntates largitionibus redimendas, priusquam illa iure belli raperent: ductoresque promittendos, qui eos in Achaiam & Bœotia, prouinciā amœnam & frugiferam, & ad habitandum aptissimam, perducerent. Quod si auxiliis esset opus, ea quoque alacriter daturos, & per omnem ætatem amicos illorum futuros esse. Hæc Latini etiam audidè acceperunt: quod, si Martis alcem experirentur, & regio vastanda esset, & opes atterēdæ, & ex magna copia magna inopia pertimescenda, quæ res ipsis curæ in primis esset. Deinde penes quem victoria futura esset, præter Deū, prorsum scire neminem. Nam quamuis plerique euentus ab hominibus ex quo sperentur: nihilo tamen minorem illis victoriæ quā sibi spem esse proposita, incerto vtriusque exitu. Nam, & montium faucibus, quibus natura regionem vndique munisset, habitatores tutos & fretos esse, & castella in altis sita mōiibus oppugnari non posse, Quare vtriusque eueniret, ambiguum fore euentum sibi, in alieno solo obrantibus, & tam longè à patria remotis. Absurdissimum igitur fore, cum pecunia dexteris absque labore implere liceret: ea occasione sprete, magna pericula incerta spe subire. His illi rationibus adducti, pacè cum Thessalis, quibus dixi cōditionibus pepigerūt: & veris initio, & ductoribus & pecuniis acceptis, ac montibus qui post Thessaliā sunt, & Thermopylis superatis, iuxta Locridem & Cephissum flumen castra ponunt: qui de monte Parnasso erumpens, & versus ortum profuēs, à Septentrione Locros Opuntios & Epicnemidios, versus Austrum & meridiem mediterranea totius Achaiæ & Bœotia habet: & cum maximus sit, vsque ad Lebadiam & Haliartum indiuisus manet: inde in duos amnes distractus, Aso-po & Ismeno suum nomen commutat: quorum ille Atticam vsque ad mare secat, hic iuxta Aulidem (vbi olim Græcos heroes Troiam perituros appulisse & statiuā habuisse ferunt) Euboicum mare influit. Cum autem Thebarum & Athenarum princeps, & totius tractus illius dominus, quem magnum Primicerium, corrupta verò voce magnum Dominum appellari diximus, hostiū

Catealani
Thessaliam
habitant.

Thessalia
postremus
princeps.

Thessali
Catealani
in
Bœotia
traie
ducunt.

Cephissus
fluvius.

Athenarum
ducis super
bia.

aduentum didicisset, Catelanis transitum perentibus, ut per eius ditionem quod vellent abire liberet, dare noluit: sed non paruo cum fastu & derisu, ut non magnopere curandos contempserit, cum suas vires per autumnum & hyemem vsque ad ver collegisset. Parabant sese & Catelani, ut aut statim morituri, aut victuri cum gloria.

DE BOETICO PRÆLIO.

Cum autem ver superuenisset, Catelani Cephiso superato, circa Boetiam non procul a flumine castris positos, hostem expectabant. Erant autem equites eorum ter mille & quingenti, pedum quatuor millia: in quos multi etiam captiui ob sagittandi peritiam relati erant. Hostium aduentum iamiam expectantes, omnem illam terram arant, ubi pugnam committere decreuerant: deinde obducto vallo, & fossis de fluuio ductis, totam planiciem ita irigant, ut stagnaret, & gressum equorum luti profunditas adeo impediret, ut agere loco moueri possent. Vere medio & regionis princeps cum magno exercitu adest, coacti & electi Atheniensibus, Thebanis, Plataensibus, Locrensisibus, Phocensibus & Megarensibus. Equitum erant sex millia & quadringenti, pedum amplius octo millia: opinio vero & arrogantia principis ingens. Sperabat enim se non Catelanos tantum statim deleturum, sed etiam prouincias & vrbes omnes ordine Byzantium vsque occupaturum. Quod longe aliter euenit. Nam dum suis viribus, & non diuino auxilio rerum exitum metitur, paulo momento risui hostiam exponitur. Nam cum planiciem multo gramine virentem conspexisset, nihil eorum quaerere erant suspicatus, cohortatus suos & vociferans, cum omnibus equitibus contra hostes fertur, qui extra campum immoti in prociuctu stabant, eius imperum expectantes. sed priusquam ad mediam planiciem peruenirent, equi veluti firmis vinculis impediti, madefacta terra ad audaciorum gressum subsidente, partim vnâ cum equitibus in luto volutantur, partim iis excussis temere in campo feruntur, partim pedibus demetis ordine astabant, equites veluti statuas sustinentes. Quibus rebus Catelani animati, omnium reorum genere circumuentos illos omnes inuentione deleuerunt: atque cum equitatu vsque ad Thebas & Athenas fugientes persecuti, ipsas vrbes ex improviso aggressi, cum opibus, vxoribus & liberis facillime ceperunt. Sic velut in alexandro principatu subito potiti Catelani, & diuturnum errorem finiuerunt, & suae ditionis terminos in hunc vsque diem paulatim proferre non desistunt. Atque ita cum Catelanis actum est.

DE TYRCORVM IN DVAS SECTIONS DIVISIONE.

Turci autem cum a Catelanis discessissent, in duas partes diuiduntur, alteri Chalelem, alteri Melecum secuti. Melecus cum suis primùm sacro baptismo initiatus, cum deinde magnis etiam stipendiis ab Imperatore acceptis, & fidem illi datam fregisset, & religionis instituta & leges violasset, & ad Romanorum hostes defecisset: prorsus desperata Romanorum amicitia, ad Cralem Seruati principem, a quo accersebatur, se confer-

Catelanorum mirum serasagem.

Atheniensis ductis arce elades.

Catelanorum Thebis & Athenis potitur.

Melecus cum suis Turcis ad Cralem abiit.

re maluit, quam in conspectum Romanorum venire. Quare m. eius equites & d. pedes Crali omnes equos & arma tradere iussi sunt, & priuatam vitam agere: nec arma nisi belli tempore sumentes, cum & quam multos ipse imperasset, Triballorum exercitum sequi. Chalel vero cum 600 & m. equitibus, & 1000 pedibus in Macedonia substitit, ac duabus conditionibus cum Romanis pacem facere voluit: vt & Christopolitana angustias transire sineretur, & Romanis nauibus cum omnibus quas haberet manubiis per Hellespontium fretum in patriam perduceretur. Imperator hac legatione audita, & quantam Romanis prouinciis perniciem attulissent recordatus, & quamprimùm illos tanquam graue onus excutere cupiens: praestanti duce Senacherib magno Stratopedarcha cum tribus equitum millibus misso, de Macedonia in Thraciam illos vsque ad Hellespontum perduxit. Ibi cum Romani duces & milites multitudinem equorum, pecuniarum & omnis generis manubiarum vidissent, quas & Romanis prouinciis hostes in Asiam transportaturi essent: indignum rati sunt, se volentibus id fieri. Sive igitur Romanorum miseris, siue spe praedae & diuitiarum illecti, ea consilia ceperunt, quae a pactis & conuentis abhorerent, nec nauibus datis quibus transportarentur, & noctu illos aggredi statuerunt. Quod cum Turcos non latuisset, loco murato, ad Romanorum impetum tolerandum se parant: ac potius vicino quodâ castello prope occupato, ad bella & pugnas de loco munitiore gerenda se armabant. Id facinus, Romanorum consilium turbauit, & quam longissimè castra abducere coegit: donec Imperatorem etiam, quid actum esset, certiore reddidissent. Proinde non parua mora intercessit, nescio qua Romanorum principum consuetudine, res quae festinationem postulent, segnitè administrandi. Quae cum Barbaris non negligere liceret, missis nunciis breui tempore magna popularium suorum auxilia accersuerunt. Proinde excurrentes aliis alibi, subitis & inexpectatis excursionibus agros vastabant. Romani autem duces ita se desidere, & prouinciae vastationem cernere, absurdissimè esse iudicabant. Quobrem priusquam hostium audacia cresceret, & Romanorum vires magis attererentur, Imperatorem Michaelem, omnibus copiis coactis, ad castellum oppugnandum, & delendos Barbaros, euocandum esse censuerunt. Quo facto, duces & milites omnes, atque adeo agricolae etiam, cum palis & lignonibus ad Imperatorem conuenerunt. Nec enim tam gerendum bellum, quam ad hostes cum ipso castello euerrendos, accedebant.

DE MICHAELIS IMPERATORIS & TURCORUM PUGNA IN CHERSONESO.

Imperator igitur cum ducibus, milicibus, rusticanaque & circumforanea turba aduentat, qui quidè omnes eum haud inuati sequebantur: cum plerique ex imperitia tantum emolumenta victoriae reputaret, quibus vero ea periculis constant obliuiscerentur. Quantùm autè hostes ad pericula necessaria se confirmabant, quod & in hostili terra conclusi, & numero longè inferiores essent:

Chalel reditum in Asia ab Imperatore imperat.

Romanis Turcis fide frangunt.

Turci castellum occupant, & auxilia accersunt.

Romanorum frustra confidentia.

DE NIPHONE PATRIARCHA.

Interim duobus annis elapsis, Nipho Cyzici metropolitanus, pontificibus Imperatoris voluntati obsecutus, ad patriarchatum accersitur. Erat autem ille vir Graecarum literarum planè rudis, sacrarum etiam ferè, ut qui sua manu nec elementa literarum sciret pingere. Nam ea doctrina vix extremo digito degustata, ingenio contentus fuit. cuius felicitati & excellètia, si etiam doctrinae eruditio nem adiuuisset, inter sapientissimos numerari potuisset. Sed diuitiarum amor, externique splendoris & gloriae intempestium desiderium, omnes naturae dotes ad se retraxerunt, & omnia eius nocturna diuturnaue studia sibi vendicauerunt. Itaque rei familiaris peritissimus fuit: suo tempore agros colere, plantare arbores, curare vineas, omnis generis aedificia extruere, denique quicquid granaria, quicquid cellas vinarias implet, quicquid loculos distendit, & quotannis aceruos auget, solertissimè prospiciebat. Omittit vestium splendorem, & ferocium atque alorum equorum armenta, mensarumque delicias quae neque crassos humores gignerent, neque bonum faciei colorem corrumpere. Nam & gynaecitidi partem occupationum suarum tribuebat, idque non obiter, sed ferè, & inenitabili quadam necessitate. Qui mores cum post impulerunt, ut curam & administrationem muliebrium rerum & possessionum (de aedibus binis Vestalium virginum loquor, Perzenis & Cratais) suscipere simul ut aliquid de redditibus per causam aedificiorum subtraheret, simul ut sapius ibi versandi occasione haberet: moribus elatis & delicatis. Hic quoscunque vel ingenio, vel quavis earum artium quae vel publice omnibus, vel priuatim Imperatoribus placent, praestare cerneret, eorum se palam amicum simulabat: clam vero oderat, & inuidebat omnibus: & aliis alios occultè criminando, Imperatoris animum ab illis alienare studebat. In quo Liby-cum serpentem imitabatur. Aiunt enim serpentem nasci in Africa, viperam non ab similem, qui multa arena obrutus, ore & lingua tantum exerta, pratercuntes inexpectato mulcet intericu. Vnum tamen Imperatori rectum consilium dare visus est, idque non tam sua voluntate, quam vt vehementi Imperatoris desiderio comitem ac ministrum se praebere: adiuuque, vt Arseniate prorsus a Catholica ecclesia vanitate opinionum auulsi reciperentur, ne spiritali morte, morbo per successiones propagato perirent, & in eandè fraudem alios quoque illicerent. Hoc patriarche consilio Imperatori probato, qui & ipse diu id animo agitallet, multi multis è locis conueniunt, veluti terrigenae quidam è saxis & rubis subito enati, laceris quidem pannis obstiti, in animorum vero penetralibus vanae gloriolae studio tumidi: qui questiones molestas, & quibus aures haud mediocriter morderentur, proponebant, vt vulgò scilicet probarent se non sine causa discessionem fecisse. Erant autem haec Primùm, vt Arsenij patriarchae reliquiae, è diui Andreae monasterio honorificè ablatae, in maximo Diuini Sapien-tiae templo collocarentur. Deinde, vt laicali quapiam multa sacerdotum ordines afficerentur: videlicet: ne x. diebus rem diuinam faceret.

Episcopus quosor & amator.

Adulatorum calumniator auicis.

Arseniate-rum resistitio.

Arseniate-rum postulationes.

essent: sed Romani contemptius neglectaque militari disciplina procedebant, propterea quod numero & armis hostes longè superarent. non vtrique reputantes, nihil in mundo esse firmum & tutum, sed res humanas (vt ait Plato) ludibriū esse Dei, sursumque ac deorsum temere ferri omnia, incertoque cursu huc & illuc vagari. Hostes vero qui ante Romanos vel è sola fama timebant, & ipsi sese inter mortuos potius quam viuentes numerabant: cum eorum confusionem remeritatemque cernerent, longè alacriores ad pugnam facti, omnes opes, mulieres, ceteraque ad instans praetium inuicilia intra munitiones diligentissimè preparatas custodierunt: ipsi vero cum delectis & probè armatis equitibus non amplius 1000, ad Imperatorii vexillum excurrunt, nec in tuto loco positum, nec iustus viribus & ea qua oportebat disciplina custoditum. Ad hanc tam subitam excursionem hostium Romanis territis, principio rusticana illa & circumforanea turba effuse fugere cepit. Deinde alij atq; alij paulatim se subducere: denique conuersi omnes, absque bellico strepitu trepidè fugere ceperunt. Cum autem Imperator in aciem reuocare milites vellet, neminem inuenit qui audire vellet: ac defatigatus eadem via & ipse abiit, mortuus & lachrymis oppletus, penam hanc diuinitis ob vetera & recentia delicta euidentem existimans. At plerique duces, confusa fuga verecundia ad tempus resistebant, & Barbarorum arma in se conuertebant, ac veluti reptimebant, ne Romanos fugientes persequerentur, aut ipsum Imperatorem. Tandem hostibus omnibus congregatis circumueniti, & deditione facta, in vincula coniecti sunt: pecunia vero Imperatoria in praedam Turcis cessit, & quicquid insignium Imperij in tentorio Imperatoris fuit, ite calyptra Imperatoria, de more gemmis & margaritarum nodis ornata, qua Chalelem capiti suo imposita falsis dictis Imperatorem incesisse ferunt.

ATHANASII E PATRIARCHICO SOLIO DESCENSUS.

Sub hoc tempore etiam patriarcha Athanasius, Srecluso solio, in sellis suis ad Xerolophum quieuit. In causa hoc erat. Quidam illi infensissimi, cum eum tandiu patriarchica specula potuerunt cernere non possent (octauus enim annus agebatur, ex quo denuò sedem receperat) insidias illi atroces & impietatis plenas comparat. Nam cum etiam munere suo fungens adhuc, in Xerolophi cellis plerumque versaretur: è patriarchico solio scabellum furati, Christi seruatoris, & altera ex parte Imperatoris Andronici imaginem, frenos in ore gerentis, quos Arsenius vt fessor equi moderaretur, in eo depingunt: itaque depictum ibi reponunt, ubi prius fuerat. Deinde quidam eam fabulam praeter expectationem conspicati vulgant, & patriarcha apud Imperatorem impietatis reum agunt. At ille calumniatores accersit, eosque, vt quos impia nefandaque illius fabulae autores esse minime dubitaret, in grauisimum & perpetuum carcerem compingit. Patriarcha vero indignatus quod non grauius multati essent, patriarchicae sedis statim renunciauit.

Ornamenta Imperij hostibus hostium.

Calumniarum peritiam.

Postremo, ut certis diebus ieiuniis & deprecationibus populus uniuersus mandaretur: aliaque eidem amentiae affinia, quae omnia Imperator ob pacis & concordiae bonum propeere exequitur. Aliquanto post, Schismatici omnes, qui non conuenientibus dignitatibus ornati fuerant, cuiusmodi sunt metropolitani episcopatus, abbatia, munera aulica, annuorum reddituum emolumenta, statim abrupta concordia ad pristinam sectam & dissentionem redeunt. At patriarcha, Arseniatarum hortatu, ambone concenso, & sacra stola indutus, ante Arsenij reliquias stans, Arsenij nomine omnem populum crimine soluit.

DE TYRCIS THRACIAM POPULANTIBUS.

His temporibus post victoriam illam Barbari ingenti superbia elati, Thraciam ferè omnem vastarunt, & pessimè tractarunt: ut Romani duobus propemodum annis, in cœnibus egredine ad arandū nec ad seredū auderēt. Quae res Imperatoribus luctu grauissimum attulit. Nam de Romani exercitus auxilio prorsus desperant, vix tandem animaduersa diuina, quae illum comitabatur, animaduersione: caulis verò illius animaduersionis, haud scio quomodo non animaduersis. In id igitur vnum intenti erant, ut mercenarium vndeunque militem conducerent: in quomora non parua intercedebat, dum magnitudinem sumptuum reputant, scisco si vnquam aliā, tum vel maximè exhausto, penè intolerabilem, ob prouincias vastatas. Tamen cum necessitas quietem haud concederet, à genero Crale, Seruicæ principe, auxilia accersit. Sed priusquam illa aduenirent, Deus, qui facit omnia, & in melius refert, nobilem quendam & senatorium virum, Andronici Imperatoris cognatū excitat, Philem Palaeologum: qui post, ob animi alacritatem & fortitudinem, Protostatoricum ac Imperatore baculū accepit. Qui cum in palatio perpetuè veraretur, ob animi integritatem & vitā honestatē Imperatori, quem amabat, charissimus, ignarus & imperitus rei militaris habebatur: quippe qui & naturā imbecilli esset corpore, ac saepe decum beret: in primis autem, quod diuinæ rei vacaret, & ferè in templis versaretur, & religionem summā obseruantia coleret. Is cum Imperatorem Andronicum tantis curis astuatē videret, perdoluit ab eoque petiit, ut sibi in Romana castra ingresso, paruū exercitum colligere liceret, & centuriones ac tribunos deligere quos ipse vellet, pretereaque commeatum, qui & hominibus & iumentis satis esset. Spem enim firmam, ac minimè dubiam se concepsisse, fore ut Deo propitio victor, vltus Barbaros, rediret. Paret Imperator, iustum esse Deum adiiciens, qui non tibiis viri delectaretur, nec magnitudine roboris, sed afflicto corde, & humili animo: ac suo filio Michaeli Imperatori propter parentum delicta nullam ferre opem: isti verò fortasse laturum, honesta vita & morib⁹ prædico. Pluris enim fieri apud Deum honestam & inculpatam vitā quam vires armorum. Conuersus enim, inquit, vidi in hoc orbe, vidi, non velocium esse cursum, non fortium esse bellum, non sapientum panem non prudentium diuitias, non intelligentium gratiā,

Auxilia à Crale accersunt.

Philes Palaeologus Turcicum sibi bellum deposcit.

per tempus enim omnes in casus incident. Annuuit igitur Imperator huius postulat: pecunia, armis, equis, quor & quales petierat, datis. Quae cum omnia Philes ex animi sententia accepisset, primū humanitate, & omnis generis officiis ac muneribus militum animos ad bellicam fortitudinem excitat, pecuniis, equis armis, poculis datis: est & cum suā zonā militi donauit, alij pugionem: eodemque victu, summaque comitate vsus est, honoribus & donatiuis haud exiguis post bellum promissis, quae cuiusque laboribus responderent. Deinde monet, ut ab omni flagitio sibi temperent: & sacerdotibus magnam pecuniam distribuit, ut Deum pro se atque exercitu deprecarentur. Post, antequam vrbe egrederetur, castra hostium exploranda esse censuit, ne temerè progrediretur. Cum autem cognouisset, Chalelem nudius tertius mille pedites & ducentos equites delegisse, qui omnes agros iuxta Byzam popularentur, maximamque prædam afferrent: maturat exitum, ut in itinere cum eis præda onustis congregaretur. Tertioque die postquam è suburbis discesserat, ad flumen quod incolæ Xerogypsum appellant, peruenit. Planus est is locus, & ad castra metēda & ad praelium committendum aptissimus. Ibi igitur castris positus, acie explicat: omnes tribunos, duces, milites, benignis sermonibus confirmat, & largitionibus conciliat: omnia denique facit, quae animorum alacritatem excitare solent. Biduo post, sub mediam noctem speculatores adsunt, hostem in proximo esse nuntiantes, multis spoliis onustum. Sub ortum solis, etiam hostes se ostendunt, atque e minus & ipsi hostilia castra cernunt, splendore armorum coruscantia. Quare presso gradu ad pugnam se parant: ac primū curribus in orbem circumpositis, captiuos in iis victos collocant, vna cum manubiis. Deinde puluere capitibus insperfo, & manibus in cœlum sublati, arma corripuerunt. Iam Romanum etiam exercitum instructum contra sese ire, & Philen à tergo & peditem & equitum copias regentem, & variā ratione ad pugnam extrimulantem. Qui igitur in dextro cornu curabat, primus cum sua cohorte in hostilem phalāgem facto impetu, hostem equo deturbat, mox alterum. Deinde equo suo vulnerato, ex acie discedit: quod Romanam phalangem paulū conturbauit, & hostes confirmauit, ut incondito clamore & vlulatu ad persequendos Romanos ferrentur. Philes verò & equites & pedites, verbis & cohortationibus acie obeundo confirmabat: ac multis hinc ipse lachrymis diuinam opem implorabat, ne totum Romanum Imperium paulo momento funditis euerteretur: inde captiuū gementes & vlulantes, & feruentibus suspiriis & fletibus Deum adiutorem exposcebant. Tum igitur pedestres Romanorum copiae Barbarorum pedites comminus aggressi, feriunt & feriuntur, cadunt, cadunt: acriter vtrinque dimicatur. Equites verò Barbaricos Philes cum ferè omnes circumdedit, cum fortissimorum militum globo à latere totā hostium phalangem perumpit, in eamque mediam irrupit: itaque perturbat Barbaros, ut neque consistere possent, nequid agendum esset scirent. Sic vndique circumuenti & casti, plerique ceciderunt,

Liberatis eius duobus.

Turcorum ad pugnam preparatio.

Acies Romanorum inclinata Pholis in dextris vultu inuenit.

Romanorum victoria.

ceciderunt, paucis duntaxat equitibus elapsis: quos Romani equites vsque ad ingressum Chersonesi persecuti sunt, ut ibi tanquam conclusos facile mactarent. Quo cum peruentum esset, & victoria & Imperatoria liberalitate lati, castra ponunt. Statim etiam quinque triremes Imperator misit, quae Helleponti oram legentes cauerent, ne Chaleli auxilia à suis submitterentur. Hoc rerum statu etiam Triballorum auxilia prestatō sunt delectorum equitum duo millia. Adest & Latinorum, qui Galatæ erāt, Potestas ad Hellepōntum, vltro nostris opem laturus, cū v i i i triremibus & machinis bellicis. Cum igitur hinc Romanorum & Triballorum copiae, inde ij qui in triremibus erant, pro nationum & tribuum ratione distincti aduenissent, castra circum oppidum, & fossas intra quas Barbari se continebant ponunt. Romani verò & Latini obsidionū & oppugnationum periti, omnis generis firmas machinas contra castrum disponunt, quibus magnam saxorum vim eiuciantes, & Barbarorum & iumentorum magnam stragem edebant: sed nec interdiu nec noctu intermitebant. Barbaris verò, quibus iā ante oculos mors erat, nec vllum effugium patebat, quod vndique multis exercitibus cincti essent, discrimen vitæ adire visum est, hoc modò. Noctu Romanorum potius quam aliorum exercitum inuadendum esse statuerunt, quem vincere haecenus cōsueuissent, continentibus cladibus perterritum: ut per hos forsitan ceteris quoque perturbatis, moram aliquam oppugnationi produceret. Sed tum primū miserunt, se falsā de Romanis opinione imbutos esse, quos ne prima quidem illorum eruptio latuit, armatos & vigilantes, & per crebras excubiatarum vices noctem transigentes. Quare inani impetu velut in fortem turrim facto, repulsi turpissimè recesserunt. Nec tamè deterriti sunt, quò minus graui obsidione prementē, rursus etiam Triballorum periculum facerēt. Sed eodem modo ab illis etiam tractati, iam in extrema desperatione versabatur. Itaque postridie sub mediam noctem abiectis armis, ad triremes plenis sinibus & faccis decurrunt. Latinis enim solis, quod nihil ab illis mali timebant, ut quos nec ipsi lesissent, salutem suam credebant. Sed cū ea nox nebulosa esset, necluna luceret, plerique imprudentes ad Romanos deueniunt: ibique, dum sanum fugiunt, in ignem delapsi, erepta pecunia, statim absque misericordia trucidantur. Latini verò supplices suos non quidem omnes occiderunt, sed eos tantum qui pecunie plurimum attulerunt, ne ea prodita à Romanis quaereretur. Ceteros tam in vinculis habuere: deinde alios Imperatori attulerūt, alios inter sese partiti ad seruitutem retinuerunt. Sed haec quidem haecenus.

Auxilia Romanorum.

Oppugnatione castrorum Turcorum.

Turcorum excubiatarum.

Turci ad mare cadunt.

NIPHONIS EPATRIARCHICI solio descensus.

Sequenti anno etiam Niphon è patriarchica sede, ob multiplicis & varij sacrilegij & avariciae crimen, & quastus eo fastigio indignos eiicitur. Is digressus, domicilium sibi eam partem monasterij Periblepti legit, quae mare spectat. Vno anno interiecto, in patriarchicum solium

collocatur Ioannes Glycys, tū Logotheta Dromi qui vxorem & filios & filias habebat. Erat ille vir doctissimus, & Atticissimi in pronuntiatio studiofissimus: eamque dicendi formam tanquam diuinum aliquod exemplar obseruabat: prudentia verò, consilio grauitate morum lōgè omnes superabat. Quas ob res patriarchicam sedem muneris loco accepit, vxore eius statim monasticū habitum induta: quem & ipse reuerentia sedis induisset, nisi illius conatui Imperator obstitisset. Nam cum corruptus humor non ita multo antè certis anni interuallis articulos eius inuasisset, grauissimè cruciabatur, & de sententia medicorum ei carnis vescendum erat, qua de causa monasticus ei habitus non est concessus. Huius viri consuetudine vsus & ipse sum, quoad potui & licuit, noctu atque inter diu ad vtilitatem meā & expoliendam linguam illius fruens sermonibus. Erā enim eloquentiē studiofissimus, annuum agens vicesimum primum. Erat tum potens apud Imperatorem, ac rerum omnium moderator, Metochites Theodoros, Logotheta tum generalis. Sic autem ab Imperatore amabatur, tantū fiebat, ut nullum eius arcanū ignoraret, omniāque fierent quae hic vellet, contraque nihil quod nollet. Cuius filiam suo nepoti Ioanni, qui tum primū ex ephebis excefferat, Porphirogeniti vnico filio despondit: quem, cum patre eius superstitē ille odio aduersaretur, eodem defuncto ad se recepit, & maximè dilexit, eique Panypetsebasti dignitatem decreuit: quam illius amore longè augustiorem quam prius fuerat fecerat, concessis vestimentis, calceis, & equi ornamenti coloris lutei, ut inter Imperatoriam nobilitatem maximè illustris esset. Hunc igitur Imperator, quem tam charum habebat, Logotheta generum esse voluit, ob viri præstantiam, nam proceritate corporis, & membrorum ac partium proportionē, & oculorum hilaritate, omnium oculos in se conuertebat. Faciē porro naturali, & toletatā laborum, & memoriae præstantia, summum omnium eruditionis fastigium conscenderat. Si quid ex eo siue nouum, siue antiquū quaereres, ita recensebat: quasi ex libro recitaret. Quare in eius colloquijs parū aut nihil opus erat libris: erat enim vna bibliotheca, eorū quae scire velles oraculū. Tanto interuallo omnes eos superabat, qui vquam in studiis versati sunt. Verūtamen in eo reprehendi queat, quòd ad nullius veteris oratoris imitationem styllum cōformauit, neque grauitatem sententiarū suauitate dictionis condire voluit, neque ingenij vbertatem moderatus est: sed suo quodam genere & genio delectatus, aures offendit, & veluti punxit, ut rosas carpentium spinæ digitos. Quae verò eloquentia fuerit, è plurimis & vtilissimis eius libris estimare licet. Iam quod cum primis in eo mireris, cum tantā moles negotiorum & curarum illi incumberet, nihil vnquam fuit quod eum à lectione & scriptione reuocaret: sed ea dexteritate in vtrisque versabatur, ut à mane vsque ad vesperam in palatio Rempublicam administraret, tanta diligentia, tantoque studio, quasi à literis prorsus alienus esset. Serò inde abiens, adeò totus in litteris erat, quasi scolasticus esset, neque cum Republica negotij quicquam haberet. Plura de hoc vire dicenda

Ioannes Glycys patriarcha.

Gregorius Glycys discipulus.

Metochites Theodoros.

Theodoros Metochites doctus.

Metochites ingenio contentus, veterum imitationem neglexit.

dicenda haberemus, sed in alium locum ea differenda sunt. Ceterum Irene Imperatrix, cum longo tempore, ob quas diximus causas, Thessalonicè versata esset, Dramam oppidulum animi gratia ire voluit: quod prius etiam facere solita erat, cum diuturnæ mansionis Thessalonicæ fatietas eam cepisset. Quò cum peruenisset, haud multo post grauis eam febris inuasit, & celeriter rebus humanis exemit. Deinde cū Cræna etiã è Triballis ad matris exequias venisset, reliquiæ eius Constantinopolim in Pantocratoris monasterium sunt relata. Pecuniam verò suam maximam partim ipsa liberis suis dederat, partim ad faciendum maximum Dei Sapientiae templum Imperator cõtulit. Audierat enim ex architectis, duas eius partes, Septentrionalem & Orientalem, versutate labascentes breui ruinaam minitari, nisi maturè occurreretur. Quare multis aureorum millibus datis de Imperatricis pecunia, eas quas videmus pyramides ex altis fundamentis ad periculum illud propulsandū erexit. Hòc loco declarandi occasio datur, quo animo in huiusmodi rebus fuerit. Nã ceteri quidem Imperatores ad sacras ædes extruendas ambitione quadam sunt impulsæ, quæ parum abest à vanitate & superbia: quæ ubi eminent, actionis honestas vacillat, veluti pomorum elegantiam vermes contaminant. Andronicus verò satius esse iudicauit, iam extructas tueri & exornare, & contra pericula vetustatis munire: quàm eas collabi sinere, & alias è fundamentis ad ostentationem extruere. Illic enim non abest inuidiæ suspicio, in structuris veterum abolendis, vt eorum vnã quoque memoria & fama aboleatur, recentes verò earumque structores celebrètur: hic verò grauitas & iudicium pollet, nullo prauo affectu delitescente, sed cõscientia in Deum intenta. His igitur de causis Imperator vetera fana curabat & fulciebat: quãuis maiores sumptus postularent, quàm extructio nouorum. Nos autem Asiæ Europaque oppidulis, quæ instaurauit, & è fundamentis erexit, omisiss, solius Constantinopolis operum mentionem faciemus, quæ in hunc vsque diem cura eius consistunt. Sunt autem hæc: D. Eugenij iuxta portam maximum templum: Diui Pauli apostoli xii Apostolorum & Christi discipulorum: vrbs mœnia partim instaurata, partim de integrò structa: denique maximum illud & celeberrimum diuinæ Sapientiae templum, quod cum magis etiam exornare statuisset, Imperij diuisio & confusio veluti subita tempestas obstitit, de qua post dicemus. Verùm illud penè me præterisset: Patriarcha Ioanne Glycy alterum annum sacerdotio fungente (qui annus ab vrbe condito fuit sexies miliesimus octingentesimus vigesimusquintus) accidit, vt vehemènti Borea spirante, crux è manu ænæ statuae, quæ columnæ imposita est (eam dico quæ in vestibulo ædis maximæ diuinæ Sapientiae visitur) elaberetur. eam quoque summa festinatione reponendam curauit. Crebris igitur gradibus basi columnæ circumdatis, cum fabri ad ipsam statuam ascēdissent, omne ferrum quo equus illius vrinque fulciebatur, rubigine prorsus consumptum esse animaduertunt: vt periculum esset ne fulchris breui collapsis, etiam statua (pulcherrimum Imperatricis vrbs spectaculum,

Reveres Imperatricis obis.

Andronicus vetera templa instaurat.

Annus ab orbe condito 7826.

& vnũ è multis eiusdem generis reliquum post euitatam & incendiorem stragem & Latinorum rapacitatem) vna collaberetur. Ferramentis igitur melioribus & firmiteribus suffultam, in tuto collocarunt. Deinde Imperatorum etiã insignè capitis & globum manus, ampliore auro circum dederunt, & splendidiora effecerunt. Columnam item totam à summo ad basin vsque fractæ speciem præ se ferentem, ob exemptos clauos, quos Latini vnã cum ære quo obiecta fuerat, abstulerant, læui & firmo tectorio induxerunt: & quæ hiabant, omnia constrinxerunt, & consolidarunt. Ego verò indignum ratus, cum hæc statua tor casus multis iam annis euasisset, eam negligi, cum fabris ascendi, & tam mirabile spectaculum curiosius perlustrari, & singulatim omnia enumerari. Ac lōgitudinem columnæ, quam facillè quibus metiri ex vmbra potest, recensere hoc loco superuacaneum esse duximus. Quæ verò nemo omnium scire potest, ea nos qui ipsi vidimus, explicabimus accuratè. Est igitur circuitus capitis statuæ, orgyæ vnã proceri viri. Tatumdem etiam ab humeris eius vsque ad capitis Imperatorum insigne, magnitudo cuiusque manuum digiti, spithamæ: longitudo basis pedum, quatuor spithamarum, vno triente minus. Lōgitudō crucis globo incumbentis, spithamæ quatuor: latitudo spithamæ tres. Globi capacitas, mēsuræ ciuiles tres. Ab equi pectore vsque ad caudam, orgyæ tres: eodēque modo crassitudo colli eius orgyæ tres ferè. à summo naso vsq; ad aures eius orgyæ vna. Cruris eius crassitudo in orbem, spithamæ quinque. Operimentum eius est stellis nonnullis figuratum, prætereaque foliis & ramis variatum, & persimile nonnullis quæ è serica regione afferuntur.

DE IUNIORIS ANDRONICI Imperatoris coniuge.

Sequenti anno Imperator nepoti Andronico vxorem despondet Irenem ex Alemania, siue ex Occidentali Gallia, vt veterè lingua dicitur. Postea Michael Imperator cum coniuge Maria Thessalonicam abiit, vbi anno exacto, quemadmodum discedenti prædictum fuit mortem obiit. Quæ de causa quamuis locum illum reformidat, tamen ob Thessalorum & Pelasgorum tumultus, de quibus statim dicemus, eò profectus est. Oraculum autem huiusmodi fuit.

DE ORACULO.

IN Adrianopolitano palatio, ante fores, paulo supra limen superius, circulus depictus inuētus est, & iuxta circulum quatuor animalia depicta, Leo, pardalis, vulpes, lepus: & supra ea verus fatidicus, qui significaret, Imperatorem quendam è Palæologorum familia, vbi Thessalonicam venisset, obiturũ esse. Is circulus in altum longitudine duorum virorum à terra distabat, vt incredibili videretur ab homine depictum esse, cui occasio non fuisset scalis appositæ ascendendi, & per ocium pingendi, cum & Imperator adesset, & plurimè atque ad eò innumerè & ingrederentur & egrederentur. Proinde cum illa nemo mortaliũ pinxerit, ad illa recurrendum est quæ supra de huiusmodi rebus copiosius exposuimus. Sed ad Thef-

Nos vero hic eam metiri non possumus.

Statua descriptio.

Irene Alemania.

Michaelis Andronicus obiit.

ad Thessaliam & res ibi gestas conuertatur oratio, vt illis quoque explicatis, ad maiora & gratiora commemoranda accedamus. Thessalorũ & Pelasgorum principatum in Ioanne Duca desisse diximus, qui vt & adolescens & corpore morbidò, cum is de causis res ibi perperã gerit videret, timebat ne quis procerum suorum tyrannidem inuaderet. Quamobrem per legatos imperatorem Irene Imperatoris Andronici northa filia, trieniòque tantum cum ea exacto, decedit. Vnde quia nullus successor aderat, dirẽptæ sunt illæ prouinciæ & vrbes, quarum aliæ ad Imperatorẽ vnã cum eius filia se contulerunt, aliæ proceribus paruerunt, quædam Cætanis è Bœotia incurstantibus seruerunt. Tum etiam crebræ à sacrosanctæ synodo literæ ad Thessalos, Phthorias & Pelasgos missæ sunt, quæ illos & officij mōnerent, & ij qui Imperatori non parerent, neque se cum Romano Imperio, vt ceteri (quemadmodum olim receptum fuisset) coniungerent, graues pœnas mitterentur. Verùm nihil illè profecerunt. Atque hæc ad hunc modum se habuerunt.

Ecclesiasticum fulmen in Thessalos vibratum.

NICEPHORI GREGORÆ ROMANÆ HISTORIÆ Liber octauus.

CAPITA LIBRI VIII.

- De causis Imperatorum dissidij.*
- Michaelis Imperatoris obiit.*
- De Latinorum Genuesium seditione.*
- Ioannis patriarchæ resignatio.*
- De Gerasimo patriarcha.*
- De Constantino Despota.*
- De altera causa dissidij Imperatorum.*
- De tertia causa.*
- De Syrgianne, & vt Imperatoris fugam promouerit.*
- De hemitu equi S. Georgij in palatio.*
- Vt filia magnum Logothetam consolata fuerit.*
- Consilium ab autore Logotheta datum.*
- Imperatoris inquisitio aduersus iuniorẽ Imperatorem, nepotem suum.*
- De fuga Imperatoris iunioris Andronici.*
- Copiosior explicatio de Republica.*
- De iurisdictione post dissidij.*
- Legatio Imperatoris ad iuniorẽ Imperatorem.*
- Inducia & prima pactiones Imperatorum.*
- Narratio auctoris de suis rebus.*
- Imperatoris laudatio.*
- De miris quorundam prestigiatorum factis.*
- De Syrgianis fuga à iuniorẽ Imperatore.*
- De altero iurgio Imperatorum.*
- De iunioris Imperatoris matre in carcerem coniecta.*
- De varijs & callidis consilijs iunioris Imperatoris.*
- De Constantini Despotæ coercionẽ, & iunioris Imperatoris erga ipsum humanitate.*
- De altera Imperatorum reconciliatione.*
- De Esaiâ patriarcha.*
- De Syrgianne in carcerem coniecto.*
- De Paschatis emendatione concilium.*
- De coronatione Imperatoris.*
- De Crælis affinitate.*
- De legatione ad Crælem missa, & quid in itinere acciderit.*
- De barbarico telo, quo pes Imperatoris vulneratus est.*
- De Manichæis, qui ad orthodoxam Ecclesiam redierunt.*
- De ostentis, quæ vrbs expugnationem præcesserunt.*

M Quas res describere ingresso, quædam reperenda sunt, vt historiam tam variæ series conseruetur: & minus molesta sit lectoribus oratio, si perspicua fuerit. Michael Imperator ex Armeniaca Maria duas puellas suscepit, Annam & Theodoram: quarum illa primum Thomæ Epiri & Aetoliæ principi, post Cōto Thomæ huius nepoti & percussori nupsit: Theodorã verò Sphendosthlabus Bulgarorum princeps duxit. Totidem quoque mares ex eadẽ procreauit, Andronicum Imperatorem & Manuelem Despotam. Ex his Andronicum tanto amore prosecutus est auus Andronicus, ita eius aspectu gauisus, vt omnes & antè & post natos filios filias, nepotes neptes, multo minoris faceret, omnẽque quàm hunc vnũ petire mallet, si optio daretur, tum ob firmiorem Imperij successiõnem, tum propter ingenij præstatiã, tum propter vultus maiestatem. Forsitan & similitudo nominis aliquid ad beneuolentiã fecit. Quibus de causis eum apud se regia disciplina instituendum, cuiusque conspectu noctu atque interdii fruendum esse, lætandũque censuit. Cum autem iam adolescentiæ limen ingressus esset, quo tempore voluptatum ardor maximus existere solet, omnis castigationis & modestiæ inimicus fuit in regia præsertim potestate, & flore adolescentiæ. Ad hæc, equales eius omnium earũ cupiditatum quas effrenes adolescentiæ libidines ferunt, ministros atque autores sese prebuerunt. Ac primum ad deambulationes, ad venationes, ad spectacula educere illum cõeperunt: deinde ad nocturnas vagationes, nõ satis dignas imperio. Quæ res cū magnos sumptus postulerent: auus verò certam summam, eamque frugalem, pro victu quotidiano numeraret: in amicitiam Latinorum præsertim diuitum, qui Galatæ habitabant, sese insinuat. Inde pecunia mutua, æs alienum, inquisitio pecuniarum: inde consilia & conatus clandestinæ fugæ. Nam cum auum Andronicum diu viuere, eoque defuncto patrem suum Michaelẽ successurum esse cerneret: spem potiũdi Imperij abiiciebat. Vnde ambitiosæ cogitationes, & animi pusillitas, generosum pectus longo tempore afflictautes, in taliã illum consilia impulerunt. Quum enim auo tanquam pedagogo parere, & aliorum voluntatibus seruire instar pueri nollet, Imperatoriam licentiã & copiam rerum requirebat, vt & ipse, quod satis esset, haberet: & alios, vt Imperator ministros suos, remunerari posset. Quod cum auo viuente, patreque rerum potiente non licere cerneret, aliarum prouinciarum dominatum ambiebat, nunc Armeniam matris causa ad se pertinentem, nunc Peloponesum, nunc Lesbum & Lemnum, ceteraque maris Aegæi insulas somniabat. Quæ cū clanculum modò ad patrem, modò ad auum deferrentur: nunc ab hoc, nunc ab illo clam impediabantur. Et vt plurima silentio transeam, noctu ad mulierem non sanè ignobili familia ortã, meretricis verò præditam moribus, comestantibus. Eam porrò quidam adolescens formosissimus, & alter Adonis, mutuo deperibat. Vnde Imperator Andronicus amulatione inflammatus, sagittarios & gladiatores circa meretriculæ

Maria Michaelis Imperatoris filia.

Theodora.

Andronicus iunior auunculus.

Andronicus iunior æs aliũ enim luxu contrahit.

Andronicus iunior fugã parat.

ædes

ædes in insidiis collocat. Quodam autem tempore intempesta nocte, Manuel Despota fratrem Imperatorem quærens, casu quodam illac præterit. quem cum Imperatorij speculatores proferantem cernerent, nec per tenebras cognoscerent, mulierculam amatorem esse rati, crebris telis impetunt. vnde ille istu lethali accepto, ex equo delabatur: & concursu militum facto agnitus, semianimis in palatium ægrè defertur. Quod factum manè cognitum Imperatorem ingenti tristitia affecit, non præsens modò tempus intuentem, sed futura etiam prudenter considerantem. Cæterum Manuele Despota ex eo vulnere defuncto, & fama ad Imperatorem Michaellem Thessalonicam tum degentem perlata, quid dicam? Tanta enim doloris acerbitate in variis cogitationibus est commotus, vt graui morbo correptus, paulo post è vita discederet. Senex autem Imperator Andronicus, eo mærore, ea sollicitudine, confectus est, cuius vix exemplum reperitur. Qua de re postea dicemus.

DE DISSIDIO LATINORVM

Hoc tempore seditio & tumultus non paruus apud Genuam habitatores est exortus. Est autè Genua maritima Italiae vrbs versus Occidentem, intra Tyrrenos & Alpes sita: à duobus primùm cõdita populis qui Guelphi & Gibellini appellantur. quorum hi longo tempore & gloria & creandorum magistratum autoritate præstiterunt, deinde mutata fortuna, Guelphorum familia superior euasit, & omne illud ius ad se transtulit, altera familia in exilium acta ne recuperatis aliquando viribus, veterem sibi dignitatem vendicaret. Quæ fama cum è metropoli ad Genuenses vbium gentium habitantes peruenisset, idem & illos facere coegit. Hinc pugna, & intestina Genuensium bella vbique, Nam qui pulsi erant, conducto milite aduersarios infestabant. Cum autem post Imperatricis exequias, Cralæna filia eius diutius Byzantij commoraturæ esset: maritus eius legatos in urbem mittit, qui Romanis prouinciis cladem minarentur, nisi vxor quamprimùm ad se reuerteretur. Quare Imperator generi minis territus, cui propter militares copias, verba ad rem conferre promptum esset, filiam statim ablegat, annum ætatis alterum & vigesimum tum agentem. Quæ verita, ne reuersa à marito semper suspicaci, tum verò ira etiam percito cæderetur: monasticum habitum, quo tutior esset ab iniuria, induendum esse cogitauit. Id verò, dum in vrbe versabatur, facere noluit, ne & patrem, quamuis consciuum, manifesto crimine implicaret, & ad apertum bellum illi faciendum Cralem concitaret. Quare vsq; ad Scyras oppidulum priorem vestitum retinuit: atque ibi etiam dies complures commorata, clam emptum à quodam cucullum noctu induit: in quo mane præter spem inspecta, Triballos ministros suos haud mediocriter perturbauit aded, vt ex necessitate & herili metu, aliquid grauius in eam consulti viderentur, aut cucullum lacerari, & inuitam ad maritum reducturi: aut ipsam interfecturi, vt mortua quam remotissima à marito, animum eius nullo mærore sauciamer. Sed Constantinus Despota frater eius vterinus (nam &

Manuelis Despota fortis cades.

Genua.

Guelphi, Gibellini.

Cralæna inuita ad maritum rediit.

Constantinus Despota

ipse aderat) intercessit, fabulam illam Cralem ægrè laturum ratus: ac vi lacerato cucullo, solitis ornatam vestibus Triballis eam reddidit, quam celerimè domum reducendam, quantumuis inuitam & plorantem. Atque hæc ita se habuerunt.

PATRIARCHÆ GLYCYS resignatio.

At patriarcha Ioannes spe recuperanda valetudinis abiecta, cum sacra patriarchæ functio, magnas corporis vires postulet, contraque magna tranquillitate sit opus & ocio ærotanti, animo etiam corporis doloribus distracto: vnde cum duæ res maximè inter se pugnant existere, quod nec quotidiana negotia commodè expediti, nec vulgi conuicia reprimi possent: in medio negociorum veluti cursu fatigatus, ocio suo consulere, atq; è medio secedere statuit. Quibus de causis Imperator annuit, eiq; Cyriotillam monasteriũ, in quo habitaret, assignauit: in quod se quarto anno patriarchatus contulit. vbi valetudinem, vt licuit, curauit, mortem propter manus & pedes resolutos indies timens. Quare contra morem aliorum, quippe vir minimè auarus, non magnas opes è patriarchatu secum abstulit: sed paruum pecuniam, quam in monasterij conseruationem impedit: mæque, cuius styllum valde probabat, accersito, testamentum condidit.

PATRIARCHÆ testamentum.

Cum omnes mortales mortis meminisse decet, ac sobriis oculis rerũ humanarum vmbra intueri: considerantes, vt alium subito terra operuerit, priusquam res suas ordinare ex sententia, & calamitatis insidias perspicere possent: alium quotidie quasi cum sole exorientem, & in theatro vitæ, infinita spe plenum obambulante, in meridiana luce, tenebrarum & obliuionis subire specum, sæpe in flore ætatis, & summa vitæ hilaritate & securitate coegerit: quãto magis iis hoc faciendum est, qui ob vitiosam & perturbatam materiam morbis conflantur, qui multi & varij vitam infestant, & elementorum compagem dissoluunt? Hi enim tantum non altera manu fores mortis pulant: abiecta que vitæ spe, oculos in sepulchri cauernas intendunt. His in primis expedit, animi curam suscipere: qui cum sit immortalis, immortalem etiam curam desiderat: ne fortè duplicem sibi mortem accersant, & corporũ & animorũ. Mihi verò târo magis hoc, quã aliis omnibus, faciendum est, quanto grauiore morbo totum ferè corpus meum est consumptum. Nam cum iam olim me tota vi oppresserit, à me recedere recusat, sed perpetuò in penetralibus meis habitat, quasi domum suam occupasset. nec vnquam corporis mei succum hirudinis in morem exugere desistit, & rem familiarè meam paulatim ambabus manibus in sinum me dicorum, veluti marsupium suum exhaurit. Cum autem noster aduersus illum conatus inanis & irritus fuerit, quid vitæ meæ aduersitates tam Imperatoris quàm domesticis in rebus commemorant? Sic enim accidit, vt nuper scilam egressus adolescens adhuc, in aulam receptus, à summis Impera-

Vita fragilis eas confidenda.

Morbidi. Animo consulendum.

Querela de morbo & laboribus suis.

Inanis spes sanitati.

Imperatoribus honoribus afficeret nõ minimis, & vt cætera taceamus, deinde patriarchicũ quoque solũ nos & inuitos & volentes recepit: inuitos quidem, ob infirmitatis onus penè intolerabile: volentes, ob expectatione sanitatis. Cuius spes indies mihi blandiens, momèto omnia sugerebat & vetera & recentia diuini spiritus miracula, quorum de numero meam quoque restitutionem, Domino impositionem manuum & pontificiam vnctionem clementer intuente, fore existimabam. Cum autem à senatoriis muneribus ad hunc modum patriarchico folio consensu, iisdem morbi cruciatibus cõsisteremur, neque vllum vsquam remedium ostenderetur: iudicium diuinum, quo in mortem impelleremur, & mediocrem peccatorum non mediocrium castigationem esse intelleximus. Vnde spes sanitatis irrita prorsus euanuit, mortis autem instantis expectatio confirmata est. Quid enim aliud cogitare, cum omnem ferè carnis humorem effluxisse viderem: medici verò, præter inane nomen, nihil (quod ad me quidem attinet) à vulgo differrent: itaque turbis negociorum amoris, & maritarum linguarum conuiciis euitatis: hic vitæ reliquum exigendum esse iudicauit.

DE GERASIMO patriarcha.

Ed hæc quilibet alibi dilucidius explicata cognoscat licet: nos verò cætera prosequamur. Hoc tempore in patriarchicum solium succedit sacerdos monachus è Magonio monasterio Gerasilimus, vir cano ille quidem, sed simplici ingenio, & præ senio surdaster, qui græcas literas extremo digito nunquã attingit: verum ob inficitia & simplicitate ad Imperatoria obsequia aptissim⁹. Hac enim de causa tales ab Imperatoribus deliguntur, vt dicto audientes eis sint, tanquam mancipia, & nullo ipsis verbo refragantur. Atque hæc hætenus: cætera post suo loco referentur.

DE CONSTANTINO Despota.

Constantinus autè Despota, è priore cõiuge Hungarica natus Imperatori Andronico, virginè vxorè habuit. Muzalonis Proto-uestiarij filia quæ cū diu nupta illi fuisset, sine liberis decessit. Cũ autè ancillam formosam haberet nomine Catharã, clam ex ea filiu genuit Despotes, què Michaelè Catharũ appellauit: ac primùm ita exosum habuit, vt nec aspicerè illum vellet, sed quàm longissimè abesse iuberet. In causa hoc erat, quod alterius vehementior & potentior amor, Catharæ quoque matris eius amorem depulerat. Nam cum à patre Macedoniæ, & ipsi quoque Thessalonicæ præpositus esset, atque in ea vrbe plerunque ageret, mulieris cuiusdam illustri amore captus est. Erat ea Neocæsariæ Protosecretarij filia Cõstantini Palæologi vxor: ita verò è elegantia formæ, & faciendi suauitate & morum comitate excellabat, vt non modò aspectu suo, sed sola etiã fama inenitabili amore homines irretiret. Tanta enim naturæ fuit erga eam liberalitas, vt vultus in ea venustatem cum acumine ingenij coniungeret: addita etiam dicendi vi & vocis suauitate. Erat & humanioribus

Patriarcha simplices Imperatoribus grati.

Michael Catharus.

Constantini Palæologi vxor.

literis erudita: & per occasionem varia, quæ tam ipsa legerat, quàm ex aliis audierat, facillè proferebat, vt altera Theano Pythagorica & Hypatia ab eruditissimis appellaretur. His omnibus Constantinus, vt diximus, victus est, vt eius pudicitiam tentaret, & clandestinum eius concubitum peteret. Ipsa verò, siue mariti metu, siue facinoris odio refragante: ille, quod minus illa assentiebatur, eo magis incendebatur: eiusque animum, vt Plato ait, in alieno degere corpore cerneret. Cum autem aliquanto post maritus eius decessisset, iam vehementius rem vrgebat Despotes, omnemque mouebat lapidem vt illam, vxorem duceret. Quo facto, omnium aliarum mulierum & amorum oblitus, ipsiusque filij Michaelis Cathari, quem ex ancilla Cathara susceperat, vnus Eudociæ Palæologinè amoribus vacabat. Eum Michaellem Catharum annum ætatis xv iam agentem, senior Imperator Andronicus accersitum, inter aulica ministeria assumit: primùm ne ab omnibus neglectus fame periret: deinde fortasse, vt sanguine Imperatorio ortus, affinitate cum aliquo ex finitimis hostibus iungeretur, pacemque conciliaret, & Romanos Romanamque rem adiuuaret. Cum autem in palatio versaretur, breui tempore Imperatoris animum ita sibi conciliauit, vt & ipsi Imperatoris filij ei inuiderent: Andronicus verò iunior Imperator irasceretur, molestèque ferret, insignem illum sui amorem apud auum languescere, erga nouitium verò illum & subditum continenter crescere. * prudentiam. Annum iam autem quintum & vigesimum agens, ab Imperatore dux & gubernator prouinciæ cuiusdam Macedonicæ, quæ Illyrios potissimũ vicinos habet, ablegatur. Et quia liberalissimus erat, nihilque priuati possidebat, nec plus sibi vendicabat quàm quiuis satellitum & commilitonum suorum: sic animos omnium sibi deuinxit, vt pro illo mortem oppetere, malent, quàm sine illo lucem intueri. Ad hæc in rebus dubiis ac penè deploratis præsentissimo erat consilio, & è summis difficultatibus mira solertia sese explicabat: nec illi, cum res postulerent, audacia deerat, vt omnes magnitudinem ingenij eius admirarentur. Vnus tantum veluti morbus aut nauus actiones eius deformabat, non secus ac si formosum ac robustum corpus oculis ereptis inutile reddas, ac molestum. Nam primùm ruptis fœderibus, finitimis Triballis, Ætolis & Acarnanib⁹ negotia facebat. Deinde illinc digressus, vt mox dicitur, Imperatores eorumque res turbabat, sibi que malum exitum preparabat. Eum enim magistratum, sibi adempum, largitione corruptis iis qui apud Imperatorem multum poterant, recuperauit, Pincernæ etiam dignitate adiecta: & desolationem, quam parturiebat, paulo post illic profectus derexit. Compertum enim est: eum prouinciam sibi vendicare, & clanculum Imperatoris potestati subtrahere, Quare dolo à Monomacho mystico capitur: & qui ipse ad Macedoniæ partem gubernandam missus, cum propter vicinitatem crebrè Syrgiannem adiret, & arcana eius indagaret, & per amicitia speciem alios atque alios dolos neceretur, denique dolo comprehensum illum in vinculis ad Imperatorem misit. Ob quod

Eudocia Palæologina Constantino Despota nubit.

Michael Catharus auo charus.

Præfectus Macedonia.

Syrgiannes factiuaque ac perfidus.

Syrgiannes
duos Imperatores
commissit.

crimen diu in carcere mansit: de quo vix tandem matris precibus, Imperatori supplicatis, & quiduis spondentis, euasit: nec prius tamē, quam Imperatori iusiurandum scriptum, coram sacrosancta imagine castissimæ Dei genitricis Hodegetriæ, quam vix monstratricem aut ductricem appellare liceat, dedisset, se illius iussis nunquā aduersaturum esse. Sic omni suspicione liberato, cū benemerito optimè velle crederetur, etiam arcana credebantur: & inter cetera illud etiam, vt clanculum circuiret, & iuniorem Imperatorem Andronicum adiret, obseruaretque, ne clam (vt supra diximus) fugam moliretur. At ille, si quid vulgi opinionibus credendum est, homo semper ambitiosus, cum ingenij sui declarandi hæcenus defuisset occasio, tum illam accipiendam esse ratus est, vt Imperatoribus inter se commissis, & rebus Romanorum perturbatis, ipse Imperium occuparet, aut saltem partem ipsius sibi vendicaret. Quare iuniori Andronico omne aui cōsiliū aperuit. Me, inquit, Imperator veluti sagacem canem tuas cogitationes odorari iussit: & cum ille tibi laqueos & vincula parat, tu ignarus puerilia consilia agitas? Quid enim tibi profuerit, clam peregrè abire, vbi aliena quadra (quod aiunt) viuendum est, si res optimè cadat: & non illud accidat, vt ab hospitibus aut trucidis, aut in Imperatoris aui castes incidas? Quod si istis cogitationibus omissis, cōsilio meo parere volueris, viam tibi cōspediariam monstrabo, qua primo quoque tempore, citra vllum laborem Romanis sceptis potiaris. Cuius rei vnam hanc rationem video, vt Byzantio relicto, in Thracias vrbes & prouincias excurras. Nam cum & humanum ingenium nouis rebus gaudeat, & miser Thracas crebris exactiōibus vexentur: si leuationem onerum & libertatem proclamaris, vltro omnes quod volueris te sequentur, aui tui diurno iugo & quasi Tanalio saxo concisus. Hoc consiliū tibi si placet, ego huius negocij dux & autor ero, & omne certamen facillè conficiam: modò & ipse mihi pollicearis, & fidem firmes, te pro dignitate labores meos remuneraturum. Quæ verò ista præmia, sunt? illustres dignitates, multa prædia, quæ magnos annuos redditus afferant, prætereaque, ne quisquam autoritate apud te mihi præferatur, nec à te quicquam nisi me conscio nouarum rerum suscipiatur. Vides enim vt vltro sim calamitatum tuarum particeps, & periculorum nulla cogente necessitate socius, posthabita charitati tuæ etiam iusiurandi religione. Quod si fortunæ incōstantia mali aliquid capiti meo machinabitur, id alacriter esse ferendum ipse mihi imperaui. Quibus consideratis, & tu non grauati meis petitionibus annuito, si saluus esse vis. Cum autem hic temporis articulus moram deliberationis non admittat, sed procraftinantibus extremum discrimen impendat: age, cum aliis etiam hoc consiliū cōmunicemus qui ob Imperatoris odium neque nos, neque arcana hæc prodituri sunt, & institutum nostrum plurimum adiuturi. His dictis Imperator, postulatū eius iureiurando scripto annuit: adfuit etiā arcanorum futuri conscij, Ioannes Cantacuzenus, Theodorus Synadenus, ille tum Magni Patriæ cognomento illustis, hic Domestici mensæ

Ioannes Cā
ractus, Theodorus
Synadenus,
Alexius
Apocaucus.

Imperatoria: & tertius, Alexius Apocaucus, Domesticus & ipse occidentalium prouinciarum, & salinis præfectus. Is tamen non admodum nobilis, vir tamen prudens & callidus erat, & perastutus: illi verò ambo Imperatoris cognati. verum Cantacuzenus etiam æqualis & amicitissimus, ab ineunte ætate Imperatori Andronico, & ob animi candorem, & sermonum veritatem & morum commoditatem charissimus. Synadenus verò eodem modo patri eius Michaeli Imperatori coniunctus fuerat. Qui re intellecta, non ministros, sed duces etiam cōsiliorum sese præbuerunt, & oleum camino (quod aiunt) addiderunt. Ea conspiratione sanctissimo iureiurando & maxime pollicitationibus vtrinque firmata & sancta, rem aggrediuntur: ac principiū Syrgiannes & Cātacuzenus, pecunia data proceribus aulicis procuratorem Thracensium vrbium & prouinciarum redemerunt: alter mediterraneorum, & ora maritimæ vsque ad summam Rhodopen; Cantacuzenus verò exiguæ partis mediterraneorum, quæ Orostiadi adiacent. Deinde copias contrahunt, arma parant, & novos milites colligunt, aduenas nonnullos, & alios qui ob egestatē neque militabant, nec quicquam rei gerebant. Ad hæc familiarissimos suos & fidelissimos custodiæ ciuitatum præponebant: eos verò qui aduersaturū videbantur, alios aliis de causis vrbe adiecerunt. Ea verò faciebant, nunc impressionem Scytharum Danubium accolentium, nunc Turcicæ classis ex Asia aduentum proclamantes, vt hoc prætextu & suspicionem vitarent, & ob prouidentiam ac studium ab Imperatore laudarentur. Ac Syrgiannes hæc clam instruebat, & iuniori Imperatori subinde, & quid actum, & quid agendum esset, nunciabat. Imperator autē cum nepotē cerneret sua monita negligere & contemnere, & solitæ lenitati morum insistere: decreuit eum coram patriarcha & patribus conscriptis in primis obiurgatum & conuictum, in carcerem conicere. Ceterum id eius propositum, Logotheta generalis Theodoros Metrochita tum inhibuit, ob dierum illorum licentiam irrimo fore illud coniectans. Carnis priuium enim instabat, cum lautioribus conuiujs, & poculis dediti mortales, & vini intemperantia facilius ad seditiones concitantur. Quare metuendum esse, ne iannis labor caperetur, & fortunæ temeritas cōsiliū in diuersum mutaret. Ac Logotheta generalis modò, ædificationem Choræ monasterij & exornationem absoluerat, in quo totas aliquando noctes cum monachis, sacris operari gaudebat. Primo autem quadragesimæ sabbatho, cum postridie orthodoxorum Imperatorum & patriarcharum memoria proclamanda esset, tum quoque is à vespera ad nocturna sacra illa de more accessit. Tum sub mediâ noctē me astante, & doxologiam audiente, quidam ab Imperatore adest, nouum illi nuncium apportans, & eius sententiā exquirens. Modò enim, inquit, cum Imperatorij bipenniferi & milites & ensiferi cubitum ituri essent, tantus subito hinnitus circa palatium exauditus est, vt omnes percellerentur. Intempesta enim nocte, cum neque Imperatorij neque senatorij equi, nec in ipso palatio, nec ante fores essent, improuisa res animos audientium

Andronicus
iunior Thracias
ciuitates occupat.

Bachanalium
licentia.

Equi picti
hinnitus

Columna a
gignitio

E themate
astrologico
coniectura
de seditione.

Metrochita
mesticia.

tium perturbauit, & alij alios quid rei esset interrogarunt. Eo tumultu nondum sedato, alter hinnitus priore maior exauditus est, ab ipso etiā Imperatore: qui missō ministro, vnde is esset, quæsiuit: sed nihil audiuit aliud, nisi ab equo in quodam palatij pariete, ante victricis Deiparæ sacellum, quem Paulus olim præstantissimus pictor effinxisset, D. Georgium Christi martyrem pulcherrimè sustinentem, esse editum. Ad hæc Logotheta iocatus, vt solebat ad Imperatoris interrogationes: Gratulor tibi, inquit, Imperator, futuros triumphos. Monstruosum enim istius equi hinnitus nihil aliud indicare reor, nisi tuā aduersus Agarenos Asiam nostram populantes expeditionem. Quibus Imperator auditis, alio adolescente ad eum missō, Tu quidem, inquit, isto responso, siue, vt soles, mei exhilarandi gratia, siue alia de causa dato, rem ignorare videris. Ego autem quid verum esse ceteram, tibi dicam. Nam vt patres nostri nobis tradiderūt, equus iste alijs etiam ad eundem modum hinnit, cum Baldunus Latinorum princeps à patre nostro pulsus, urbem amissurus esset. Quo monstrō cum & ille diu, vt ominoso, terretur: tandem, nec multo post, euentum ipse expertus est, cum urbem à Romanis vastari cereret. Logotheta verò, cum quid responderet, non haberet, adolescentem abire iussit: se postridie Imperatori responsurum. Præterea columna quæ ante Orientalem arcem stat, in qua Byzantii conditoris vrbs imaginem olim fuisse fama est, ante multos dies & ipsa cōmuceri cepit: quæ agitatio per dies complures durauit, omnibus ad spectaculum concurrentibus. Postridie, cum Logotheta ad Imperatorem venisset, tum quidem quid collocuti fuerint, nemo omnium sciuit: post ramen ex indicis quibusdam coniecere licuit, eos fatidicos quosdam libros inspexisse, quibus futura quadam incerto autore obscurè & per ambages exponerentur. Deinde figura astrologica delineata, qua positus siderum & prænotiones futurorum indagantur, hostium aduentum & Reipublicæ confusionem coniecerunt, & qualescunque Imperatorij principatus discrimen. Neque enim anima duerebant, iuniorem Imperatorem Andronicum id esse facturum (Deo talia modis ineffabilibus occultante): vnde magnopere territi & turbati sunt. Nam Logotheta è palatio plenus cogitationum domum reuersus, longo tempore tacitus sedit, nemini vllum verbum loquens: sed futurarum rerum cogitationibus intentus, planè mutò & surdo similis: idque vxore cum filia Panypersesta & filiis de more assidentibus, & hilare ac iucundum eius colloquium expectantibus. Tandem coacta vxor, ipsa quidem minimè disertata, filia Panypersesta innuit, vt aliquid opportuna loqueretur, nam erat illa quidem ætate adolescentula, sed peringeniosa: & ea lingua prædita, quæ Platonem aut Pythagoram, aut eiusmodi viros sapientes magis quam ipsam deceret. Tum autem patrem intuens, sic exorsa est.

FILIAE MAGNI LOGOTHEÆ
prudens oratio.

Adaciæ forsitan & temeritatis esse videatur, pater me filiam adolescentulam te affari, &

imposita lingua excellenti tuæ perfectæque sapientiæ ostrepere. Sed cum & mater hortetur, & tempus postulet, dicam vt potero. Cur tandem sapientissime omnium, tandiu tacitus sedes, teque ipsum excrucias, & mœrore conficis: nec quid te angat, nobis exponis, vt dolorem tuum, parte eius in nos recepta, leuemus? Nam & perturbatio vultus tui, & linguæ silentium, satis declarant, quanto in mœrore sis, omnem animi hilaritatem & tranquillitatem adimentem. Vt autem oleum, cera, & id genus alia flammam alunt, ita silentium dolorem auget. Quare tu, ne affectus iste tempore confirmatus, inexpectatum damnum apporret: per Deum exurge, & animum recipe. Neque enim tuum est, philosophiæ nobilitatem ad tantam humilitatem deicere, illiusque maiestatem intempestiuis doloris maculis aspergere: cuius ea natura est, vt continuatione silentij multiplicetur. Subinde enim vlceris instar interiora inuadens, nō prius illa depascere desinit, quam ad ipsas medullas penetrarit, & principales animi partes absumperit. Quod si arcani aliquid est, alijs arcanum esto: nobis verò tuis haudquaquam. His & pluribus huiusmodi verbis generosa illa filia patris dolorem non nihil leuauit, vt Iobi verba parum immutata proferret: Pereant, inquit, dies illi, in quibus vxorem duxi, & liberos suscepi: qui si nō essent, facillimè rebus meis consuluissem. Nunc verò tanta curarum turba incumbente, ignoro qua ratione instantem iam haud scio vnde maiorum molem effugiam. Imminet enim grauis hostium impressio nobis, hostium nescio quorum, siue terra siue mari aduentantium, qui grauissimas nobis clades importabunt. His dictis rursus conticuit, cogitationibus illis mente propemodum alienata: & sui ac linguæ oblitus surrexit, seque in lectulum contulit, ac obdormiuit, sed diu dormire haud potuit. Ego verò postridie de more ad eum ingressus, omnia cognoui. Nā posteaquam in recens ædificato à se Choræ monasterio me collocarat, maximi fecit, & penè germani filij loco dilexit: adeò vt astronomiam disciplinam, quam solus eo tempore perfectissimè norat, mihi traderet, nec tantas opes inuideret: & sæpe apud Imperatorem & proceres gloriaretur, me à se hæredem doctrinæ suæ institutum esse. Idque euidentius in suis ad me epistolis, & versibus quos in exilio fecit, declarauit: de quo paulo post dilucidius dicetur. his igitur de causis, cum viro multum deberem, gratiam ei retuli, quam potui. Nam crebro eum accessi, non colloquendi tantum, sed etiam officiosi ministerij causa. Docebam enim & filium eius, & quam dixi filiam, & profanarum & sacrarum literarum obscuris locis declarandis. Erat enim mulier & magno prædita ingenio, & discendi cupida quorum alterum naturæ, alterum animi donum est. Illis verò auditis, quamuis præ timore penè exanimatus: non tamen tacendum esse existimaui, sed in hanc sententiam illū sum allocutus.

CONSILIUM AB APTORE
Logotheta datum.

F ij

Alios fortasse, qui animos philosophicis rationibus non firmarunt, succumbere aduersis rebus, non mirum fuerit. Te verò, cuius tantum animi robur esse oportebat, ut aliis exemplo esset, eodem modo quo ceteros affici, summe vir, laudare haud possum. Quod si manifestis & presentibus in rebus, forti esse animo philosophum oportet, quid de iis dicemus quæ nondum adfuerunt, sed euentu adhuc incerto delitescunt? Multa perficit Deus inexpectata: quæ expectabantur, frustrata sunt: quæ verò nemo expectabat, eorum exitum reperit Deus. Nam futurarum rerum prædictiones, siue per somnia, siue aliis sexcentis, ut scimus, rationibus significantur, multa caligine inuolutæ, multos ab officio depulerunt, & in errore induxerunt, aliis felicem præter spem exitum adeptis, aliis diuersum. Nosti enim cum alia, tum, ut Alexandrum ad oppugnationem Tyri abeuntem, coruus deiecto in caput ossè perculerit: quod aruspices malum omen interpretati, coepit desistendum esse monebant. Ille verò abiit, & laboribus exantlatis urbem expugnauit. Græci olim cum à Persis inuaderentur, in fundum maris se cū ipsis nauibus ante Salaminem demersum iri putantes: præter omnem spem victores, totos libros suis triumphis refererunt. Cræsus Lydus se Halym fluium transgressum, magnum Cyri imperium euersurum esse sperauit: sed & suum regnum amisit. Romani olim cum Italiam ab Hannibale incendiis vastari, & ipsius urbis excidium modò non ante oculos cernerent, maximæ partis orbis terrarum Domini euaserunt. Augustus, alter à Cæsare Romæ rerum potius, cum ab Antonio & Cleopatra, magnis exercitibus terra marique peteretur, desperata vita, & hostes præter spem victi, & illorum principatū etiam occupauit, Libiam inquam & Asiam. Et quid opus est sacras Providentiæ rationes recensere, quæ res nostras gubernans, eo sine cōcludere solet, quem ignoramus? nunc sperato, nunc insperato: & nunc cum appendice, nunc sine adiectione: nō secus ac si quis Piræo egressus, Ægeum mare traicere instituat, Septemtrionum verò vi, in Cretam & Sardiniam præter expectationē deferatur. Nam tali inconstantia & terræ & maris perpetuò cōcutiuntur. Quamobrem tibi forsitan etiam deteriora mententi, meliora contingent: & istius tristitiæ seminis, urbem lætitiæ messem producet. Futura enim in æquilibrio quodā collocata sunt, nec in iucunda, nec in tristitia nimis inclinante animo. Deinde Poeta sapientissimus Euripides pronunciat, eandē orationē ab obscuro aut nobili habitantem, nō idē autoritatis habere. Omnes enim omnia dicēdo, vix vnū atque alterum commoueāt. Tu verò, ut arcæanorum Imperatoris conscius, simulque doctissimus astronomus, omnium animos in extremā desperationē demergere queas. Proinde si non tua, at aliorū causa, & linguā tuā & te totum, ad hilariorem habitum conformato. Imitare solertes gubernatores, qui & aduentantibus & iam vrgentibus periculis tristitiam dissimulant. Nam cum sciant spem salutis vectorum omnium à suis pendere labris, eos in spem bonam erigunt & confirmant: quamuis sæpe & mare fundo exæstuet imo, & præruptus aquarum

Philosophica constantia.

Futura incerta.

Græcorum metus.

Cræsi frustratio.

Romanorum victoria.

Augustus.

Providentiæ consilia hominibus ignota.

Tristitia magno viro dissimulanda.

Gubernatorum prudentia.

mons supra caput astat, & imber violentus è nubibus erumpat, & discrimen ante oculos versetur. Hæc cum dixissemus, virum mitigauimus, ut mœrore illo, quatenus licebat, remisso, rursus omnibus iucundum & hilarem se præberet, atque affabilem. Sexta porro hebdomade sanctæ quadragesimæ, Imperator Gerasimo patriarcha & aliis pontificibus, qui in vrbe erant accesserunt, nepotem adducit, palam obiurgaturus: & moniturus, ut fugæ consilia mutaret, quod coram tantis testibus pudefactus, aut in officio esset, aut nō sine causa probabili multatus videretur. Ingressus igitur est iunior Andronicus, adductis secum nonnullis, qui occulta arma, & pugiones gerebant: nec ipse planè inermis. Conuenerat enim inter eos, si auius paternis & lenibus admonitionibus erga ipsum vteretur, ne se quidem aliquid confidentius aut audacius præ se laturos, sed omnino quieturos: sin verò iratus supplicium minaretur, impetu facto in ipso Imperatorio folio illum occisuros, & in solum iuniorem Andronicum, omnem imperij autoritatem collaturos. Ingressus igitur, iuxta auium in consueto folio confedit, factione illa ad Imperatorium aulam relicta. Cum autem admonitio & castigatio, à patria cura & sollicitudine proficisci videretur, nihil tum insolentius auctum est, sed concilium pacatè & tranquillè dimissum: iureiurando vtrò citroque dato, ab aui, se nemini relicturum Imperium nisi nepoti: à nepote, se neque vitæ, neque imperio aui, vllas insidias comparaturum. Ceterum iuniorem Andronicum egressum coniurati circumstantes, indignabantur, & in eum vociferabantur, ut qui sanctissimum iusiurandum violasset, & fidem fregisset. Quid enim, inquit, ad istius iniuriæ magnitudinem accedere queat, cum tu per nos formidabilis & inuisus, omnia ex animi sententia facile confeceris, si nos iugulandos in orci faucibus deserueris? His & huiusmodi gestibus & vocibus fractus & pudefactus, magnum Logothetam ad se venire iussit: ab eoque petiit, ut apud auium efficeret, ut suæ factioni impunitatem iuraturando daret. At ille ne audire quidem sustinens: Tu verò, inquit, nō bene tecum actū esse putas, nec immortales deo gratias, agis quod præter expectationem ex orci faucibus ereptus, incolomis & saluus es. An ignoras te & mihi & liberis meis, quoad vixeris, magnam debere gratiam, quod consilium contra te inuitum auerti meo interuentu, quodque meo beneficio solem hunc intueris? Tu verò his omisissis, pro perditissimis & malè perituris istis intercedis? Apage per Deum, nihil tibi rei sit cum istis. Quomodo enim tibi seruabunt fidem, qui fidem aui tuo datam, nulla coacti necessitate, fefellerunt, nec Dei metu nec hominum verocundia deterriti? His Imperator præter expectationem auditis, tacitus diu stetit: deinde illo abire iusso, ad pristina consilia & cogitationes rediit. Cum autem magna & sancta hebdomada adesset, qua salutarè Christi passionē celebramus: & Imperator nepotē nō è monitis suis viuere cerneret: sed & inconstanti motu, & moribus dissolutis, & aliàs alium esse: grauius & iniquo animo eius intemperias passus est, ad eò ut bis & ter magnitudine doloris victus, & veluti

Andronicus senior nepotem mouet.

Andronicus iunior arma in concilio.

Andronicus iunior à sua factione perierare cogitur.

Logotheta ad Andronem cum iuniorē oratio.

& veluti numine afflatus, ad eos qui aderant, diceret: Obiit nostra ætate & Imperij maiestas, & Ecclesiæ pietas. Nam ille fugam ardenti studio adornabat: & subinde egrediebatur, & cum factione illa se parabat. Senex verò consiliorum ignarus, æger animo tacitè afflictabatur: sed tamè signis & coniecturis quibusdam ea quæ agebantur expendens, haud procul erat, quin quid struerent animaduerreret. Quare patriarcha Gerasina arcanum nepotis comprehendendi consilium aperuit. At ille statim ad iuniorem Imperatorem Andronicum accurrit, & arcano illi prodito effecit, ut fugam acceleraret. Cum autem illustri Resurrectionis dies illuxisset, vesperique decreta exequenda essent, de more petiit & accepit claus Gyrolimnia portæ. Hoc enim propter matutinam venationem facere consueuerat. Igitur sub mediam noctem cunctis dormientibus, cum omnibus coniuratis egressus, postridie in Syrgianis & Cantacuzeni castra peruenit. Hi enim cū illustri apparatu, ad Adrianopolim fugā illius prestolabatur. Erat is dies Aprilis vigesimus, anni sexies mille simi octingentesimi vigesimino. Est autè animaduersione dignū, quod nihil humanarum rerū sine Providentiæ administretur, sed omnia arcana ratione agatur: licet nos ignari se deamus, verba & Providentiæ & veritate indigna facientes. Cum enim Deus aliquos ob vetera & recentia delicta multare vult, periti medici morè incurabilibus morbis vitiones & sectiones adhibet. Mox terræ fortunatâ aër grauis infestat, aqua maris illi succēser, importuni venti eā perflant, pestilentia grassatur: affliguntur viri boni & eruditi, qui mores suos ad Dorian (ut ita dicā) harmoniam composuerunt: quicquid inueniunt labascit, cōsiliis minime responderet euentus, Deo sic euentum moderante, contra calamitosi, obscuro, væcordes, & Furiarum alumni, prosperam fortunam experiuntur: stulti sapientes potenter vincunt, sanniones & mancipia modestos & honestos superant. Tum & urbium magistratus, & patres familiās, & tribunos plebis, & adiles & prætores, & monachorum rectores omnes videas impudentiæ & petulantia seruire, nec ex officio, quicquam facere aut posse aut velle. Hæc ita se habere, ex iis quæ iam dicemus, cōstabit. Nam cum Turcarum perniciose irruptiones increbrescerent, nec vllis vel domesticis vel auxiliariis copiis, aduersante Deo, repellerentur: alia via rem Imperator est aggressus, lubrica illa quidem, si verè cōsideres, & æquitatem spectes: non tamen prorsus imprudenti, tam aduersis & iniquis temporibus. Nam annua subditorū tributa augere statuit, quibus diuisis, partem in alios vsus cōferret, parte à finitimis hostibus pacem redimeret: quod perinde fuit, ac si quis amicitiam luporum mercatus, multas sibi venas incidere, corūque ingluuiem suo sanguine saturaret. Vnde publicani & exactores sumpta occasione, alij alios anteuertere studuerūt, quisque plura se exacturū pollicens, si id munus sibi mandaretur. Sic exiguo tēpore, quamuis Romani fines subinde contraherentur, millies millena nomina quotannis in fiscum referebantur. Vnde senior Imperator in animo habebat, perpetuam viginti turrem classē contra marinos &

Patriarcha senioris Andronici consilium nepoti aperit.

Andronici iunioris fugam.

Fatales vitiones.

Tributa auulta.

Elegans similitudo regebus peccatis.

maritimos hostes instituere, terrestres verò copias, in Bithynia mille equites, in Thracia & Macedonia bis totidem, reliquam verò pecuniam in sumptus vndecunque aduenientium legatorū & annua tributa finitimarum gentium conferre, ceterisque Imperij sumptus penè infinitos. Sed quia ne id quidem placebat Deo, propter causas quas ipse nouit, subito omnia confusione illa sunt euerfa. Admiratione tamè digna est ineffabilis omnium inspectoris clemētia, qui cum nos diuturnæ improbitatis pœnas luere simul deberemus, eas tamen parcè & humaniter sumat. Neque enim alienigenis Barbaris atque immanibus hostibus nos tradidit: sed popularibus nostris notis, & à nostris moribus non abhorrentibus, & clementioribus iis per quos puniendū eramus: plerisque eorū qui circumcirca in nos saueiebāt, morte præreptis, ne nos intestino bello confictantes, & contracto calamo planè similes, etiā illi aggressi, funditus omnes interfectione deleverunt. His enim temporibus obiit Crales Seruæ regulus, obiit & Sphendosthabus Bulgarorum princeps. Est & à consobrino Cephalenæ comite interfectus Etolorum & Acatanum Despotes. Thessalici porro principatus vltimus hæres, ex angelica familia ortus, pridem decesserat. Sed illuc redeo. Cum senior Imperator ante solis ortum nepotis fugam cognouisset: eodem die pontificibus qui in vrbe erant accesserunt, (nam patriarcha pridie fugæ obierat) prescribi iussit tum nepotem fœdistragum, tum eius coniuratos, tum eos omnes qui cum eo se coniungerent, ac eius factioni fauerent. Idque facile à cœtu sacerdotū impetratum est. Ad hæc passim sacrosanctū Evangelium in palatiis, in viis, in foris, circumferri cœneres, & populum sacramento adigi, ut & iunioris Imperatoris societate, & animo & manu & lingua recederent, & seniori arctioribus obedientiæ vinculis astringerentur. Quæ cum ad hūc modum in vrbe Imperatrice gererentur, Andronicus iunior libertate & immunitate in Thraciæ pagis & vrbibus pronuntiata, statim omnes ad quibus paratos habuit. Statim in armis fuerunt Thracæ omnes pro iuniore Imperatore Christopholum vsque, senem Imperatorem cupidè inuasuri. Ac primum passim in provincia vagantibus publicanis & exactoribus inclementer excruciat, ereptam quam circumferebant pecuniam nulla modestia inter sese partiuntur. Priusquam autem septem dies elaberentur, Orestiadē digressi, multitudo equitum, peditum, sagittariorum, funditorum penè innumerabilis, Byzantiū versus proficiscuntur, primo impetu se expugnatos vrbem esse rati, seditione laborantem, populo inter sese discordante, spe emolumetorum quæ huiusmodi mutationes iniustus manibus suppeditant, Syrgianne exagitante omnia. Ac quatuor integris diebus in itinere consumptis, ad Selybriam castra posuerunt. Cum autem vltius progressuri essent, & senior Imperator vrbem turbam, si hostilē exercitū ante portas vidisset, non quieturam esse sciret: Legatos ad nepotem mittit, quorum princeps erat Theoleprus Philadelphienfis, vir non tantum omnis generis virtutibus ornatus & reuerendus, sed & prudentia singulari præditus. Missa est & Syrgiæ

Dei clemētia.

Andronici iunioris factionis interdictio.

Thracia decessio.

Legatio ad nepotem.

annis mater, quæ filium potissimum placaret, eiq; persuaderet, ne ad mœnia vrbis accederet: periculum enim fore, ne dissidio inter Byzantinos orto, maximus interitus cõsequeretur omnium opum, ædium, virorum, matronarum, magistratum, subditorum: quarum rerum auctor, qua ratione tranquillo animo per omnem ætatem vniquam esse posset: sed vt paulum regressus, ita demum verba faceret, & quæ veller postularer. Syriannes igitur, cum Philadelphensis presentiam reueritus, tum precibus matris suæ fractus, ad Imperatorem, qui circa Orestiadem tum agebat, reuertitur, eoque senioris Imperatoris legationes mittebantur, & ibi postulationes confirmabantur. Tandem inter eos conuenit, vt iunior Imperator Thraciam, quæ à Christopholi vsque ad Rhegium & Constantinopolis suburbana pertinet, pro autoritate obtineret, simulque ea prædia quæ suæ factioni assignasset in Macedonia, quorû multa erant, quæ singulis multa milia quotannis penderent: senior verò tum Constantinopolim, tum vrbes & prouincias omnes Macedonicas vltra Christopholum sitas, adhuc legationes finitimarum gentium de auditu atque dimitteret: quod earum occupationes iuniori minime cordi essent, sed potius natura ad voluptates & venationes propenso, & rebus eiusmodi occupato, grauissimum & molestissimum onus videretur. His conditionibus factus inuitur, iuniori Imperatori quam seniori acceptus. Nam cum tam inexpectatam calamitatem propulsa cuperet, sed omnibus reb; destitutus nihil posset: ea quæ à nepote proponebantur, tanquam oracula Apollinis accipiebat. Sub hoc tempore & mihi oratoris & philosophici libris relictis, vile visum est, seniores Imperatorem adire, & in eius familiaritatem me insinuare, quæ & prudens esset, & liberalis, & eruditorum auscultatione dignissima: quæ cum à multis expeteretur, non pateret neque contingeret omnibus. Nam Magni Logothetæ consuetudine (iam tum enim eo honore ornatus erat) & sermonibus quod ad astronomiam attinebat, satius eram. Quamquam is quoque initio parcius mecum discebat, nec ipsam astronomiam affatim mihi communicabat, siue ingenij mei adhuc ignarus: siue, id quod verum erat, eodem animo præditus, quo doctissimus Syneus & Lysis Pythagoreus. Illi enim verant, ne arcana philosophiæ impuris adhuc animis communicetur. Neque enim esse, vt ea quæ magnis laboribus parta sint, cuius offerantur. præterea publice philosophandi consuetudinem magnum apud mortales rerum diuinarum contemptum peperisse. Cum autem seorsim eum adissem, & integritatem meam illi demonstrassem, rogavi, ne vulgari more de me iudicaret. Multum enim inter Phrigum & Persarum (quod aiunt) limites interesse. Deinde blanda oratione persuadendi causa apud illum vsus, huiusmodi orationem habui.

Palta inter aum & nepotem.

Gregoras auticus & scolastico factus.

Logotheta & Gregora necessitudo.

Doctrina impuris non communicanda.

Necessitas conuenit hominibus.

AUTORIS SPASIO ET adhortatio.

Si ea quæ delectationem pariunt, omnia ex quo distribuere Natura potuisset: facilis & laboris omnis expertus esset utique, nunc eorum in-

dagatio, & mutui amoris causa facillime præciderentur. Nunc verò cum iucundis admisceri molestia necesse fuerit, & Græci tertium dolium in Iouis aula nullis permittunt malis esse negant: vt inopia molesta est, ita copiarum spes delectat: hæcque inter sese pugnant, & efficiunt vt alius petat, alius largiatur, sintq; hæc vices perpetuæ vltro citroq; commeantes, quæ amicitia lex est, & vinculum firmissimum. Et hoc illud esse dicere liceat, quod telluri præstet vt mare nauiget, & mari vt in tellure ambuletur: utq; Tanais longinquo cursu in Græciam feratur, & Ister in Ægyptum perueniat, & Nilus aquas suas Mæotidi communicet. Si quis verò aded tenax fuerit, vt bona distribui nolit: ei cauendum erit, ne legem per orbem terrarum ferat omnis improbitatis auctor, & omnes congressus, omnia commercia funditus tollat: beneficentiæ diuinæ ingratus, à qua illa omnia quæ habet accepit. Neque enim obscurum cuiquam esse potest, vllum à diuina prouidentia bonum cuiquam contingere, vt solus eofruatur: vt nec lucē soli, vt sibi soli luceat. Quod si res æternam victuram, eodemque statu permansuram essent: posset forsitan aliquis qualibetque de causis communicationem virtutis eludere. Cum autem id nulla ratione fieri queat, nonnulli artificio quodam immortalitatem consecretantes, neque quicquam vnde gloria existat præmittentes, omnem laborem vltro ceperunt. Ac ne longius abeam, Pythagoras cum Ægyptiorum sapientibus congressus, eorumque lacris initiatus, in Græcia laudari concupiuit: eaque cupiditate impulsus, in eam traiecit: virtutemque suam per totam Græciam vulgata, nomen æternum est consecutus. Est etiam qui Delphicam laurum, & Olympicum oleastrum, ex Asia profectus petat: non ignarus marcescenti illi corollæ inesse gloriam quæ non marcescat, & posterorum memoriam magis excitet, quam omnia Asia præta & fontes, & fuci tincturarum. Hi igitur & alij plurimi horum similes variis rationibus sui memoriam tradere posteris potuerunt. Nunc verò, ne longum faciam, aliorum ingenij nostra ætas sterilibus relictis elabatur, & sapientia destituta: ac parum abest quin belluinis dicam, vt nostræ res deplorandæ esse videantur. Te verò solum omnium expressam naturæ imaginem, & optimè informatam tulit, Lunæ inter stellas simile, & igni in hyemis rigore. Neq; nos aded fana & mænia & luci & porticus ornare possunt, vt tu, & tuæ virtutis mundus. Ac plurimum quidem te republicæ prodesse fateantur omnes, quippe qui magno Imperatori id præstes, quod gubernatori qui polum & helicen obseruant. Sed quid dicamus? Fuit & Phidias apud Græcos magnus, ob apis & cicadæ sculpturam: sed non tantus, quantus ob Iouem Olympicum. Præterea, quæ inde colligitur gloriola, cum ipsa memoria, & corpore, citius interit quam agorum gramina. Sin thesauros ingenij & eruditionis tuæ aperueris, nomen tuum ab obliuione vindicabitur, qui non claudam (vt Plato ait) vitam excgeris, & tu ipse potissimum tui præco in medio terrarum orbe stabis: & non modò longi temporis fama celebraberis, sed immortalis etiam memoriæ commendaberis. Age igitur, age vir quos sol in-

Officia in commune cõferenda.

Immortalitas appetitio.

Pythagoras.

Pugiles.

Magna opera gloriosa.

Petitio.

mentia

menta tua, sicut Lycurgi & Solones: honorem habe celebri huic vrbis, quemadmodum olim Athenis Socrates & Platonem. Aperito mentis nostræ palpebras, euidens demõstra, quis sit omnium moderator, & qualis eorum aptissima compages. Doce quod causam conferendæ sint nobis tanti boni: nunquid ad necessitatem astrorum, vt profani tradunt, aut ad vniuersitatis autorem. Qua de re cum longo tempore anceps hæsitarem, nemo adhuc mihi contigit, qui scrupulum hunc animo meo eximeret. Quare si non ob aliud, vel propter hoc vnum doceto. Quid verò miserius fieri queat, quam cum cæli Dei gloriam enarrat, omnem terram circunsonantes: nos surdastros non exaudire quid dicant, sed astris (vt vulgò iactatur) illorum scientiam ponderare? Illud verò extrema iniquitatis fuerit, cum nec vt Pythagoræ ex Ægypto in Atticam nauigandum, nec vt Platonem mare Ionium sapius traiciendum, & ex Attica in Sicilia ad Tyrânos proficiscendum atque inde in Academiis & ambulacra redeundum tibi sit, vt publicè virtutem spargas: sed pro Lyceo & Stoa in consueta tuis ædibus, virtutem tuam in torum terrarum orbem propagare queas: aliquid aliud maiori tibi curæ esse sinas, & linguam tuam incomparabilem obsolescere silentio patiaris. Tam illud quoque videndum, quam inconstantia & incerta sint omnia: vt fortunæ insultus nihil esse diuturnum sinat: vt alij serius, ocyus alij, rebus omnibus relictis, præter expectationem, in noctem, in tenebras, in obliuionem, in mortem præcipites ruant. Ipsa porò sapientia quoque migravit sapius, cuius primò domicilium Ægyptus fuisse perhibetur: inde ad Persas & Chaldaeos tranliit: post apud Athenienses diuertit, atque illinc etiam tandem auolauit: & nunc velut auicula nido exturbata, longo iam tempore incertis sedibus vagatur & oberat. Fieri autem potest, vt aut apud nos, finitis erroribus si tibi ita visum fuerit, domicilium constituat, aut profus in cælos abeat. Ne verò mihi succenseas oro, te ad talia exhortanti. Id enim dicere cogor, quod nullam veri similitudinem habet, incerta momenta temporum veritus: ne velut ex occulto atque ex insidijs erumpentia tantum nobis bonum eripiant. Nam, si & hoc dicendum est, non tam nostram vicem solliciti sumus, quam de tua in posterum existimatione. Quod si optando tantum proficeretur, quam prompta voluntas est, immortalem esse te vellemus, vt te gaudere, vt excellenti thesauro, perpetuò liceret. enimverò tuum iam fuerit ostendere, num frustra fores pulsauerimus. His verbis apud magni Logothetam vsus, meoque ingenio ita demonstrato, effeci vt libenter omnibus rebus mihi obsequeretur: ac deinceps eius consuetudine sum citra suspitionem ad fatietatem vsus. Tandem & Imperatoris familiaritatem maiorem expetiui, nam sapenúmero & ipse spectaram, & ex omnibus intimis eius audieram, palatium ab eo non modo honestæ disciplinæ & omnis virtutis officinam, longo rerum vsu & ingenij magnitudine esse effectum: sed & eloquentiæ doctrinæque optimum esse gymnasium. Quamobrem & ipse talibus bonis adamatis, eò me contuli. Nam oculos disciplinarum tractatio, quam libri suppe-

Tempus edax ierum.

Philosophia migratio.

Andronici senioris palatium.

Doctrina sine usu rerum mortua, vt experientia sine doctrina vera.

ditant, siue illa tenuior, siue copiosior sit, me quidem opinione organico similis est corpori animam desideranti, quæ per sensuum experientiam accedat: aut etiam variis ciborum generibus in ventrem congectis comparari queat, qui calorem ad concoquendum postulent. Is verò calor non alius fuerit, quam multus vsus & variarum rerum experientia. Nam exempla eorû in promptu sunt, qui inani tranquillitatis studio in vmbra & ocio omnes animi vires enervauerunt, atque ita effeminarunt, vt nec dicere nec agere quicquam publicè auderent. Ceterum cum & ego annum ætatis iam v l i & x x agens, ad Imperatorem accessissem, & vltra spem omnem ab eo exceptus essem, huiusmodi coram eo in eius prudentiæ & eloquentiæ laudem orationem habui.

AUTORIS LAVDATIO Senioris Imperatoris.

Si eos nostra ætate viros, potentissime Imperator, extitisse cernerem, qui Maiestatem tuam dignis laudibus celebrarent: quidem nec ad dicendum prodissim, neque silentio quicquam antiquius habuissem: vt iis esset locus, qui tuas laudes æquare dicendo possent. Sed cum decorum tuorum amplitudo omnem orationis copiam inopie condemnaret, neque vllus omnino sit qui ornamenta tua verbis, non dico assecutus sit, sed propè ad ea accesserit: mihi non vitio vertendum esse duxi, si & ipse illorum vestigia in quodam debito persoluerem. Vt enim ineptissimum fuisset, nos solos tanto negotio impares, audere aliquid: ita consentaneum est vna cum cæteris frustrari. Neque enim affirmare dubitè, ei qui tua facta vt merentur laudare instituit, in primis linguam tuam exoptandam esse: alioqui verò neminem id facile præstare posse. Nam & orationis ornatu longo intervallo omnes à tergo relinquis: nec vllum in te bonum desideratur, quorum vllum vel nostra ætate, vel ante nostram ætatem, vel à primordio patrum aut simile exemplum reperiri queat. Hoc orationis loco neque omnes tuas laudes recensere, neque aliquas præterire audeo, euidens quæ de causis. Nam & ingenij imbecillitas, & debiti magnitudo animum meum diuersè trahunt: vt periculum vtriusque cauenti mihi, & vtrinque sit conandum, & neutrum, ambobus inter se coniunctis. Si enim ij omnes, quibus illustre nomen olim eruditio peperit, adessent, nec tamen argumento satisfacere possent: & eadem est eorum etiam qui nunc viuunt, conditio: quid mihi restat, nisi vt maxima parte omnia, pauca explicem, quæ sine periculo tractare possim: ne fortè, vt Olympicorum certaminum rudes, meapte culpa suscipiam dedecus. Ac omnino persuasum habeo, nihil omnium æquè, ac periculum hoc cauendum esse mihi, & nihilominus quam si quis viminea scapha pontum traicere studeat. Esti autem conatus est arduus: tamen decere arbitror non minus, quam si in sacrarium omnis generis imaginibus exornatum ingrederer: ita etiam Imperatoris laudes aggressus, cætera aliis concedenda, vnius verò atque alterius mentionem esse faciendam.

Prudentia.
Eloquentia.

Nam plures attingere periculosum fuerit. Qui enim binas absolvere difficulter queat, quid pluribus accidet occupato? Itaque alij alia commemorant: a me verò & ingenij magnitudo, & dicendi vis celebretur, quas & ipse experimento cognoui. & neminem audiui hæcenus, quin maxima cum admiratione & suapte & mea prædicarit: me semper ambigente, utrum eorum magis laudare debeam, cum subinde plura quàm dicta fuerunt, dicenda occurrant. Ad me ipsum ergo redeo, non secus ac ij qui lænibus corporibus inniti student, labascentes. Nam nunc quidem si liceret, non committerem quin terræ solem te dicerem Imperator. Ut enim omnes lucis thesauri vnâ cum solari orbe prodeunt, omnibus vsurâ lucis impertiant: ita etiam in te omnis sapientiæ concursus, velut è cælo in omnes terras fertur, admirandi tui causas suppeditans. & ut nemo est omnium qui solis radios aspexerit, nisi quem sol luminibus orbatum aspexerit: ita nemo est, neq; erit, qui de tua sapientiâ nihil audierit, nisi audienti sensu destitutus. Hac ergo ratione si te solem terræ appellaro, non ineptè id facturus mihi videor. & si quis aliquid maius pixerit, me minimè refragante dicet. Cælestium enim corporum idè perpetuò status, admirationem non nihil imminuit: omnium verò rerum humanarum, quarum nonnullis alij aliis antecellunt, cum perpetua mutatio sit: omne tuarum res omnium optimè constituta, omnem admirationem excedunt? Omnino certè decuit, ut quantum dignitate alios antecedis, tantum etiam sapientiâ illos superares: itaque factum est. R. herthori sanè cuidâ satis fuit, recitatis Demonaetis salibus, illius omnem sapientiam ostendere: quasi ea quoque res magni æstimanda esset, nec tamen, * quantumvis disertus ostendit: nullam enim habuit. Nam si quâ habuisset, non ab eo tacita fuisset cui tanta viri sapientiâ celebrare proposuimus. Tuæ verò sapientiæ recessus, tacti aliquis indicarit, tuâquæ cõsilia velut in tabula exposuerit, orationis tamen copiam non alia ratione expresserit, nisi ut Nili inundationibus eam compararet, quas cubitis Ægyptij metiuntur, aut variis vitis ramis. Nam & mensura cubitorum internos mentis fontes auget, & vitis à sæcunda radice orta mutos corymbos implicat. & germina germinibus cumulat, perquam ingenio se. Nec enim ea tibi lingua contigit, quæ mentis fontem hebetet, aut immaturos ex incicitia fœtus edat, & maximi ingenij arcanâ confundat: neque inexcitata, aut sacris præstantis animi non satis initiata: sed ita instructa, ut totis phialis (ut ita dicam) quoties & quando liberit, inde haurire liceat, certo tamen modo, & exquisito cum iudicio, quo redundantia coerceantur. Non illa ut fons exundat, & quo plus quàm oportet effluit: sed id quod excidit, confirmat, cum studendi oscium datur: ut tua verba, cum meditando oscium deest, tam inutilia non sint, quàm illaborata saxa quæ in structura templorum politis lapidibus adiunguntur. Tanta porro suavitate oratio conditur, ut æstimari queat desiderium in tua lingua consistere, quæ & præsentis exilarat, & abeuntis aures veluti sequitur, in iis resonans, & memoriæ inhaerens, quemadmodum sapor gustati mellis linguæ adhærescit. Verum enimvero

* Quanta fuerit eius eloquentia ostendit, quæ nulla in illa fuit. Nam si quæ fuisset, non...

luci & prata & deserta suavissimis tempore veno cantillantium auicularum vocibus resonant, certa loca certis temporibus. Tuæ autem prudentis faciundia, loco veris, quatuor anni temporum ambitus perpetuus est: loco pratorum autem & & factum, omnis terra continens, non quantam Herculanæ cõlumnæ includunt, sed quantam terrarum orbis amplectitur, quous Attico peplo euidenti tuas virtutes depingens. Credo enim nec in extrema Gallia, nec vllis Oceani accolis, famam tuam ignotam esse, aut ipsis Indis: sed inde etiam eam tibi laudem tribui, quod omnes mortales prudentia vincas. Sic tua gloria, fama veluti naui vecta, plena admirationis, omnes terras peruagatur. Verba mea illud cõfirmat, quod nulla in orbe terrarum gentes sunt, unde non alij qui fama tui nominis inducti, ad te venerint: tanta quidem cum festiuitate omnes, ut graue in cõmodum interpretentur, suum ab aspectu & consuetudine tua discessum. Quod enim multi ex omnibus terræ partibus aquarum torrentis instar ad te confluunt, & subinde circa te versantur, ut circa Pythagoram eius discipuli, & audis auribus tua dicta, tanquàm diuina respõsa venerabundi cum silentio accipiunt: hæc inquam signa esse, quod consuetudinem tuam ardentè expectant, ut admirabilissimam, omnes assentientur. Quod autem ad tam varias quæstiones & propositiones, quæ & inter sese differunt, & à nostris moribus abhorrent, omnibus eodem tempore de grauissimis & maximi momenti rebus tam aptè prudentèrque respondes: dicere non verebor, Nestores & Pericles abs te superari. Nam illorum orationes saepe irritæ fuerunt, tuæ verò nunquam non efficaces. Ac gentilitius linguæ illorum fastus, velut improbitatis propago quædam, illorum orationem deformabat, ut vermibus pomi elegantiam: tua verò labia ab omni fastu aliena, solida & indelibata laude tuam linguam exornant. Græci quidem ad res suas amplificandas, cum quosdam, stolidos (ut reor) homines, Orphei cithara demulsisset, cætu illius etiam inanima quædâ commoda esse fabulati sunt. Quod si nobis etiam liberet veritatem fabulis commutare, eõq; modo exaggeraret: quin id facillimè fieri posset, nemo negabit. Nam nunc quidem persuasum habemus, id nec incredibile, nec humane naturæ negatum esse, cum pleraque res à poetis in fabulas redactas esse videamus, siue ingenia illorum temporum obtusiora fuerunt, siue alioqui poeta de industria propter maiorem euidentiâ illa sint commenti. Ea enim haudquam esse maiora ingenij humani captu, quæ illi ad miracula & fabulas deroserunt, tu demonstrasti, qui illa omnia confecisti. Ego verò cum pridem Academiâ, aut Lyceum, aut Stoam nominari audirem, magnum aliquid imaginabar, & pulcherrimum atque excellens, ob Platonem utique & Socratem & * Solonem & ceteros, qui disserendo valuerunt. Nunc verò omnem de illis præclaram opinionem abiici, quemadmodum expertecti somnia: illorumque miraculum non minus iudico, quàm cui simile reperiri queat: sed id esse tam mediocrem & modicum, quàm ego te præsentem intuens pro dignitate admirati nequeo. Quamuis autem magnus esset, si res

* Zenonem,

si res tuæ, rebus eorum qui celebrantur confimiles essent: ita meo tantum illos vincere constat, quantum Stenior clamando, ceteros præcones superauit. Ecce enim palatium tuum eloquentia tua ita intruxisti, ut quamuis Academiam, quoduis Lyceum, quamuis Stoam vincat, quod multo æquius, omnis eruditionis domicilium appellaretur. Nemo enim est, qui tua suavissima voce audita, aut vultu tantum conspecto, non maximè inde fructum ad formandos mores, ad incrementum doctrinæ, ad eloquentiæ copiam, & differentiam acumen ceperit. Hæc igitur, & id genus alia, è solo congressu tuo emolumenta, nulli sunt qui non perceperint: qui verò perceperunt, omnes optimi euaserunt. Fortassis etiam sunt bonis quidam ingenij præditi, qui ut cygni maritimo Zephiro aspirante, præclare canant, & sic te aspirant: te elegans institutionis egregiæ fœtus appareat. Qui omnes longè magis eo gloriantur, si quis scire dicta abs te referat, quàm Homeridè, si Homericas sententias audierint. Suauitas insignis Sirenum, vocis olim magnopere celebrata est, sed ea non sine magna calamitate atque interitu audiri potuit: nec vlli manserunt incolomes, nisi aures cera obturassent, sibi que audiendi sensum ademissent. Te verò concionante, tantum abest aures cæra ut obturent, ut mortis instar ducant, quod natura eos non ab omni parte auritos fecerit, sicut fabulæ quosdam plenos colorum fuisse tradunt. Quos enim Demosthenes concionum artificio & vi non superasti: quos nò Platonem ingenij magnitudine & grauitate vicisti? Quos verò non ita tibi deuinxisti, ut magis te mirentur quàm Attica illa ætas Socratem? quippe qui concionem tuam & persuadendi vi, & voluptatum illecebris conditam esse perspiciant: sicuti agri varietate florum exornantur. Vique adeo tua Calliopes amatores omnes reddis, & mirabiliter incendis. Quare te Sologomonis esse simile, nemo est qui dubitet. Superari autè ab illo nemo contèdat. Neq; enim dici potest, illic multa suppetere testimonia, hic verò pauca: aut rotidè quidè, nec autem talia. Sed contra potius. Nam quæ in altero mireris in altero nò mireris: excepto reginæ Austri testimonio, quæ Hierosolyma profecta est. Qui verò tuarum rerum mentionem faciunt, hi ad mendacij suspicionem abolendam, & Septentrionis & Austri, vnâ cum ceteris terræ finibus, testimonia proferre mihi posse videntur. Cæterum, cum Anaxagora autore, mens sapiens sit, quæ cuncta gubernet, & omnium causa rerum existat: & tu excellenti sapientia res administras, & imperium gubernas, ingenij magnitudine omnia in melius conuertens, ut nemo vnquam ex quo id præstiterit: & rectè is dixisse videatur, qui consilio, prudentia, viribus animi pleraque res, non autem rerum copia ponderari affirmavit. Ut enim optimus Musicus sonorum concentum, chordis quæ intendendæ sunt intendendis, contrâque laxandis vbi id expedit, & moderatis interuallis relinquendis, tantum elegantissimè permiscet: ita & tu, qui prudentia veluti rhythmis musicis omnia temperes, absolutissimum concentum efficis, quo res pulcherrimè gubernata, & ab omni parte consentientes efficiant, ut omnes existiment Deum planè esse, qui

tuo in iis regendis ministerio vtatur. Ita te omnes homines, diuinum quendam hominem & homine superiorem existimant. Nam animi puritate subditorum omnium affectiones & voluntates penetrans, & ad quas virtutes aut vitia potissimum tendant, acerrimè perspiciens, ita te componis, ut dictum est, quemadmodum omnibus hominibus conuenit: & ut Pindarus ait, varium cuiusque ingenium gubernas, itaque singula disponis, ut optimè collocentur. Neque verò quisquam ignorat, Themistoclem nunquam ad tantam gloriam fuisse peruenturum, nisi Xerxes in Græciam inuasisset. Neque etiam Miltiades ille, ut arbitror tantum nomen haberet, nisi Persici Satrapæ & Asiæ arma prius in Atticam & Marathonem penetrassent: sed eorum virtus, ut terra obruti thesauri, in obscuro latuisset. At tuum diuinum ingenium, cum ex aliis infinitis perspicere queat: tum verò ex eo, quod cum temporibus aduerarentur, nec tamen res tuas euerterent, id euidentiissimum signum fuit præstantis tuæ sapientiæ, Nam cum Imperium perturbatione plenum suscepisses, nec dissimile nubibus ab Aquilone agitatis, & penè omnes nationes in nostrum exitium conspirassent, tantâ vehementia, quantus in Nili cataractis imperus esse fertur: tu solus impressiones illas constanti animo, instar immotæ rupis violentos fluctus aspernatis, excepisti: atque omnium periculorum tempestatibus sedatis, in tranquillum portum nos perduxisti. Ita tu quidem & deliberas & disponis omnia, ut nemo omnium prius illa cogitare possit, quam perfecta fuerint: idque adeo facile, ut difficilior sit aliis ea commemorare, quàm tibi administrare. Vnde fit, ut si quis enumerare velit prudentissimam & dicta & facta tua: non aliud agat, quàm qui cuiusque diei horas, numerare instituerit, quarum nulla elabitur pulcherrimarum tuarum vel orationum vel actionum expertis. Nam vel tuæ vocis sonus vnus mitigat & mauesfacit hominem etiam immaniissimum: idque facilius, quàm cinyra Dauidis, dæmonium Saulis fugabat. Nunc igitur tuo beneficio metu omni vacui sumus. Nam cum te in puppi (ut ita dicam) rerum nostrarum sedentem videamus, & diligenter excubantem: ex iis quæ præcesserunt, parati sumus: & nuper expectata pericula, priusquam periculum eorum faciamus, auertimus, tua sapientiâ illa omnia propulsatum iri præuidetes. Ac tantisper forsitan aliqui desperarint, donec summam prudentiam tuam cogitarint: tum verò ita recreantur, ut afflatu Fauonij æstuantes. Sed quid ego imprudens in excellentiæ tuæ gurgites me paulatim immitto? Neque verò aliud ago, quàm quod orationis dicebam initio, me planè dubitare quid sit agendum, aut dicendum: Putabam enim, si pauca dixissem, quæ ad æs alienum dissoluentium factis essent: licitum fore mihi ceteris super se dere, sed non animaduerti me id facere, quo mea opinio plurimum falleretur. Nam cum de re maxima, tua nimirum sapientiâ, dicere instituissem, præter opera per quam illa geruntur & quam ita sequuntur ut maiora nauigia lembi: perinde me facere animaduerti, ac si quis cathena summa manu prehensa, putaret eam sic se ablaturum, ut annuli reliqui non mouerentur. Id quod incogitantia

NICEPHORI GREGORÆ

rantia: summæ fuerit, sicut & meū factum: quod tamen veniam meretur, nisi ea illi etiam negetur qui maris ignarus in littoribus obueteretur, sed in profundum pelagus sese demittere minimè velit. Mihi certè quidem non à ratione alienum videtur, tuorum bonorum quasi littora ut licuit præterueto, in voti portum apprehendere. Deus, qui te huic Imperio, & his temporibus aptissimum & opportunissimum produxit: idem tuam tuorumq; Imperatoriam maiestatem in omne aũt tueatur, ut & nos perpetua felicitate floreamus. Tum igitur sic accidit, ut hanc orationem haberem: post autem, ut quantum ætate procederem, tantum illius erga me beneuolentia augetetur: adeo ut primos etiã Ecclesiasticos honores mihi conferre cogitaret, ac statim Chartophylacis dignitatem accipere me cogeret, ut speciosam causam haberet ora obturandi obrektoribus, qui clam illi ob talem erga me affectionem cõuiciabatur, quod nec prouecta ætate, nec cano capillitio, nec sacerdotio aliquo commendatus, ut plerique solerent, illa fruerer. Iam verò, ut re non dubia, etiam dignitati consentaneas vestes mihi parabat. Ego verò adolescentia mea cõsiderata, & tempore huiusmodi rebus alieno, ad hunc modum verba feci.

Gregoras
Chartophyl
lac esse no
uit.

Inuidia ob
noxij noui
homines.

AVTORIS AD IMPERATOREM EXCURSATIO.

Quod ad me & immaturã sacerdotio ætatẽ attinet, non magna opus esse arbitror excusatione. Nam & anni mei talibus rebus sunt impares, & ocij ac literarum summus amor adhuc apud me feruet: nec me missum facturum affirmat, priusquam iis ad satietatem fruatur. Tũ enim & liberum fore meum animum, & ad Dei ministerium idoacum. Nunc verò & maiorem esse meam audaciam quam aut sacra illa patiantur, aut ego facile sustinere queam. Quod ut nemini alij, sic mihi abundè notum est. Nam quantam res experientiam postulant, tantã mihi sum imperitiã conscius, hoc quidem tempore. Atqui hominem adeo rudem diuinis & non tangendis sese rebus ingerere, non aliud fuerit, quam si quis narandi nescius, in mare desiliat: neque sani hominis ego esse puto, & valde miter, si quis animo constans vel cogitare tale aliquid sustineat. Quibus enim fulminibus, quibus maris gurgitibus non digna fuerit illa confidentia? Cæterum tuæ Maiestatis clementiam erga me, sollicitudinem, & summam ad bene merendum propensionem, si quidvisquam aliud, vel in primis magnificatio: & quocumque me vertero, non habeo, quo consilio adductus, quibus siue rationibus Imperator, te mihi talem præbeas: nisi quod apparet, te cum omnium Dominõ ingeniosè contendentem, non vllas expectare beneficentiã causas: sed illud tantum spectare, qua ratione benemereri possis. Quod sanè omnibus Imperiis dignissimum est, & maximè proprium. Nam beneficentiã causa suppeditata benefacere, non tam benefici fuerit, quam eius qui id meruerit: & nunc diuturna illa consuetudo tua in immutabilem naturam est mutata. & ita, ut omnes aliã res siue natura, minus vltro faciunt, ut aqua humectat, ut ignisurit, eodemque modo cætera per omne æuum natu-

ras suas retinent, nec vlla vnquam vi ab iis depelluntur: sic & ipse ad benefaciendum natus, neque verbis neque factis benemereri desistis. Quare cum gratum animum declarare verbis in primis eupiam, nec id pro dignitate facere possim, non minus & tempori & orationi, quam ipsi mihi succenseo, cum vtrunque ex æquo reprehensione dignum existimem. Nam oratio cum materiam superet, & virtutes propius attingat, diuturnitate temporis nec mutationi, nec exitio fore obnoxia videbatur: sed perpetuò sibi cõstatura, ut vim rerum abundè exprimeret. Verum enim uerò & ipsam esse mutatam, postquam ad te diuitem bonorum thesaurum se conuertit, animaduerto. Adde enim debilitatã est, ut nemo vnquã ea vsus, res gestas tuas pro dignitate celebrare poterit. Quare nec ego ea spe fretus accedere potui, quãuis nihil mihi sit optatius. his enim verbis meis dignitatem maximam conciliarem, sicut ij manibus suis qui res sacras contrectant. Sed cum, ut prouerbio dicitur, multalibris contineantur, que nos præstare nequeamus: è multis illis & hoc vnum fortasse & est & dicitur. Hac orationis parte Atticæ fabulæ in mentem venit, que Momum Ioui succèssentem & illudentem facit, quod cum tanta & tali vniuersitatis pulchritudine non etiã dignum vniuersitatis laudatorem produxisset. Eodem enim modo & ipse tempori nunc & illudere & succensere queo, quod eum te tantis bonis referentem virum produxerit, qualem ante te neminem: si vnã etiam eos qui pro dignitate celebrare te possent, genuisset, rectè omnino fecisset, cũ nunc pulcherrimarũ rerũ semissem tantum ostenderet. Nam olim quidem doctorem hominũ prouentum tulit, rebus gestis destitutum: nunc cum res admiratione dignas protulerit, eos etiã qui illas pro dignitate celebrent, gignere est oblitum, neglecto vti que ordine & planè pro natura sua. Ex æquo enim imperfectæ orationes sunt, cum res quibus celebrandis adhibeantur defunt: & res admiratione digna, cum qui eas mirentur, aut ad posteros celebrent, non reperiunt. Nam nunc quidem ij tempori soli debent, quorum sapientiã famam aut aliarum virtutum audimus, quod vnã cum fama res amplificare solet. Nam hominis obitum & reprehensio deserit, & comitari solitum nimiam familiaritatem fastidium. Nam ea quæ ad sunt, plerunque fatieras comitatur, voluptatẽque imminuit: quod & plurium sensuum adminiculo subinde animi recessibus ingeruntur, & iis pro libidine & vri & abuti licet. Contrã verò quæ præterierunt, nihil habent fastidij, quod raro, & vni ferè aurium sensui offeruntur. Nam melle & carnibus, cæterisque diuitis mensæ deliciis satiati, caseum interdum & thymum desiderant: non quod hæc illis præstet, sed propter raritatem requiruntur. Quod si hæc ira sunt, ut præsentia fastidium comiterent: cætera quæ ex interuallis & videntur & audiuntur adeo nos non fatient, ut vehementius desiderentur, quemadmodum fluxus annuum ab iis qui magna siti afficiuntur: nimirum etiam prouerbia multum vicisti. Neque enim res vetustate obsoletas de te referre quisquam potest, quibus etiam fabulosa commenta, & veritati succum facientia possunt inferi, rerum gestarum materia forsitam orationem

Momi assen
satoria repre
hensio.

orationem destitute: eodem planè modo, quo vacua naues harena impleri solent: sed in theatro expositæ sunt omnium oculis, & omnium linguis & laudibus celebrantur. Cæterum linguam requirunt in Academia & Stoa educatam, & Demosthenicas lucernas redolentem. Nam bonorum tuorum fontes, omnium huius ætatis eruditorum linguas iam olim demerserunt. Quas ob res ne nos quidem ineptè facturi sumus, si lingua repressa, tuo aspectu contenti fuerimus. Hac enim de causa pluribus sensibus, ad mentis nostræ correctionem præditi sumus, ne quid eorum nos quæ in mundo sunt lateat: sed quod in alio decesserit, alio pensetur. Ac ea quidem bona quæ auribus dubiis accipiuntur, rectè interpretem postulant orationem: quæ verò in oculis incurrit, ea si quis explicari sibi iubeat, perinde fecerit, ac si quis meridianum solem vertici imminuentem exiguo carbunculo demonstrare instituat: præsertim cum res inuistatæ magnitudinis, quæque vires orationis superant, tacitè admirari magis cõueniat, ne fortasse non exornemus illas, sed deformemus. Ecce in cœlis quam admiranda res est sol, quæ ita perambulat, ut ineffabili splendorem secum trahat. Sed nemo in hunc vsque diem secundum laudationum leges palam eius pulchritudinem & magnitudinem & iucunditatem celebrare ausus est. Nam cum nihil sit in orbe quod cum conferri possit, multum aberit ut quisquam perspicue de eo dicat. Longè verò minus, vel nullo pacto potius, res tuas quisquã enarrabit, qui quicquid in rebus humanis vel pulchritudine vel magnitudine excellit, es complexus. Quod si à te laudationum leges petite essent, essent ea non modò magis variæ & copiosiores & artificiosiores, sed & illustriores & sinceriores, neque à fide veri abhorretere viderentur. Nunc verò ut rosa languida, amissa, ubi non oportebat, venustate, aliis fortassis vsui esse videatur: tibi verò vsque adeo inutiles sunt, ut aereis volucribus lineæ vestes. Quare mihi dubitãti, & ad quod dignum exemplar orationem referrem nescienti, eo vtendum esse videtur, quod sit longè inferius. Ita enim sunt res humanæ, ut aliã copia abundant, aliã penuria laborent, & subinde aliter atque aliter sese habeant. Quare medicina illis non simplex, sed varia est adhibenda: & si hac minus successit, res alia via aggredienda. Est enim omnium rerum cognatio quædam & similitudo, propterea quod ex iisdem elementis omnes constãt. Ecce enim facibus & rogis vtimur, cum solis splendore destituimur, & noctu veluti alium quendam solem machinamur. Atque etiam cum totum mundum exprimeret studeamus, ac circulos & motiones cœli, & cum terra configurationes: paruis quibusdam eum globulis adumbramus. Quod si ad pictorum artes sermonem transtulerimus, ibi verò imaginum & exemplorum copiam inueniemus, & verè scenam quandam arte histronica referentem, quæ indicia quædam veritatis vtrunque coloribus nonnullis representet. Nam cum alia, tum vniuersitatis huius architecturam exprimentis, cum neque spiritum iis quas faciunt vmbres impertiti, neque viuificum seminiibus solem: in materia colores, iudi & ioci quidam sunt illorum. Ac inde quidem germinan-

tem segetem è terra producant, & herbescerent viriditatem: illic verò adultam ostendant, quæ neque culmo neque spicis, neque aristis iam se contineri velit. & falcem tantum non flagitet: eaque faciunt, nec tempore expectato, nec astroorum exortu vel occasu, sed vno sæpe die, & segetem germinantem & maturum frumentum ostendunt. Ad eundem modum & nos, qui veritatem assequi nequimus, id facimus quod licet, exemplisque vtimur indignis illis quidem, sed ex animo sincero depromptis. Nunc enim oportebat stellas magnitudine & splendore illustres in vnũ cœli locum coactas depingere atque informare, quibus tua virtus agnosceretur, ut quemadmodum Dei gloriam cœli enarrant, ita & tuam memoriam in omnibus suis conuersionibus explicarent, & illustrissimum Imperatoriã maiestatis archetypum te posteritati proponerent. Nunc omnes homines in vnum aliquem telluris congressos locum, vnum hoc votum facere oportebat, ad eum qui tibi potestatem istam dedit, ut & immortalẽ tibi vitam donaret, quo magister eorum esses qui vbius terrarum regnare vellent, velut omnis virtutis gymnastæ & vniuersali Hellenodice. Nunc omnis humana lingua debebat meum assumere animum, eorum quæ dicerentur promum, ut inde communis quædam festiuitas & solennitas, & totius mundi de te & tuis consensio existeret. Cæterum, quia iam confessi sumus, ampliorem esse laudum tuarum magnitudinem, quam quæ oratione comprehendi queat, ac ne multis quidẽ linguis edisseri, si quis dignitatem spectet: id scilicet restat, ut iam vel inuiti alacritatem animi nostri omitamus. Manifesti enim furoris fuerit, ea suscipere vltro, que nullo modo sustineri queant. Cum igitur oblatos honores nos ad hunc modum recusassemus, vim quidem offerre nobis voluit Imperator: sed cum id non oportere fieri censeret, quieuit, re in aliud tempus reiecta.

DE PRÆSTIGIATORIBUS
quibus quibusdam, qui Constantinopolim venerunt.

Sub hoc tempus Constantinopolim obiter ingressos vidimus mirabilium operum arte instructos viros amplius viginti, quales nemo vnquam prouecta ætatis homo vel audierat, vel viderat: qui primùm ex Ægypto progressi, veluti circulum quendam confecerant, Oriente & Septentrione peragrato, Chaldaea, Arabia, Persia, Media, Assyria: deflexo que itinere in Iberiam Caucaſo finitimam, Colchicam, Armeniam, cæterasque gentes peruagati, que Byzantium vsque habitant, artem suam in omnibus prouinciis ostentant. Quæ autem ab illis agebantur, erant illa quidem monstruosa, & sanè mirabilia, non tamen quicquam cum diabolicis præstigiis commune habebant. sed studia quædam dextri ingenij, longo tempore huiusmodi in rebus veritati, erant. Ut autem breuiter pauca ex illis narremus: Nauis onenariæ malos binos vel ternos funibus hinc inde in solo quopiam firmabant, ne in alteram partem inclinarent. Deinde funem alium ex vnius mali cacumine in alterius cacumen extendebant, prætereaque alium funem à solo ad

Funambula
cacumen

cacumen circumplicantes, gradus aliquot quibus ascenderent, faciebant, per quos vnus ex eis cum euassisset, nudo cacumini mali insistebat, nunc alterum pedem, nunc ambos versus cœlum extendens, caput verò deorsum versus mali cacumen inclinans: pòst subito saltu factò, vnâque manu fune fortiter comprehenso, inde pendebar, & ita sæpe sese rotabat & circumagebat, sursum versus cœlum, & infra versus terram paulo momento & continenter trochi in morem. Deinde inflexo crure, manus vice fune prehensò, supinus dependebat, atque ita rursus eodem modo se circumagebat & rotabat. Mox reclus in medio fune stans, arrepto arcu & sagittis, ad scopum eminens posuim collimabat, adeò solerter, vt qui humi consisteret, melius non posset. Deinde clausis oculis accepto in humeros puero in sublimi fune ambulabat, ab altero fune ad alterum, & hæc vnus agebat. Alius verò equo insidens, ad cursum illum extimulabat, eoque corrente nunc erectus in sella stabat, nunc in equi iuba, in fronte, nunc in clunibus, pedibus semper dextrè implexis, & velut auis in morem volitans. Nunc ex equo corrente descendens, eiusque cauda prehensâ insiliens, rursus in sella sedens conspicebatur, & inde rursus ex altera sellæ parte se demittens, & circum equi ventrem se circumagens, facile ex altera parte ascendebat, ac rursus in eo vehebatur. Quibus rebus cum occuparetur, ne id quidem negligebat, vt equum flagello ad cursum incitaret. Et hæc alter è præstigiatoribus illis faciebat. Alius verò claua cubiti magnitudine capiti imposta, in eaque vase humore pleno collocato, ita circuibat, vt vas diu non ageretur. Alius & ipse longam hastam in capite suo statuebat, tribus orgyis non breuiorè, fune infernè versus apicem circumplicato graduu instar: quos puer, manibus & pedibus ascendebat paulum alternantibus vsque ad hastæ cacumen, & rursus inde descendebat: at qui hastâ in capite gerebat, continenter obâbulabat. Alius vitreũ globũ in altum iactabat, & relabentè nũc extremo manus vngue excipiebat, nũc posteriore cubiti parte, nunc aliter atque aliter. Omittò saltationum varia genera, ceteraque quæ nobis spectantibus mira fecerunt. Neque verò singula ea singula, sed omnes vniuersa tenebant: neque ea quæ exposui tantum, sed alia sexcenta sciebãt. Sed cum ea studia periculosa sint, ne ipsi quidem periculorum expertes fuerunt, sed sæpe præcipitati aliqui perierunt. Nam cum amplius x l patria excessissent, pauciores x x Byzantium peruenierunt. Vidimus & nos vnum malo delapsum interire. Magnam tamen pecuniam à spectatoribus colligendo, quòuis terrarum proficiscebatur, partim lucri faciendi causa, partim artis suæ ostentandæ gratia. Digressi autem Byzantio, per Thraciam & Macedoniam, Gades vsque perueniunt, toto ferè terrarum orbe artis suæ theatro constituto. His temporibus Turci, animaduerso afflicto & turpi Romani Imperij statu, edificare classes & ingredi mare cœperunt, idque impunè, & magno numero, & aduertes ac abeuntes naves onerarias interciperet, atque etiam Thraciam & Macedoniam incurfare, insulas item tam magnas quàm paruas, & magnas clades maioribus

Equites.

Vasa in capiti- bus.

Avis periculosa euenit.

Classis Turcica Romani insula.

cumulare non destiterunt: vnde factum vt exhausto fisco, veterum Imperatorum ornamenta vrgente inopia diuendere necesse esset.

nonnulla vendita.

DE SYRGIANNIS fuga.

Ceterum magnus Dux Syrgiannes rebus nõ ex sententia succedentibus (putabat enim se veluti consortem Imperij fore, & suo arbitratu moderaturum omnia, neque paruum aut magnũ quicquam se nesciente actũ iri) cum præter omnem expectationem cerneret, Imperatoris animum Cantacuzeno magno Domestico prorsus esse deuinctum, dolore atque inuidia æstuabat: ac mœtus secum meditabatur, quomodo vlcisceretur Imperatorem, qui eorum quæ verbis antè promississet, nunc re ipsa nullius meminisset, sed contraria potius omnia faceret: quippe à quo vt vnus è multis despiceretur, nec vlli consultationi adhiberetur. Decreuit igitur, se ad veterem Imperatorem conferre, ac breui tempore omnia cõsilia, res omnes nouitij euertere. Neque enim quicquam ad Deum referebat: sed quò ipse inclinasset, eodem etiam negocia omnia necessariò inclinatura putabat. Itaque per quendam ex intimis suis, clam suum animum & statum reuẽ exponit: illo etiam adiecto, quò maior fides haberetur, se ne vultum quidem adolescentis intueri posse, à quo vxoris suæ pudicitia tentaretur. Ea Syrgiannis immutatio tam grata Imperatori fuit, quàm ex solis ardore æstuantibus Fauonij status, & siti confectis frigidæ haustus. Nam nec ipse diutius ferre poterat, se ita negligi & deludiri: & ab adolescente summos pariter & infimos suos ministros hereditariis prædiis esse spoliatos, & tantum non fame enectos circuire. Quas ob res sanctissimo iureiurando clam vltro citroque misso, Syrgiannes coactus est, rebus suis celeriter compolisitis venire Byzantium: idque citra moram ignaris omnibus factum. Quod cum fama vulgasset, omnium animi sunt exhilarati, summam rerum statim velut restera inuersa ad sensè redituram esse sperantium, veteresque possessores Thracica & Macedonica prædia recuperaturos. Sed cum idem Deo visum nõ esset, mox inanem eam esse spem apparuit, vt progressu orationis à nobis exponetur.

Syrgiannes à minore ad veterem Imperatorem deficit.

DE ALTERA IMPERATORUM DISSENTIANTIA.

Enimvero iunior Imperator, qui longo iam tempore sciret, Byzantios sui studiosissimos esse, quippe à quibus clam accerferetur: turbata pacis occasione vsus, omni Thracico exercitu adducto prope Cosmidij monasterium castrametatur: vnde palatium conspicebat, x x circiter stadiis distans. ac ipse quidem ibi biduum, totidemque noctes subsistit, frigidissimo spirante Borea, ipsius brumæ tempore. Excubitores verò in viis circumcirca distributi, obseruabant, ne Syrgiannes, qui tum Perinthi versabatur, ipsos deciperet: & circumiacentia castella pollicitationibus in fide retinere conabatur. Tertia verò nocte Syrgiannes trecentis armatis delectis, ante solis ortum equo Byzantium peruenit, omnibus illis Imperatoris viæ obseruatoribus, non secus ac si som-

* decepti. ac si somno oppressi fuissent * intercepti: & nifene Imperator vetuisset, imperum in eos fabulæ adhuc ignaros facturus fuit. Sed cum diluississet, audito Syrgiannis inexpectato aduentu, cum ne Byzantij quidem iunioris Andronici conatus vlla re iuuarent, nec Imperatorem facti poenitentres recepturi viderentur, fugam arripuerunt. Postea Despota Cõstantinus statim mari Thessalonica mittitur, vt Macedoniam gubernaret, & Xeneni iunioris Imperatoris matrem Byzantiũ mitteret: prætereaque militem ibi legeret, vt ipso inde cum Macedonico exercitu inuadente, hinc verò Syrgianne cum Turcis copiis & Bithynis: Romanis occurrente, iunior Imperator in medio circumuentus cum suis caperetur. Sed cum iam Despotes è Byzantino portu soluturus esset, statim è famuli manibus omnia ea delapsa vidit, quæ ad ornandã herilè mensam aurea & argentea vasa collegerat & in fundũ maris demersa, quæ res magni illi dolorè attulit, non tam ob iacturã, quàm ob malum in ipso (quod aiunt) limine omen, quo animus rei conciliandæ parum spem concipiebat. Ceterum Thessalonica profectus, Xenen cum omnibus ministris comprehensam, nulla modestia tritemi impositam, Byzantium misit. Quò cum illa inuicta peruenerit, in Oriëntali palatii parte custodiebatur. Et primùm hoc atque grauissimum Thessalonica opus, ducis Constantini fuit. Alterum quòd collecto omni Macedonia exercitu, Imperatorem iuniozem inuasit. Nam Christopolim profectus, à præsidio transitum postulauit: minitans, ni vltro darent, coactos facturos. Quod cum illi recusarent, perrupta longi muri parte, omnem exercitum prohibente nemine traduxit.

Constantini Despota malum omen.

Thessalonica cõsis sedicio.

Constantinus Despotes in carcere re conciliatus.

DE VARIIS IUNIORIS IMPERATORIS CONSILIIIS.

Imperator autem cogitatione his de rebus suscepta, cum se in arcum coactus cerneret: Prostratorum synedrium, Thracis exercitibus datis, ad custodiendos Imperij sui fines, qui versus Byzantium spectarent, & ad Syrgiannis incurfiones prohibendas, misit. Ipse verò mirabilibus quibuldã machinis & dolis inde patruum Despotam oppugnare instituit. Ac primùm edicta plurima festinanter conscribi iussit, quibus iureiurando sancitæ pollicitationes continebantur pecuniarum, possessionum, honorum, si qui eo Despotam captũ adduxissent, eaque prætereuntibus plebeis hominibus dedit, vt abiicerent, & de industria spargerent, cum iuxta Despotæ castra, tum passim in viis. Deinde obitũ aui Imperatoris vbique proclamari iussit, qui à Byzantiis per seditionem roccisus esset: idque huiusmodi commentorum artifices vbique vulgarit. plerique etiam iureiurando addito, se interfuisse, & suis oculis acerbum illius interitum vidisse. Et vt rem confirmarent, albos pilos ostenderit, lanè quille quasi essent à populo è capillo & barba senioris Imperatoris auili & dissipati. Quæ cū in pagis & vrbibus, atque in primis in Despotæ castris audirentur: animos hominum variis cogitationibus distrahebant. Tum dissipata illa edicta inuenta, cum Despotæ traderentur, retro-

Sparsa litera liberales.

Consiliis Imperatoris obitum.

rem illi haud sanè reprehendendum incussurunt: vt intimorum cohortationibus adductus, provisionem illi exercitus iam iam imminere affirmantium, Thessalonica se fuga reciperet. His sub hyemis exitum actis, veris initio à seniore Imperatore triremis cum arcanis literis ad Cõstantinum Despotam mittitur, quibus iubebar, vt eadem naui viginti quinque sediciosos, qui Thessalonicesem populum ad nouas res molientas incitarent, vinctos mitteret. At illi priuquã hoc fieret, periculo suo cognito, clam populo conscitato & turribus concensis, sacra tintinabula pulsan, inchoandæ seditionis signũ. Statim igitur cõcursum ad aedes Despotæ factò, ipsum quidem non repererunt (præmonitus enim in arcẽ se receperat) sed obuios quosque partim occiderunt, partim bonis ereptis in carcerem coniecerunt: deiectisque domibus, & omnibus opibus direptis, arcis portas incenderunt. Quo Despotes visò, rebus desperatis, conscenso equo in Charitæ monasterium properabat. Vbi à persequentibus comprehensus, monasticum habitum vel inuitus induit, ad instantem interitum declinandum, quem subitus ille casus minabatur. Inde captiuus ad Imperatorem nepotem ducitur, qui se longè humaniorem omnibus proceribus & satellitibus suis illi præbuit. Nam hi quidem quasi carniem eius deuorandarum, & sanguinis quærendi, auidi, statim eum laniaturi videbantur. At Imperator illum amplexus, à vulneribus defendit. Post die verò suis obsecutus, Didymotichi in carcerem sanctissimum & atrocissimum coniecit. Promontorium enim in quo Didymotichos oppidulum situm est, vna rupes est, quæ cum ad excidendos lapides apta sit, incolę subterraneas in ea cellas & cisternas solerter excauarunt. In talem igitur cisternã, omnibus aquis exhaustis per scalas Despotam demittunt, vnũque cum eo puerum qui illi ministraret: alium præterea neminẽ prorsus vel prospicere illuc sinentes, sed operculo iniecto illic custodiebant, ob loci angustias miserimè affectos, & vt omittam cetera mala, tenebras iniquã & vapores, quomodo maius illud & horrendum malum declarem? Cum enim perangustus esset locus, aliter fieri non poterat, quin olla quæ excrementa capiebat, & panis quo famem solaretur, in proximo iaceret. Quo animo eos fuisse probabile est, cum eis vescendum esset in tanto fetore: Ad hæc, cum olla vesperi funiculo artraheretur, sæpe in Despotæ caput effusa est, seu custodibus de industria illi illudentibus, seu inuitis illis olla euerfa. Verum Imperatore multorum religioforum precibus exorato, tandè in leuiorem carcerem est trãslatus. Quæ cum sic accidissent, Imperator animi dubius, quid agendum esset nesciebat, quodũ malis remedium quæreret. Quicquid enim incipiebat, mirabiliter in seipsum conuertere cernebat. Itaque aperto Plalterio, dubitationum suarum explicationem quærenti statim oblatum est versus primus: DVM COELESTIS DISSOCIAT REGES, NIVB CONSPERGENTVR IN SELMON. Vnde cum intellexisset, omnia quæ in illa perturbatione fieret, à Deo decreta esse, licet homines arcanas Prouidetiæ rationes ignoraret: statim ad reconciliatiõnẽ & pacta priora nepotẽ prouocat.

Andronicus senior forte Psalterij ad ductus, pacẽ spectat.

Syrgiannis consiliis necessariò aduersatus, qui iam olim talis status cupidus, nulla mora interposita statim occurrit. Suprà enim diximus, Imperatoris potestatis licentià iuniorem Andronicum ambuisse: habitum verò & sollicitudines toto impetu à se repulisse. Ac nisi à familiaribus subinde obturbantibus, ad totius Imperij affectationem impulsus fuisset, priori pacificationi acquieuisset. Enimverò cum in præsentia accersitus, Rhegiū primò venisset, ibique matrem adisset: (iam antè enim è carcere educta, & illuc futuræ pacificationis ergò præmissa fuerat.) ibi cū matre, & per matrem omnia quæ fieri oporteret decernit.

DE ALTERA IMPERATORUM PACIFICATIONE.

Intra paucos verò dies, & ipse cum auctore Imperatore ante vrbs mœnia congregitur, sene insidente equo: cum ipse amplius vno stadio antè ex equo descendisset, ac quamuis auctore multum refragante & vetante, tamè pedes accessit, eiusque equo insidentis & manum & pedem osculatus est. Deinde equo rursus conscenso, cum amplexus est, & osculante parum osculatus: statimque pauca atque obiter colloqui, discesserunt, sene in vrbs reuerso, adolescente verò iuxta ædem factos sanctæ Dei genitricis PEGÆ castrametato. Vbi dies complures commoratus, interdum etià Constantinopolim ingrediebatur, & rursus egrediebatur. Tum enim etiam mater eius, partim ob infirmitatem quandam, partim propter charissimam filij consuetudinem, ad eandem ædem commorabatur. Ibi cum illa etiam Simonis agebat Cræana, Imperatoris filia, modò è Scruia defuncto marito reuersa, quæ patri ea quæ hinc inde susurrabantur planius exponeret.

DE ESAYA PATRIARCHA.

EO tempore monachus quidam ex montali dignitate pradius, & cōiungendarum penè literarum imperitus, in vrbs venit, quem ob nimiam morum simplicitatem Imperator in recens defuncti patriarchæ locum suffecit: quamuis multa crimina liberè illi obiecta testataque fuissent, propter quæ olim etiam nullum in sacris gradum consequi potuerat. Quamobrem diuino iure ob humanam cupiditatem spreto, passus est Deus à simplicissimo illo homine eos principatu deiici: qui tanto studio pro eo contenderant, vt progressu historiarum res ipsa declarabit. Cæterum is patriarcha cum primùm solium conscendisset, Imperatoris singulari beneuolentia fretus, Philanthropenum pincernam in pristinum gratiæ locum reposuit, quem ante annos octo & triginta ex inuidia amississe oculos ostendimus, qui in negociis Imperatoris statim, præsertim verò in tantis rerum turbis, tantum consilio excelluit, vt viri prudentiores sibi Scipiones & Thebanos Epaminondas cernere viderentur, non sine admiratione (cum res humanæ firmi & proprii nihil habeant, sed Fortuna continenter mutatione & destructione illarum triumphet & crebris vicibus velut in Tragedia vitam deludat)

Alexius Philanthropenum Philadelphiam obsidione liberat.

quo pacto iudicium illius integrum atque incolumem illam superasset. Quæ cum inuidiæ repagula iam amouisset, eum è condemnationis fordibus reuocauit. Testimonio est orationi meæ illud tempus, quo virtus eius veluti Lydio lapide explorata enituit. Nam cum finitimi & suburbanii Turci Philadelphiam obsidione tum cinxissent, & continenter oppugnarent, foris ipsi, intus verò dira fames: indigenæ qui restabant, in periculo erant, ne cum ipsa vrbe, atque aris & focus, Turcis proderetur, idq; intra paucos fortasse dies accidisset, nisi Alexius Philanthropenus illius periculi tempestatem propulsasset. Nam in angustias redactus Imperator, & consilij planè inops (neque enim arma, neque iustus exercitus ad vrbs tor stadiis à mari distitam, & à tot gentibus cinctam, defendendam suppetebat) hunc ipsum ablegat, nihil secum afferentem, non exercitum, non arma, non pecuniæ copiam: sed tantum naturalem prudentiam, & vltimum rerum. Qui priusquam ad vrbs accessisset, cum in medio adhuc itinere esset, hostium satrapæ & duces fama audita, statim abiectis armis ab obsidione recesserunt, viri virtutem veriti: & supinis simul manibus & pacatis animis eum obuiam progressi exceperunt: & beneficiorum quæ olim ab illo accepissent memores, gratias ei egerunt, se quicquid petiisset facturos pollicentes. Quidam enim eorum vitam olim eius opera conseruauerant, partim eo magistro educati, & ad arma & militiam instructi fuerant. Et quid multis opus est? Philadelphiam subitò ea felicitas & vbertas exitit, vt maximum frumenti medimnum drachma cōpararetur.

DE SYRGIANNE IN CARCERE CONTECTO.

Syrgiannes verò Imperatorum concordia minime lætus, animo æger, & tristi vultu obambulabat: maxime quòd tranquillis rebus, nullus eius vsus in Republica esse videbatur. Quare in consensibus & circulis & vis libenter cum illis loquebatur, quibus communia negocia incōmodarant: & Imperatoribus conuiciabatur, vt à quibus summis affectus esset iniuriis, cum aduersissimis temporibus nunc huic nūc illi maximo vsui fuisset. Cum autè Asanem Andronicum mœrore plenum obambulantem conspexisset, cui tempore dissensionis Peloponensium Romanorum prætura mandata fuerat: deinde verò per ignominiam à iuniore Imperatore pulsus, & ad fenorè profectus, nihil eiusmodi impetrarat, quò dolor eius leuaretur, quamuis magnis honoribus dignus esset, vt Sebastocratoris, & maioribus etiam, cum ob rei militaris vsum, quo tum alios superabat, tum ob illustre genus. Quibus de causis Syrgiannes ad illius amicitiam, quæ simili mœrore excitabatur, sese adiungit: quo vt amico fretus, omnia quæ dolor fert, sine vlla dissimulatione eloquitur. Asan verò singulari prudentia tractans virū, verbis haud dissimilibus, & ipse Imperatoribus malè dicebat scilicet: omnia verò quæ à Syrgiannē dicebatur, animo recedebat. Eius enim ambitionem prius etià oderat: tum verò moleste ferebat, eū genero suo Cantacuzeno, magno Domestico, qui apud iuniore Imperatorem potentissimus erat, & ipse subinde bona ipsum solabatur, esse

Asan Andronicum Syrgiannem decessit.

esse inimicum. Cum autem tota fabula instructa esset, Asan imperatorem auunculum clam adit, & Nisi Syrgiannē (inquit) Imperium affectatorem primo quoque tempore in vincula coniecieris, primo quoque tempore ab illo occideris. Statim igitur Syrgiannes in vincula conicitur, domum eius cum omnibus opibus plebs euertit & diripit: solem ædium cum vineis, in ouium pascua cōuertitur. Et hæc quidem ita gesta sunt. Neque verò ea mihi prætereunda silētio videtur, quæ hoc tempore de Paschate disputata sunt. Nam cū de more palatii ingrederer, tali colloquio interueni. Ac cætera quidem, quæ quamuis & ipsa honesta sint, & digna eruditum auribus: tamen cum & multa sint, & occupatis hominibus non admodum scitura necessaria, prætereantur. Quæ verò scitura digniora, & iucundiora, exponantur.

DE PASCHATIS CORRECTIONE.

Mentionem intulit Imperator de astronomia & cœlestibus orbibus & stellarū tam errantium quam fixarum motibus, vt mihi pro sua erga me beneuolentia disserēdi occasione suppedicaret. Ego verò eam disciplinā magnoperè collaudans, quòd & mentis oculos mihi repurgasset, & cæteras omnes disciplinas quasi viuus coloribus exornasset, quæ sine his reuera nihil rudia lineamenta essent: inter cætera verò etiam paschatis incidit mērio, quod ego & ipsum illius disciplinæ partē esse dixeram: præsertim cum longo tempore de re, vt me diligens inquisitio edocuerat, non nisi iis nota qui astronomiam degustarunt, ad Imperatorem referre cuperem. Tum igitur, quod parturiebat, data occasione peperi, non tamen sine magnis difficultatibus. Erāt enim qui ea ratione haud percepta, multum mihi negocij facerent. Ac nisi Imperator, qui solus meam orationem intelligebat, arrepta occasione excellentis scientiæ suæ thesauros aperuisset, & insigni beneuolentia viam orationi meæ patefecisset, forsitan per iniuriam condemnatus, non pulcherrimè sterissem. Qui cum effecisset, vt & ego verba facerem, & illi taceret, primùm velut fundamenta quædam ieci, deinde reliquum ædificiū ex iis extruxi. Ac primùm necessariam esse dixi, accuratam verni æquinoctij inquisitionem, à quo (vt post dicetur) cætera omnia pendent. Deinde proximè sequentis plenilunij obseruationem, quod die circiter decimaquarta à coitu solis & lunæ in eadem zodiaci parte perpendiculari contingat. Cum autè pascha nostrū Mosaicum respondeat, hoc verò plenilunium æquinoctio proximū spectet: iis explicatis, ratio nostra omnibus perspicua erit. Exquisitum æquinoctium binis tantum anni diebus naturalibus accidit: vnum autumni initio, de quo nobis laborandum non est in præsentia: de altero verò quod vere contingit, accuratè agendum. Fit igitur exquisitū æquinoctium in vere, cum sol primam arietis partem ingreditur, in qua etiam æquinoctialis circulus ab astrologis describitur. Neq; verò singularis annis eodem modo fit: sed apud Nabonassarē sub finē vespere vigesimi quinti diei Martij, apud Philippum Aridæum sub meridiem vigesimi quinti diei eiusdem mensis, quibus autem

Verni æquinoctium & plenilunium.

Nabonassar.

Aridæus.

diebus Christus pro nobis mortem oppetiit, die vigesimo tertio, multum ante solis ortum, ac potius media illa nocte: nunc verò nostra ætate, die decimosextimo. Horam diei, aut partem horæ curiosè non excutio, quòd huius instituti non est: & tantum tēpus terer. Quare interieci temporis discrimen hinc colligi potest, & quando tempus vno die aut biduo aut pluribus etiam differatur, hoc verò non ratione motus solaris accidit, qui æqualis est, nec vsquam desecit: sed ob enumerationem dierum anni, in qua nos labimur, trecentenis sexagenis quinis diebus integrum vnius diei quadrantem adiciendo, contrā quàm oportebat. Vt enim Ptolemæus auctor est, non quadrans integer, sed trecentesima diei parte minus est addendum: vt autè ego diligenti inquisitione cōperi, maiori & minimè trecentesima parte. Quam meæ rationis certitudinē, nunc explicandi locus non est: viderint hoc, qui sequentur, astrologi. Sed tamen sit ita, vt ille dicit, ea enim ratio in annis non plurimis parum nostram disputationem impedit. Eo igitur auctore, annis totis ccc integer dies naturalis constat: & minuta illa diei pars, tot annis euidenter apparer. Ternis verò, quaternis, quinis & denis, aut ter etiā toridè, exigua illa accessio nō sentitur: quæ si derū periti ante nos post tot annos subtracta, æquinoctij diem exquisitè repererūt, & pascha vere correxerunt: eaque correctio facta est ab Adamo vsque ad annum sexies millesimum, & prope trecentessimum. Ex eo verò tempore ad nostram vsque ætatem res neglecta, nescio quomodo incorrecta mansit: & qui nostro tempore in Ecclesia paschatis obseruationem proximè vigesimum Martij diem auspiciari debebant, eam à vigesimo secundo auspiciantur, non rectè sanè. Nam cum pascha ex lege non aliter nisi in oppositione & plenilunio celebrari debeat, satis cōstat, mutato æquinoctio, plenilunium etiam mutatum esse. Vnde sequitur, Iudæorum etiam pascha mutatum esse: eoque mutato nostrum etiam esse mutandum, quòd ab illo pender, cui vt fundamento innititur. Facile autem hic error corrigeretur, si biduum derrahere voluerimus. Tantum enim spacium tot interiectos annos postulare, methodus astronomiæ docet. Quod nisi fier, error haud paruus incidit: & sit interdū, vt sæpe iā factū est, vt opinemur primo & Dominico hebdomadis instantis die plenilunium esse, cum id in sextū eius quæ antecessit hebdomadis incidit, & nos ob cum errore alium atq; alium Dominicum diem expectemus, & Christi passionem in hebdomade resurrectionis celebremus. Vnde quæ errata consequantur, non est obscurum. Hæc autem non ineptè, neque temerè ab autoribus esse posita, sed rationem singula probabilem habere, iam declarabo. Hebræi plenilunium quòd æquinoctium sequitur obseruant, quo & agnum immolarunt, & ex Ægypto fugerūt. Nam illius anni æquinoctium die Martij nono & vicesimo fuit: & quòd secutum est æquinoctium, posttridie, qui secundum illos decimusquartus mensis Nisan fuit, quem illi Martij nostri loco primū anni mensē numerant. Neque enim vt nos, neque ab vno eodemq; die, menses & annos Petrus, Alexandrini, Ægyptij, Iudæi auspiciantur: sed

Diversa anni initia.

ſinguli aliter. Alexandrini tertio Cal. Septembris annum ſuum auſpiciantur: Egyptij nunc ab eodem, nunc ab alio, & ſubinde aliter. Perſæ, Medi, Indi, neque cum his, neque inter ſe conſentiunt. Iudæi verò nunc ab hoc Martij die, more noſtro, nunc ab alio in ſuo Niſſan auſpiciantur. Nam à congreſſu ad congreſſum duorum luminum, menſium circuitus numerant: eum meſem qui vernū æquinoctium continet, quem Niſſan vocant, reliquorum menſium principium conſtituunt: cuius ipſius incertum eſt principium. Dominus quidem Moſi olim dixit: Menſis hic vobis princeps menſium erit inter anni meſes. Decimo huius meſis die domi quiſque ſuæ Iſraelita ſumer agnum, & iſ aſſeruetur à vobis vſque ad decimum quartum eiusdem diei: tum eum maſta bunt verſus veſperam, & comedent. Erit eis hoc inſtitutum æternum in generationes veſtras. Hac de cauſa, & in memoriam illius diei, quotannis feſtum Paſchatis celebrant. Præterea migratio ex Ægypto, eis typus eſt tranſitus ex hoc ſeculo in futurum. Quod cum veſperam habiturum nõ ſit, aliquo modo ſine veſpera etiam ſolennitatem illam eſſe oportere aiunt: id quod ſit, cum luna plena lumine noſtrum hemiſphæriũ obtinet. Solis enim occaſum ſtatim tunc exortus lune ſequitur, nec vllam horam cœlum nobis obſcurũ eſſe ſinit. Fuit igitur tum quoq; vt probabile eſt, in noſtro hemiſphærio luna plena luminibus, ſexta ſexti illius diei hora, centum & octoginta partibus à ſole diſtans. Quamobrem moniſtroſa viſa eſt tum aſtologis, & ſupra rationem facta ſolis defeſtio: neque enim cauſam in natura aliquam habebat. Nam cum eandem vtrunque lumen partem occupat, naturales ſolis defeſtiones contingunt, luna ſolem ſubeunte. Eam verò partibus 180. diſſitam retrò cõuerſo curſu ſolem ſubiſſe, id verò ſupra naturalem rationem factum eſt. Quare id miraculum aſtronomi ante omnes ſunt mirati, & Deum eſſe qui pateretur dixerunt. Nam in doctis minimè quidem id portentofum, ſed vſitatum ſuperioribus etiam annis viſum eſt. Eo igitur plenilunio Paſcha Iudæi immolarunt: eo æquinoctium fuit: eo & Seruator noſter mortem pro nobis oppetiit. Omnibus portò notum eſt, tertium fuiſſe diem poſt Legis illud feſtum, quo Dominus noſter à morte reſurrexit, meſis Martij diem xxv. Quæ duo vtrique eodem tempore, nimirum & meſis diem, & reſurrectionis myſterium biſariam & trifariam & multifariam diuiſa, priorũ cõtus obſeruauit. Nam alij meſis die perpetuo inſtituto noſtræ feſtiuitatis miniſtrum exegerunt, alij paſchatis diem ex obſeruatione legis prius indagabat. Deinde tertio ab illo myſterium noſtrum celebrabant: vnde in feſta, vt ita dicam, feſtiuitas extitit, & non parua ſeditio & perturbatio in Chriſti Eccleſiam inuaſit. Nam ſi ſemper in tertium legalis Paſchatis diem eodẽ tempore incideret, & quintus ac vigefimus dies eſſet melius eſſet feſtumq; cõſentiret. Sed quia perrò fit vt ſimul incidant, & vix intra annos plurimos: id verò perpetuũ ferè eſt, atq; annuũ, vt alterum ab altero diſtet: alij æquinoctij plenilunium ante uerterent, alij ſecuti ſunt: alij ſpretis æquinoctiis & agnis, & ſacrificiis & omnibus legitimis ritibus, quadageſima tantum numerata,

Plenilunij auerſionis typus.

Eclipſi ſolis in 60.

æquinoctium abſoluerunt, vtrunque cecidiſſet. Hinc multa confuſio & perturbatio extitit ex vnicare. Annon enim probabile eſt, alios cibis abſtinuiſſe, & Seruatoris paſſionẽ cum dolore eſſe recordatos: alios verò indulgiſſe genio, & eius triumpho exultaſſe: & quod rectum vtrunque fuit, non rectè obuiſſe, vnum in multa diuidendo, & Eccleſiæ concordia diuellenda, & vnionis pulchro viculo rumpendo? Hac igitur ſeſtione animaduerſa, religionis proceres diuini magiſtri, ſanctiõibus canonicis velut aggeribus quibusdam obiectis, prohibent, ne quis fidelis ante venum æquinoctium Reſurrectionis feſtum celebret: ſed die Dominico poſt paſcha Iudaicũ, nimirum poſt plenilunium, quod æquinoctium ſequitur. Quibus de cauſis cuiſlibet fideli diligenter eſt id plenilunium quærendum, quod æquinoctium ſequitur: niſi ritus Eccleſiæ violare malit. Hoc enim ignorato, ſequitur etiã feſtiuitatis diem ignorari: nõſq; velut in ignoto pelago perinde ac errantẽ nauem, facere naufragiũ, quæ nocte & tẽpeltatibus exagitata, & anchoris ſpoliata, in portum peruenire nequit. Hęc ad hunc modum explicata & demõſtrata, Imperator cũ voluptate accepit: fortaliſ etiam correptionem aggreſſurus, niſi veritus eſſet, ne indocti magis perturbarentur, ac diſſideret Eccleſia. Itaque rem ſilencio præterit, & planè intactam reliquit: Negauit enim eſſe facile, vniuerſos in quauis terra & inſula percurrere, & correptionem hanc edocere. Contrã, diſſenſiones eſſe, & alios alio die feſtum celebrare, ne id quidem valde bonum eſſe. Quibus incommodis inter ſe collatis, præſtare viſum, ne quid nouaretur: ſed ita manerent omnia, vt ad nos perueniſſent. Mihi verò contrarium magis probabatur. Nam omnes eiſdem Imperij ciues, ſi non vno, at altero & tertio anno eodẽ adduci poſſe: id quod & ante nos olim, vt diximus, ſæpe factũ eſt. Cæterum quibus de cauſis ante diximus, Imperatoris ſententia, repudiata noſtra valuit. At que hæc hæctenus.

DE IGNORIS IMPERATORIS coronatione.

Post hæc Byzantium profectus Imperator 4. Nonas Februarij octaua indiçione coronatus eſt. Accidit autem, vt vtroque Imperatore ea de cauſa in magnum diuini uerbi Sapientiaẽ templum abeũte, ſenior lapſo equo in cœno ex aqua pluuiã collecto concideret in via: qui caſus ei ominofus eſſe videbatur, iudicio prudentiorum. Sequenti anno Panyperſebaſti filia Crali Seruiciæ principi nuptura abibat: paulo poſt & mater, eius viſendæ gratia, eodẽ ſeſe cõtulit: quã mox & Panyperſebaſtus eſt ſecutus, nolens Imperatori diutius obnoxius eſſe, ſed ſibi ipſi quærere Imperium, quod hæreditario iure ad ſe pertinet. Relicta igitur Theſſalonica cura & adminiſtratione, & ipſe ad Cralem generum ſuũ abiit, à quo ad exequenda deſtinata adiuuaretur. Ab eo igitur ſuſceptus, & vnã cum eo egreſſus, omnem regionem vſque ad Strymonem & Serras populatur. Quamobrem ſenior Imperator maiorũ malorũ metu, legatos ad eum cum Cæſareis inſignibus miſit. Quæ cũ ille Scopis oppidulo accepſiſſet, geſtauit: ſeq; deinceps quieturũ eſſe promiſit, neque

Omen amicitia Imperij. Panyperſebaſti ſeditio & obitus.

Correctio turba maioris occasione prætermiſſa.

neque quicquam amplius petiturum. Sed iam Theſſalonica rediturus, grauiſſimo morbo affectus, intra paucos dies deceſſit. Cæſariſſa verò vxor eius, cum deſiderio conſuetudinis filia & generi, tum Romanorum verecundia, propter ea quæ maritus eius fecerat, inde abire noluit. Quare pater eius coactus, Imperatori autor fuit mittẽde ad Cralem legationis, tum de Romani Imperij ordinatione, tum de Cæſariſſa cogenda vt domum rediret. In ea legatione collega ego fui, præter ceteros etiã, fratris mulieris: & in itinere non paucas experti ſumus difficultates, cũ Scythicæ incurſionis fama vagaretur, & homines in caſtella ſe reciperent, deſertis ædibus, in quibus veſperi diuerſandum nobis erat, & corpora feſta de via recreanda. Ac ea quæ ad Strymonem vſq; nobis acciderit, mitto: ibi enim grauius aliquid nobis accidit, maxime dignum auditu, ſi quis ea quæ & dolorẽ & riſum excitant deſideret. Temeritate enim noſtra, quæ Democriti ſplenẽ poſtulet, in id periculũ denenimus, quod vel Heracliti lachrymæ exhauriatur. Norũ enim omnes, Strymonem fluium & pedibus & equitibus eſſe imperium, q̄ maximũ eſt inter Macedonicos & Thracios amnes, qui in Hellespontum & Ægeũ mare exonerant. Oritur enim è maximis montibus, qui à ponto Euxino exorſi, continentibus iugis vſque ad Ionium mare portiguntur: qui verſus Meridiẽ & Auſtrum, Thraciã & Macedoniam, verſus Septentrionem Myſias & Iſtrum fluium terminant: qui & ipſe maximus inter eos qui Scythiam perfluunt, quinque hoſtiis in Euxinũ pontũ irumpit. Hunc igitur Strymonem talibus fontibus ortũ, & ad eodẽ vorticolum, exigua nauicula traiciendo, nũc ſinguli, nunc terni, interdũ cum ipſis iumentis, magnã diei partem cõſumpſimus. Noſtrum enim & iumentorum numerus c x l exceſſit: & iam ſol ad occaſum vergebat. Cũque ibi diuerſari deberemus, malo conſilio progreſſi ſumus, ſperãtes nos iuſta diuerſoria inuenturos, priuſquam ſtadia x v conſiceremus. Sed ea ſpes fruſtrata nos eſt: nam prædonum continentes incurſiones locum illum paulo ante celeriter vaſtum & deſertum effecerant. Proinde velut erroneſ quidam, rebus noſtris Deo incertæque ſpei commiſſis, vagabamur. Occubuerat ſol, tenebre operiũt omnia, luna abeſt, modò enim alterũ ſuũ circa terrã eccẽtricũ prætergreſſa, quadratòque radio ſolẽ intuens, parum noſ ſuo lumine iuabat. Quare in denſiſſimis tenebris, vt ij qui per Tænarum ad inferos descendere, aut Trophonij antrũ ſubire perhibentur ambulamus. Nam ad illunem noctẽ etiam tumulorum in circuitu vmbra accedebant, quorũ vertices cœli cõſpectum ita nobis eripiebãt, vt infelix iter ne ſtellarũ quidẽ obſeruatione regere poſſemus. Tum verò animus quod aiãt, in pedes mihi decidit, ob lōgi itineris difficultatẽ. In ſaltũ enim denſum & inæqualẽ incidimus, quo cum & veſtes & calcei noſtri ſentibus & ramis arborum lacerarentur, oculis metuẽtes, equorũ habenis & flagellis omiſſis, manibus faciẽ cõtextimus. Noſtri verò comitatus nonnulli, quid nobis fieret pauim curantes, vociferabantur, & tragicas cantilenas cantabant, & res geſtas veterũ herorũ (quorum famam accepimus, ſed certi nihil habemus) celebrabant. At

Legatio Gregorie ad Cæſariſſam.

Strymon fl.

fauces & conualles in quibus hærebamus, repercuſſa voce à circumiacentibus montibus, velut alternis reſpondebant, vt in choreis fieri ſoler. Quamuis autem meipſum cõfirmare vellem, ac recipere animum ſtuderem: facere tamen non poterã quin viam execrerer, & ſubinde inſidias, latrones, ſicarios expectarem, qui ex obſcuro nos adorti occiderent. Dum autem in his fumus, ſubito viri quidã ex illis rupibus & caernis exurgunt, nigris induti veſtibus è lanis & velletribus, quæ pecudibus detraxerant, diabolica planè ſpectra: ſed non armati erant, niſi falſis & bipõnibus, plerique ſine thoracibus & galeis. Erãt etiã qui fundas & arcus geſtarent. Ac principio quidẽ fieri non poterat, quin noſtris & intẽpeſta nocte, & ignotis in locis terrorem incuterent, præſertim cum noſtra lingua haud vterentur. Illius enim loci incolæ plerique Myſorum coloni ſunt, & communi cum noſtris popularibus victu vtuntur. Deinde recepimus animos, & ad nos rediimus. Nam ſua lingua nos comiter & hilariter ſalutabant, nec quicquam inſeſtum & latrocinij ſimile præ ſe ferebant, ſive quod pauci cum multis congredi non audebant: ſive Deo ita gubernante, quod & probabilius altero mihi videtur. Cum enim ibi habitarent, & in iis præcipitiis inſidias collocare cõſueuiſſent, & ſyluã denſitate plurimũ iuarẽtur: obſcura nocte nobiſcũ, qui peregrini eſſemus, vt videntes cum cæcis pugnaſſent. Sed tamen cum eos reſalutaſſemus (erant enim nonnulli è noſtris, ſermonis eorum non plane rudes) cur ibi degerent, hanc cauſam paucis afferbant: ſe cuſtodes eſſe viarum, ad propulſandos eos, qui finitimos agros clãm inſeſtare vellent. Cum iam tertia noctis pars effluxiſſet, vt è quibusdam ſtellis, quæ ſupra capita erant conſpiciebamus, latratũ canum procul audiebamus, qui nos tantum non inuitabant, & pagum frequentem eſſe oſtendebant, in quo feſti de via ſi non abũde, at quantũ ſatis eſſet refici poſſemus. Quò cũ propere perueniſſemus, alij alibi diſperſi, diuerſoria intrauimus, veluti è tempeſtate & naufragio in portum vtrunque eluctati. Quod ſi eſurienti quibus panis ſuauiſ eſſe dicitur: nobis tũ in cineribus volũtari ſuaue & humanum videbatur. Poſtero die in itinere exacto, oppidulũ Strumirzã intrauimus, quod penè ſupra nubes eminet, ad eodẽ prærupto & excelſo monti impoſitum, vt homines in propugnaculis ſedentes, è valle ſuſpicientibus auiculæ videantur. Ibi ſacrum Paſcha, moleſtè id quidem, & præter veterem noſtram conſuetudinem ſed tamen celebrauimus. Ibi enim omnis doctrina, rythmi & Muſica ſacræ hymnodia: pro nugis habentur: quippe cum oppidani barbara ferè lingua vtantur, & iis ſunt moribus qui aratrum & ligonẽ in primis deceãt. Canebant illi quidem, ſed ſine vlla arte ſine vlla concinnitate, vt lupos aut canes vlulare diceres. Ibi cum toto die cõſiſteremus, partim ſolenitatis, partim acquieſcendi cauſã, è mœnibus tanquam nubibus in ſubiectam vallem proſpectantes: quũ alia quæ in feſtiuitatibus fieri ſolent, tum choreas virorum, adoleſcentum, quorũ ſpectamus, ne omnis feſtiuitatis expertes eſſemus: & multo quidem iucundius, quam Spartani ſua Hyacinthia, aut Athenieſes ſua Iouialia, cum

Perculsum latronum.

Strumirza.

eis illa festa in agro suburbano celebrare visum fuerit. Ut enim is magis delectaremur, in causa erat pietas: & quod peregrè & à nostris remoti, velut in vasto pelago in insulam perueniremus, ybi omnia iucundiora videntur quam reuera sunt. Tertio inde die Scopia peruenimus, Triballorum oppidulū, quod ab Axio flumine alluitur, quod post Scymonē maximū nobis videbatur, & iisdem quibus ille montibus erumpēs, ab ipsa quidē origine non tantū, sed in decursu mōtium multis torrentibus auctum, & nomine in Bardarium mutato, aliquando & quibusdam in locis nauigabile est. Vbi regis, cui Triballi omnes summa cum obseruantia parent, focrum conuenimus, generosam Cæsariissam, lugubri habitu animi dolorē testificantē. Erat enim ob recentē adhuc casum perturbata: auctōq; conspectu nostro dolore, tota in lachrymas & lamētationes soluitur, crebrō maritū Cæsariē, multorū Imperatorū stirpe ortū in clamans, formosum, aureum, dulcē, omnibus bonis vndequaque refertū. Pectus eius mare calamitatū erat, oculi fontes lachrymarū, totaque mœroris fluctibus mergebatur, in terra deserta & aliena, & (vt ita dicā) ad flumina Babylonis, desituta ab amicis, parētib; cognatis, popularibus, omnibus denique rebus, quæ animum graui tristitia oppressum consolantur. Cur, inquit, in acerbitate lumen datur, & afflictis animis vita? Hæc & id genus alia dicens, laniabat genas, & sanguinis riuos vnguibus eliciebat, tantū non robora & saxa, ad dolorem & lachrymas commouens. Inde nos consolando & monendo sedare dolorē eius conabamur, hinc optimus illius frater, inde legationis collega, nunc ego, nūc legatorum quiuus, nunc vniuersi: donec tandē effecimus vt respiraret, non quidem penitus, & vt nos oprabam, sed aliquo modo tamē. Erat enim alioqui prudentissima nostræ ætatis matrona: facileque intelligebat, & animo recōdebat, si quis in tempore rectē suaderet. Tum igitur nobis quoque, quicquid ad consolandum pertineret afferentibus, planctum quidem & lachrymas compescuit: animus verō eius ob calamitatis magnitudinem, nullam consolationem admittebat: sed capite manui imposito, omnes sensus ad animi penetrabilia reuocabat, sæpe mariti simulacrum animo sibi representans, fortunāsque suas subinde reputans, tota cogitationibus fluctuabat, tum alia pectore versans: tum vt supra cedros Libani exaltata, & liliis agri pridē floridior, & felicitate omnes æquales suas prætergressa, subito concidisset, florēque suū mirabiliter carpi & marcescere videret. Ob hæc igitur cū profundis suspiriis gemebat, velut è magno camino acerbis in ternæ fumos euoluens seruētēs & flāmeos. Tandem & nostro conuentu dissoluto, suum quisque diuersorium petiit. Diebus interim decem elapsis, cum Triballorum princeps in proximo ageret, responso quale petebatur vni è legatis daro, eoque abire iulso, vnā cum vxore ad focrū consolandam, aduenit, legationis reliquum absoluturus. Id verō erat, vt Cæsariissam modestē debitāque cum reuerētia, partim vt focrum suā, partim vt Magni Imperatoris viduam, denique vt insigni calamitate affectam comitaretur: quæ omnia exiguo tempore confecit, vt ipse putabat,

Scopia. Axius.

Bardarius.

Cæsariissa luctus.

Cæles focrum comitatur.

pulchrē, sed reuera multum infra dignitatem. Verūm, vt prouerbio dicitur, simij simiorum, formicæ formicarum more suas res administrant, quod si aquilarum & leonum ritu haud possunt, id in eorum potestate situm non est, ob primorū vilitatem, & prudentiæ cuncta regentis penuriam. Quare sapiens ille fuit, qui primus animo concepit, & lingua expressit, siue id Thales Milesius fecerit, siue Plato, seu potius vterque acceptum alter ab altero, Beatū esse sese, qui non barbarus, sed Græcus natus esset. Nam & mihi aliquid haud dissimile, ipsa experientia edocto, in mentē venit. Sed ne lōgum faciamus, illuc nobis redeundum est. Cum enim in reditu vnus diei iter progressi essemus, discessimus. Cæsariissam enim vrgebat necessitas, vnā cum cæteris eundi Thessalonicam, vt extrema coniugis mandata exequetur. In extremo enim ille spiritu mandarat, vt suum cadauer in eam vrbe mperferretur. Me verō cum certis mandatis quamprimū Byzantium ire iussit, Triballo quodam adiuncto, qui nobis per asperas vias ducendo molestum effecit reditum.

Innata barbaries moribus incurabili.

DE ALTERA IUNIORS Imperatoris coniuge.

Hoc tempore cum Alemanna Irene iunioris Imperatoris vxor, absque liberis decessisset, alteram è Langobardia acceperit, quam mutato nomine Annam appellauit: ex eaque liberos suscepit, vt orationis progressu dicemus. Sed cum aliquando in Chersoneso venationibus vacaret, accidit vt lxx Turci, naufragio facti in litus eicerentur: qui satellitibus Imperatoris longo tempore fortiter resisterunt, adeo vt priusquam ibi occiderentur, non Romanos modò multos, sed Imperatoris etiam pedem vulnerarent, cuius ictus dolore diu est confliktatus. Iisdem temporibus, cum Orientalia negligenter, pleræque vrbes & prouinciæ Bithyniæ sunt à Turcis subactæ. Est & Prusa fame domita. Hoc etiam tempore Manichæorum doctor, vir prudens, cum prudentioribus factionis suæ ad orthodoxam nostram Ecclesiā se contulit: qui sectæ suæ ritibus ex animo abiuratis, sacrum baptismum susceperunt. Vellem equidem & sectæ illorum dogmata hoc loco referre, vt lectoribus rilius materiam præberem: sed cum ea ab aliis ante nos exposita & refutata sint, nos verō ad absolueudam historiam festinemus, his omiſſis illuc redeamus,

Andronicus iunior à Turcis vulneratus.

Bithynia à Turcis occupata.

DE PRODIGIIS QVÆ Imperatricis vrbe captiuitatem præcesserunt.

Observati dignæ sunt impendentium malorū prædictiones. Prodigia enim statim anni initio apparuerunt, quæ satis ostenderent, eo anno instare calamitatem. Nam incipiente sexies millesimo octingentesimo & trigelimonono, Calēdis Septembris luna prorsus obscurata est. Cuius initium adhuc noctu cœpit, durauitque donec orto sole ipsa terram subijt. Id ostentum clandestinos sanē dolos significauit, sed non planē improuisos, qui ad magnam publici status perturbationem cōcinarentur. Sub quartam porrò eiusdem diei horam, sacris imaginibus veteri

Eclipsis luna.

veteri more, vnā cum Imperatore, patriarcha & pontificibus ad porphyriticam columnam congregatis, cui sacra crux insitit, cum sacri hymni canerēt, porcus alicunde elapsus, subito in medium psallentium cœtum insilit, multo cœno inquinatus: & variè huc atque illuc vagatus, vix tandem excessit. Id prudentioribus cōfusione quandam Christi Ecclesiæ, & factionem significare visum. Post semestre rursus luna defecit, colore nubilo & nigro vmbra, lumen eius obscurantis: quæ à meridionali eius exorta parte, eam vsque ad decem digitos obtegit: quod vtique calamitatem à meridiana Romani Imperij parte imminentem portendebat. Paulo post aliud etiā in cœlo signum apparuit. Cum enim sol in ipso meridie versaretur: in occidente per longum cœli spaciū nubes crucis imagine apparuit, ex albo & nigro colore veluti contemperata. Sed res alius repetenda est.

Sus religio.

Altero luna eclipsis.

Nubes crucis imagine.

NICEPHORI GREGORÆ ROMANÆ HISTORIÆ Liber nonus.

CAPITA LIBRI IX.

- Causa extreme calamitatis. Michael Bulgarorum princeps vnā cum vxore Didymotichum venit. Senioris Imperatoris ad iuniorem legatio. De Marchione Imperatoris filio. Iunioris Imperatoris oratio. Senioris Imperatoris oratio. Coniuratio patriarchæ & quorundam pontificum contra seniore Imperatorem. Legatio Michaelis ad seniore Imperatorem. De terribili Logothetæ somnio. De captiuitate Thessalonice. De fuga Despotæ Demetrii ad Cralem Seruiæ. De Basilico Nicephoro in Melenico. De intestino bello ad Maaurum flumem. De classe Veneta. De castris Bulgaricis. De duobus viris qui Constantinopolim prodiderunt. Ingressus iunioris Imperatoris in Constantinopolim. Iunioris Andronici moderatio. De aui supplicatione ad nepotem. De reuocatione Esuie patriarchæ. De humano iunioris Imperatoris ingenio. De Michaelis Bulgari incurſione. De Magni Logothetæ exilio. De magni Domestici Cantacuzeni prudentia & comitate. De Imperatoris aduersus Orchanum expeditione. De constitutione iudicum. De insula Chij, quam Nartimus tenebat, occupatione. De grauissimo iunioris Imperatoris morbo. Principium suspicionis contra Syriannem. Senioris Imperatoris monachatus. De senioris Andronici cum patriarcha colloctatione. De thesauro in Perside inuento. De notis scriptis Byzantium allatis. De bello Bulgarorum & Triballorum. De eclipsi solis. De captiuitate atque interitu Michaelis. De Bulgariis oppidulis ab Imperatore captis. De Alexandri Bulgari principatu.

De senioris Imperatoris obitu, & ostentis que eum antecesserunt.

Um iunior Andronicus vitam senioris in longissima extēdi spacia cerneret, & præ animi pusillitate principatus diuisionem ferre non posset, sed omnem potestatem in se quā primū translata veller: decreuit ei dolis & technis quibusdam, aut habitum Imperij, aut vnā cū eo ipsam etiam vitam auferre. Itaque omnia ordine, sine vlla cunctatione instruxerunt, quæ ad id consiliū ad exitum perducendum pertinerent.

Ani longa vitas nepos molesta.

DE IUNIORS IMPERATORIS ad Bulgarios missa legatione.

AC primū legatos ad Michaelē, qui Bulgariæ intra Istrum sitæ principatum post Sphendosthlabi obitum susceperat, mittunt, de sermo & non facile rumpendo fœdere inuendo. Cum enim iunior Andronicus Cralem Seruium seniori esse adiectissimum cerneret, propter recēs contractam cum filia Cæsaris affinitatem: veritūque ne suis conatibus obstaret: ipse ad Michaelē se adiungit, quippe cui nuper sororem suā despondisset, Sphendosthlabi vxorem inquam. Cum enim Bulgari regni potius esset, statim nobiliores nuptias experiuit: dimissaque priore coniuge ex qua liberos susceperat, (erat autem ea Cralis Seruiæ illius temporis soror) illius loco Imperatoris sororem Ternobi viduam agentem, matrimonij societate sibi iunxerat. Sub hoc tempus etiam natre Imperatoris Didymotichū profecta, Legati ad Michaelē mittuntur, qui eum ad Imperatorem & vxoris matrem vocarent, multis de causis. Dominam enim per multosiam annos videndæ filia cupidissimam esse (esse enim supra tres & viginti annos, ex quo matuo cōspectu illius frui non licuerit) Imperatorē etiam tum sororis nunquam antē vixit, tum mariti illius spectādi desiderio tenent, & quia gener esset, & vt archanorum fieret particeps. Quæ cū ita se haberent, Michael cum vxore Didymotichum proficiscitur, ac per multos dies & ab Imperatore & à domina publicē priuatiūque splendidissimē & magnificentissimē habitus est. Tandem sic inter eos conuenit, vt Michael Imperatori contra auum, Imperator Michaeli contra Seruiæ Cralem, auxilia ferret, quod si totum Romanum Imperium auo deiecto occupasset, magnam ei se pecuniam daturum, & prouincias & vrbes Romanas assignaturum, partim vt affini dotis nomine, partim vt focio laborum. His iraperactis, Michael cum vxore domum redit, amatissimē tractatus à focru, multisque acceptis muneribus, & promissis maioribus in posterum erectus. Hoc statu rerum fretus Imperator, & præ cæteras vrbes Byzantios quoque fauere sibi incitaretur, quod diuturnæ vitæ & torpotis aui pertæsum esset, rem dolo & calliditate gerendam censebat, vt auo deuictō solus Romanis imperaret. Cum autem pecunia ei esset opus ad tales conatus: pecuniam quæstoribus à seniore in Traciam missis, per vim eripuit. Sibi enim opus esse pecunia: Imperatorem se quoque esse:

Michael Sphendosthlabi vxorem & regni vxorem accepit.

Andronici iunioris & Michaelis Bulgari fœdus.

Nepos auo insidiatur.

Tantum autem necessarium atque æquissimum esse, ut communia negotia communibus sumptibus expediantur. Deinde se legatos Alexandriam ad Ægypti principem certis de causis missurum simulans, Byzantium proficiscitur. inde enim oneratam maximam e portu solutam, quæ in Ægyptum iret. Neque verò simpliciter proficisceretur, sed magna manu collecta prius & Thraciis urbibus conciliatis & firmatis suspectos omnes exigendo, & familiares suos introducendo. Sed dum hæc agit, quidam ex eius intinuis clam elapsus, in aui eius palatium peruenit, & omnes singularem consiliorum illorum dolos detegit: cum cætera elocutus, tunc illud etiã, ut nepos statim ei abrogare Imperiũ, aut etiã vitam eripere, si resisteretur, aut si negotium nihil difficultatis, facilemque progressum haberet: adempturum illi vnã cum Imperio etiam potestatis insignia, indutumque monasticum cucullum in custodiam daturum. Quare cauendum ne illum solita via incedentem, in urbem imprudens admitteret, sed alacriter illi occurreret: in summum enim rem adductam esse discrimen. His Imperator auditis, & ad ea quæ ex aliis audierat, aures adhuc veluti personatã, collatis & expensis, cum nihil falsi esse comperisset, insurgit & ipse, atque ad Dominum clamitans, Mulcato eos (inquit) Domine, qui iniuria me afficiunt: & qui contra me insurgunt, erubescant: & Imperatoriam mihi potestatem conferua, quam abs te donatam, is ereptum venit manibus meis, quem ego genui & euexi. Deinde ad rem gerendam accedit.

In silia nepotis auo aperiuntur.

Vrbis inuerditio.

Exposulaciones.

Anni auzuratio.

SENIORIS IMPERATORIS ad iuniorum legatio.

Ac primum ad nepotẽ in medio itinere ad huc agentem mittit, qui ei vrbis ingressu interdiceret. Noua, inquit, artis esset, si tam apertè fœdistragus, eaque quibus respublica pereat & agens & moliens, latere conatus suos postularer. Erat præterea mandatum legatis, ut apud eum, cõarguendi eius animi causa recenserent, quot occasiones rupti fœderis præbuisset: quæ summatim hæc erant. Vna, quod Imperatoris quæstoribus omnibus pecuniam eripuisset, cuius nunquã maior penuria fuisset: cũ ea essent tempora, quæ ob diuisionem Imperij sumptus maximos postularent. Altera, quod à se missis vrbium rectoribus electis, alios suo arbitratu ibi collocaret. Tertia, quod Cralanam, amitam suam, & monastico indatam habitu, indignantem & reluctantem, ad incestum coitum compulisset. Accedebant & alia causæ, propter quas ei vrbis ingressu interdiceretur: plurimã illã quidem, sed non ita firmã. Deinde clandestinis literis auxilia à Crale Seruicæ principe & Demetrio Despota filio suo petit, qui tum Thessalonicæ & adiacentium locorum curam agebat: eisque mandat, ut duos fratris filios qui Belligradis & Macedonia præerant, Andronicum Protouestiarium & Michaelẽ Afanem, secum simulque Macedonicas legiones adducat: firmatis tamen prius uti opus sit Macedonicis vrbibus & pulsis suspectis. Deinde cum auxiliariis Seruicorum copiis, primo quoque tempore cõtra iuniorum Imperatorem Andro-

nicum ducat. Cæterum litera qua ad Cralem Seruicæ, ad Despotam, ad alios præfectos scriptas esse diximus, partim ab itinerum custodibus ex-cepta sunt, ex nimirum quæ charta inscripta fuerunt: partim ijs deceptis, perlate sunt tenui linteo & albo inscripta, tabellariorum vestibus solerter infusa fuerant. Nam Imperator iunior cum in aliis angustiis, tum circa Christopolim custodes collocaret, qui omnes prætereuntes excutiebant, num literas Byzantio afferrent: quos fallere perdifficile erat. Ac hos quidem eorum qua Byzantij & agebantur & agitabantur, nihil latebat: illos verò latebant omnia, qua hi foris & agebant & agitabant. Nam omnes sponte ad eos inclinabant, alij apertè & animis & corporibus: qui verò corporibus non porerant, animis certè & toto pectore cum illis coniuncti erant, non modò rota ferè Byzantina plebs, sed & Senatorij & aulici proceres, & cõsanguinei Imperatoris: qui ea quæ in vrbe gerebantur, omnia indagantes, singula illis significabant. quorum vnus fuit etiã Imperatoris filius Theodorus Marchio, qui ante multos annos à matre in patriam illius, vxoris ducenda causa, ut dixi, missus, & per temeritatem & socordiam are alieno oppressus, post matris obitum ad patrem, vxore & liberis illic relictis, reuersus, iam in vrbe degebat: qui præter alia paternæ benignitatis & benevolentia officia, & victum Palatinum, omni etiam are alieno à patre è fisco exolutus erat. Quæ ille omnia per amentiam oblitus, & omni debita patri obseruantia relicta, Iudam imitati, & patris Imperatoris proditor esse voluit. Nam & hic, successore amoto, Romanum Imperium somniabat & cum pater præter alias multas causas, quod & animo & religione & habitu & rafa barba germanè Latinus esset, postulatio eius annuere nollet egrè se illi facturum putabat, si ad iuniorum Imperatorem defecisset. Ita quo Imperatori sanguine coniunctior erat, eo acerbior patris inimicus extitit. Sequenti mense Nouembri, Demetrius Despota Imperatoris literis Thessalonicæ acceptis, statim Protouestiarium & Afanem accersit: qui cum conuenissent, simul & milites conscribebantur, & iunioris Imperatoris studiosorum facultates militibus diripiendæ dabantur, quas in Macedonicis agris & vrbibus habebant. Aperiebantur eorum granaria, & cellæ vinaria, & quibusuis magna copia patebat eorũ præterea qui refragabantur, bona publicabantur & ipsi exilio mulctabantur. Ac ibi quidem hæc fiebant. erant etiam Cralena auxilia iam iam ad eos ventura. Cæterum nec iunior Andronicus quietus ocium agebat: sed clam in omnes terras & insulas, Byzantium Thessalonicam & Macedoniam edicta mittebat, quibus populis immunitatem & libertatem à tributis, militibus verò redditus & maiora stipendia promittebat. Quæ mox ut audita fuere, omnes commouerunt, eosque deprauatis animis impulerunt, ut prorsus ad illum transirent, & animis & linguis & manibus, & omni studio, & clandestinis literis illum accerferent, & impressione eius accelerarent. Cum autem res ita se haberet, ad Rhegium peruenit Imperator, atque inde legatos ad seniores mittit, ut alterutrum sibi concedatur:

Nepos auo gratiosior.

Theodorus patris proditor.

Demetrii Despotæ apparatus.

Iunioris Andronici apparatus.

Nepotis ad auum legatio.

cedatur: aut per inducias ingressus in urbem, aut ut aliquibus è Senatu, ex Ecclesiæ principibus, & è populo eruditis ad se egredi liceret, qui suam orationem Imperatori, & toti Byzatio renunciare possent. Senior verò, cum ea postulata plena doli esse iudicaret, diu silit, secum deliberans vtrum præstaret. Nam nepotis in urbem ingressum, perniciosum, nec inuentum fore: paratos enim Byzantios esse, ut ad illum deficiant, statim intra portas conspectum, & se per cruciatum è vita tollant. Et Byzantium ad illum egressum nõ sine seditione fore. Id enim esse nepoti suo propositum, ut palam illos blandis verbis, clam verò muneribus & magnis pollicitationibus, & per eos omnem Byzantium populum sibi concilieret. Quam autem vrbem graue esset, leuius elegit: & duos senatores, duos pontifices, duos selectos sacerdotes, & quatuor selectos è plebe ad eum misit. Qui cum omnes eò venissent, accessit eis, indictaque concione, veteratorem orationem habuit.

Ani delibetatio.

Se inclat.

Anni inspectio.

Diuturnum imperium molestum.

IUNIORIS IMPERATORIS oratio.

Vos mihi subditos, quàm me ipsum, chariores esse, meq; nulla ambitione aut meri Imperij affectatione contra voluntatem aui egressum esse, nemini est obscurum. Videtis enim ut nec vitæ meæ parcam, nõ genio indulgeam, non fatellites, non bipenniferos adducam: ut non regibus modò propter inuidiam Imperij mos est, sed iis etiam quos fortuna à patribus & cognatis exterminatos huc atque illuc ferri, & continenter mortem ob oculos habere cogit. Age dicat mihi quispiã, vulnera quæ in corpore meo gestò, qua de causa acceperim, nisi cum Romanorum hostibus pugnando, qui ex Asia in Thraciam traiciunt: & cum Barbaris qui Istrum accolunt, & inde factis excursionibus & ipsi miseram Thraciam vastant: Ego enim ut omnem veritatem apud vos eloquar, cum Imperatoris præsenio socordem & stupidum esse viderem, & è verbero non excitari, neque dolere, cum Christiani semper noctu atque interdiu partim velut hostiæ à barbaris macentur, partim in seruitutem abducantur, partim nudi ex ædibus atque vrbibus expellantur. Ut autem grauiora Asia mala taceam, quàm multæ vires captæ sunt Imperatoris negligentia & socordia: cum igitur inquam hæc ego viderem, graui dolore affectus, quem præcordia mea ferre non possunt, duabus de causis sum egressus: vt aut quouis exito vnã cum tristitia vitam etiam finirem, aut Romanæ reipublicæ pro virili subuenirem. Nullo enim modo, nullo modo fieri potest, quin homo, & is longo tempore rerum potitus, fastidio sit iis qui parent, & capitalia eorum odia suscipiat. Nihil enim Deus in vita immutabile & stabile fecit. Vnde fit, vt omnia terrena mutationibus gaudeat ac delectari videamus. Si quis verò fortunam in sua vota cogere, & certa quadam ratione vitæ uti voluerit: is eò rem deducere conatur, quò natura non sinit. Quicquid autem cum natura pugnat, & iustos limites excedit, nihil hilaritatis & voluptatis habet. Eòdem pertinet sapientes ve-

terum sententiæ, præcipientes, Ne quid nimis: &, Modum esse pulcherrimam virtutem, pronunciantes. Videtis enim, vt & meus auus ad extremum senium progressus, & tot annos Imperio potitus, quot (parum abest quin dicam) nemo Regum vnquam, in totius populi est odio: nec vllam curam vel eius à se amouendi, vel Romanæ reipub. subueniendi suscipit, neque dolet successores Imperij ante se mori. Obiit enim pater meus sine vilo Imperij fructu, nisi nomen exceperis. Obierunt & alij sanguine ei coniunctissimi, & minores ætate. Moriar & ipse fortassis, priusquam ex Imperio fructus aliquid cepero. Quid enim facilius accidit homini, præsertim nullum periculum deuitanti, & de vita minimè sollicito? Fortassis autem ambitionis me suspensum habebit, qui ab auo Imperatore deficiam, nec ei parere velim. Id verò ego neque planè inficias iuerim, nec concesserim. Nam si Romanum Imperiũ crescere, ac dilatari fines nostros cernerem, libenter cederem, & ocio securus indulgerem: & ea spe me consolaret, qua ij qui quos suos simul & prolixiores & magis varias epulas vident instruentes. Sed cum rem Romanam indies ruere in deterius, & ante vrbis Imperatricis portas miseris Romanos subinde abripi ab hostibus, atque interfici videam: quo me esse animo putatis? Nam plerique mortalium spe futurarum rerum vrgentem mororem leuant, quamuis ea vana sit. Mihi verò ne falsa quidem spes, ad falsam consolationem relinquatur. Et miramini Alexandri Macedonis animi pusillitatem, grauius & iniquo animo passi, quòd pater victorias victoriis cumularer, & omnè filio gloriæ occasionem præciderer, paucis bellorum occasionibus relictis: me verò, cui planè contrariũ accidere videtis, & non tantum Imperij spes ob vastitatem eius, sed etiam suauis vitæ curis eripitur, dolere non existimatis? Tamen cũ ocium agere non possem, surrexi, & ab Imperatore auo mille tantum armatos petij: pollicitus, me firma spe diuini auxilij fretum, vrbes Bithyniæ conseruaturum, & quàm longissimè hostes propulsaturum, priusquam illis captis, fretòque transmissò, Byzantium oppugnet. Quibus ille negatis, me hostem iudicat. Et tamen ego plerisque omissis, hodie ad aliam postulationem hanc adsum, vt octo millia aureorum, quæ militibus meis debeo, mihi soluantur, qui longo iam tempore mecum incerta fortuna vagantur. Quo facto, nihil amplius auo Imperatori refragabor. His ibi dictis, è folio surrexit, & alio in aliam partem seducto, blandis verbis & illos in spem maiorem erectos dimisit. Itaque inde digressi, per totam urbem præcones laudum eius fuerunt, & populum maiore eius desiderio inflammant. Senior autem Imperator cum vidisset, penè omnes qui in vrbe essent amicos à se defecisse, & veritus ne concursu facto ab iis ipsis occideretur: prorsus exasperatus est. Visum tamen ei rectius, prius periclitari eorum animos, & Afanis ac patriarchæ audire consilium, & vnã cum eo aliorum pontificũ. Iis ergo per senatorem conuocatis, ad hunc modum verba fecit.

Anni inuisitatio & negi genis.

Speciosa de sectionis causa.

Postulatio nepotis.

Legati corruptio.

Commenda-
tio sui.

Siquidem viderem deposita purpura & me extra periculum futurum, & subditos recte gubernatum iri: à Christi cœtu alienus essem, nisi quietem & ocium longè suavius & præstantius imperio iudicarem. Si enim delectatio quaritur animi, quid est iucundius quàm à curis & periculis esse remotissimum? Si verò propter mea & populi peccata, atque etiam maiorum nostrorū, vindicta Numinis, atrocis tempestatis in modum contra nos grassans rempublicam euertit, & ego adolescens adhuc principatus & Ecclesiastico dissidio & finitimarum gentium incursionibus fluctuantem composui, adiuuante Deo, & facillimè tranquillum reddidi: nunc verò longo tempore vsu rerum eruditus, in tanto motu & tempestate quò me vertam nescio: quo pacto nepoti queam tantum mandare Imperium, qui & adolescens est, & rerum adè imperit, vt ne suas quidem res probè administrare sciat? Nam adolescentibus & indoctis hominibus potestate sua tradita, & Imperatoris possessionibus donatis, ipse in egestate viuir: nec quicquam aliud curare vult, nisi vt canes & aues alat, canes mille haud pauciores, & aues totidem, eorūque curatores haud pauciores. Tali ergo qua ratione vel vitam meam, vel diuinitus mihi mandatam Imperij administrationem credam? Verùm ego sciens & volens quidem, nunquam vel subditos meos, vel meipsum prodā. Nam nepotem quidem plus non modò vxore & liberis meis, sed etiam magis quàm meipsum dilexi: & vos omnes scitis quo pacto eum educarim, instituerim, monuerim: & prudentiam meam heredem, & Imperij successorem, qui & Deo & hominibus placeret, relicturus. At ille spretis monitis meis, totas noctes in comessationibus & prostibulis exegit, in quibus etiam fratrem suum occidit. Denique etiam cōtra me tam bene meritum & patrem insurrexit, facinus ausus quale ab omni quo nullum sol vidit. Quamobrem & vos odisse improbitatem debetis, & ad eius impudentiam coherendam insurgere, & eius ex Ecclesiastico præconio amotionem proclamare, & alienationem à Deo minitari: vt verecundatus & emendatus, pulchrè eò reuertatur, vnde turpiter est egressus, & rursus hæres fiat & Imperij & moderationis meæ. Nemo enim omnium est, quem ad Imperium euectum malim: modò præcepta mea & monita reuereri, usque obtemperare vellet. Quem enim suæ concionis epilogum addidit, is commenticius fuit, & subdolos atque malitiosus. Audistis enim quot conuicia in tota sua cōcione in me dixerit, cum quibus epilogus minime consentit. Sed vt auditores contra me cōcitaret, talem orationi suæ finem imposuit. His auditis, pontifices prudentia & eruditione ornati assenserunt: & nomen eius in omnibus Ecclesiis tacendum esse, donec corrigeretur, censuerunt. Patriarchæ verò & pontificibus ac sacerdotibus nonnullis, ea oratio non probata est. Quare nihil amplius locuti, domum abierunt, siue ob familiarem illis imprudentiam, siue ob aliud nescio quid. Deinde nocte in patriarchicis ædibus semel atque iterum exacta, in seniore

Perstringitur nepos.

Venatio insignis.

Ecclesiastici interdissi peritio.

Epilogus nepotis.

Pro filio Imperatoris non orandum statuitur ob stultitiam.

* insanius.

peratorem coniarunt. Quod cum missitaretur, nec populo tantum, sed nobilibus etiam quibusdam innotesceret, plerisque horum etiam clam ad factionem & coniarationem illorum se conferre coegit: & scriptum iusiurandum dare, quo affirmarent, se ad extremum spiritum perseueraturos, & nullum (si opus esset) supplicium recusaturos. Vnde triduo post, patriarcha sacris tintinabulis pulsatis, coactoque magno circumforaneæ turbæ numero, sacris interdictum esse omnibus promulgauit, qui iunioris Imperatoris nomen taceret, & omnem imperatori debitum honorem habere illi recusarent. His peractis, aduersæ etiam partis sacerdotibus sacris interdixit. Hoc Imperatorem non mediocri molestia affecit, & præter omnem expectationem auditum percussit. Quod si pacis, inquit, doctor ita contra nos insaniit, mercedis à nepote meo promissæ spe: & omni abiecta verecundia & gratitate, seditionis autor esse non dubitat: quisnam temerarium vulgi contra nos impetum cohercebit, si quis humana præsidia respiciat? Itaque patriarcha, quatum in ipso est, planè percussor noster & homicida exiit. Cæterum pontifices illi, insigni impudentia & animi & linguæ patriarchæ commoti, & ipsi tam illi quàm eius amenitissimæ factioni sacris interdixerunt, vt seditionum & factionum autori, & largitionibus ad reipublicæ perturbationem incitato: adductis & canonibus & legibus, quibus grauissimè & manifestissimè condēnabatur: de quibus nos in hac historia decimo octauo Chalcedonenis concilij Canonem, nihil mutatum, recensere ad verbum sat habebimus. Similia enim & quartus Oecumenici concilij sexti in Trullo celebrati, ad hæc & quartum caput trigésimæ sexti tituli legum sancit. Est autem huiusmodi: C O N I V R A T I O N I S & factionis crimen, etiam ciuilibus legibus ubique est interdictum: quanto magis id in Dei Ecclesia est prohibendum? Si qui ergo clerici aut monachi deprehendantur, qui coniarant, aut factionibus studeant * contra episcopos aut clericos: omnino gradum suum amittunt. Hinc pontificum cœtus ratiocinabitur: Si eos qui contra episcopos & clericos coniarant, & factiones instituunt, clericos & monachos, Canones ita multant: quanto magis pontifices & patriarchas talia contra Imperatorem machinantes? qui constituti sunt vt pacis doctores essent: & præter alia ad quietem & ocium pertinentia, illud in primis docere debent, quod & verus lex, & magnus apostolus Paulus præcipit, Principi populi tui ne male dicito: & Imperatorem honorate. Verùm senior Imperator cum eo perturbationis rem processisse cerneret, patriarcham in Manganio monasterio sine vinculis custodiendum, ne vnquam egrederetur, curat. Iunior verò biduo post, ad mœnia Cōstātinopolis venit vt cognosceret quo animo auus nūcios illos accepisset: vehementer orans, vt sibi liceret soli intrare ad auū adorandum. Sed neque ipse, neque verba eius vlla ex parte admittebantur, sed lapidibus supernè ab iis qui propugnacula mœnium tuebantur, fugabatur: qui ne vocem quidem eius ferebant, eumque contumeliosis dictis impunè inceffabant, & ignominose dimittebant, dolentiam

Coniuratio pontificum contra seniore.

Patriarcha ob factionis custodia mādatur.

cc
cc

Nepos Byzantium proditione capere vt studet.

Thessalonicæ ad nepotē defectio.

Ducum senioris Imperatoris interperia.

Triballi domum redeunt.

plenam esse & cogitationem & orationem eius dicitates. Ac ille quidem sic dimissus, paululum à muro declinauit. Nox verò iam aderat, cum quidam ex vrbano populo factiosi, iique non pauci, clam congressi, oculte illi significant, vt sub mediam noctem, cum & Byzantij omnes dormiant, & mœnium vigiles securiores sint, prope mœnia veniat. Se enim paratos esse, ad eum sine in propugnacula atrahendum. Quod si fieret, totum negocium fore confectum. Se enim persuasum habere, si in media vrbe conspiceretur, Byzantios omnes statim ad eum defecturos. Media iam nocte cum videret Imperator excubitores omnes per vices vigilantes, & assiduis clamoribus, inuicem ad vigilandum exhortari non desistere: necessariò cum Cantacuzeno magno Domestico & Synadeno Protostratore nauicula conscensa, declinataque australi vrbs parte, æquabiliter trajicit, maritimum murū tacite circumiens, scubi facillè ingressum reperire posset. Quo custodes in mœnium animaduerso, asperius & vociferati & tumultuati sunt: & cum nihil responderet, saxa etiam in eos conijcere cœperunt, donec illi territi recesserunt. Actum quidem hæc acta sunt. Instante verò Decembri, iuniori Imperatori arcana litera à Thessalonicensibus afferuntur, quibus quamprimùm accersebatur, pepigisse enim plebeios omnes, & proceres pleorūque, & ipsum pontificem, cum prope mœnia conspectus esset, se prope illi portas aperturos. Quibus cognitis, multis Protostratori militibus datis, hortatus est, vt circumiret, & vrbem eminus velut castris cingeret: nec Byzantios vsq; ad Rhegium egredi pateretur, eosdemque arcana literis & pollicitationibus sollicitaret, prout cuique conueniret. Ipse verò cum paucis, Thessalonicam abiit. Tum verò, propter suspiciones tumultuum, Demetrius Despota, & Protouestiarius Andronicus, & Asan michael, cum auxiliariis Triballorum copijs extra mœnia diuersabantur & Macedonias etiam Romanorum legiones secum habebant. Qui cum rixis & contentionibus, quas ambitio & cæcus amor sui parit, occupati essent, ita numinis agitati, vt rebus ipsorum confusis, ipsi sibi perniciem crearent: intra Thessalonicam & Serras Imperatorio habitu plebeia veste tecto, est vrbem ingressus: qua à porta statim abiecta, omnibus est agnitus: concursuque facto, à tota ferè ea ciuitate adoratus & salutatus, & faustis acclamationibus acceptus. Erant tamen perpauci qui eum odissent, & seniori Imperatori verè studerent: qui arcem prope occuparunt, & munierunt, vnde Imperatorem & factiosos fortiter propulabant, & multos saxis & telis vulnerabant, quorum multa Imperatoris scuto sunt infixæ. Postredie verò magno sarmentorum cumulo circumposito, portis exustis, arcem cœperunt. Inde digressus Imperator, ad oppidum Serras peruenit, ubi Triballorum auxilia erant qui primo quoque tempore arma inferre Imperatori cupiebant. Sed cum Demetrium Despotam, & reliquos, Protouestiarius & Asanem, turpiter diffipatos cerneret: milites verò qui eos sequebantur, in Imperatoris castra transfugisse: certis conditionibus & ipsi oppidum Imperatori dederunt, domum

que abierunt. Cum autem eam fortunæ erga se benignitatem, obuias subinde quasi manus libi porrigentis cerneret, cum gaudio & læticia pergebat ulterius, bona spe plenus: & (ne longum faciamus) intra paucos dies omnib. Macedonia oppidulis peragratis, facillimèque & sine labore deditio captis, Despota vxorem, liberos & pecuniam quoque cœpit: Afanis item & Protouestiarij, & senatorum omnium qui ibi cū illis erant. At senior Imperator, cum illa quoque spe excidisset, iam legatos ad nepotem missurus erat de fœdere & pace, priusquam ille Macedonia excederet. Sed statim alia spes, quod vrbem non accidisset, interposita, consiliū illud euerit.

LEGATIO MICHAELIS AD seniore Imperatorem.

Michael enim Bulgarorum princeps, spe magnorum emolumentorum elatus, clam seniori Imperatori nunciavit, se si veller, opem ei contra nepotem laturum. At Imperator, velut magna tempestate & naufragio portum insperatè adeptus, mordicus spem illam tenuit. Deinde legati vtrò citroque commeant, de rei gerenda modo, & de promissionibus & fœdere; omnibus consiliorum ignaris, duobus aut tribus intimis & Cralæna exceptis: qua subinde patrem falsa spe, quam vani vates & engastri-mythi ei faciebant, implebat. Magnus autem Logotheta Metochites, cum fortunæ vices incertas senioris Imperatoris, & perturbationem rerum cerneret, omnium maximè sibi timuit: quippe qui cum ille omnia communicaret, & sine quo nihil decerneret aut ageret. Quare tristis & sollicitus semper erat, & futurorum plenus nihil boni expectans. Quadam vero nocte terribilem quendam hominem videre visus est sibi iacenti altantem, prædoni & agresti latroni per similem, qui manus sibi iniiceret, & de cerujicali, cubiculi clauis eripere veller, in quo supellex & gemmæ repositæ erant, & quicquid opum habebat. Somno autem vi excussio perterritus in clamauit famulos, vt prædonem persequerentur, ne vnà cum pecunia effugeret. Ignorabat enim visa illa somnium esse, non rem veram. Qui cum statim surrexissent, & fores clausas reperissent, & affirmassent imaginationem esse, è diurnis cogitationibus ortam: vix ad seipsum reuersus, grauissimo cum suspitio, non tam diurnarum curarum imaginem, quam præfagiū euerfionis familiæ suæ iudicauit. Quare cum diluxisset, pleraque opes è suis ædibus tanquam desperatis iam transfatas, inter amicos fidissimos clam distribuit custodiendas. Vxore verò & ancillis domi relictis, in palatium sese contulit: ex eoque non est egressus, seditionem populi contra se concitati timens. Cæterum qui ad Macedonia administratione missi erant, vnà cum vxoribus & liberis (vt antè diximus) capti sunt, & in carceres Thessalonicæ & Didymotichi distributi, omnes eos impleuerunt. Demetrius verò Despota, vxore & liberis relictis, qui à persequentibus capti sunt, fuga ad Seruiæ Caletam est elapsus. Protouestiarius autem Andronicus ad tempus & ipse Despotam secutus, non potuit perpetuò parasiti more aliena quadra viuere, vt ille sed

Successus nepotis.

Logotheta somnium & irruia prouidentia.

Macedonici præfecti in carcere continetur.

Protouestiarius interitum.

ille: sed quantas modò opes; iumenta, possessiones, gloriam cum omni spe subito amisisset, & illa etiam de vxore suspicatus probra, quib. capti uæ mulieres affici ab hostib. solent, præ desperatione & immenso mœrore, in locis alienis & desertis oberrans, expirauit. At Michael Asan Prosiaci oppidulo festinanter occupato, eiectisq; oppidanis firmato, tutum ibi receptum habuit. Paulo verò post proditiõem verit, à Seruig Cræle præsidium accersit: cui oppidulo cõmissõ, & ipse ad Crælem abiit. Tum autem Melenici castello, & circuniacentibus locis Basilicus Nicephorus præerat, vir nobilis ille quidem: sed qui nullo iudicio, simplici ingenio, & ad res gerendas inèpto esse crederetur. Is verò tum omnium prudentissimus extitit, quorum alij ex desperatione atque inopia consilij miserè mortui, alij inuiri capti sunt, & infinita mala perpeffi, alij vltro seipfos prodiderunt. Hic verò solus spe in Deum collocata, ad extremum vsque senioris Imperatoris spiritum, tantæ rerum perturbatiõni se opposuit, sincerumque animum & fidem illi præstitit. neque enim iunioris Imperatoris vel magnificis pollicitationibus cessit, vel fauissimas minas & obsidiones peritauit: sed castellum Serras sibi commissum munit, in eoque, contemptis rebus illis omnibus sedit, donec senioris Imperatoris obitum audiuisset. Ad eum enim vsque, contentiõnem æquam iudicauit: vltra verò iniquam, & minimè probandam. Quapropter statim pactiõne cum iuniorè Imperatore facta, ab eoque magnificè donatus, castellum dedit: ac deinde voluntate illius etiam ei præfuit, eam quoque fidei erga dominum suum & pietatis remuneratiõnem consecutus. Nam vir prudens, etiam hostis, virtutem reueretur. vt & Demosthenem acerrimum inimicum Philippus beatum iudicabat, cum diceret: Si quis Atheniensis, Athenis degens, se patriæ me præferre dicit, eum ego argento emerim, amicitia verò mea non dignabor. Si quis verò propter patriam me odit, eum ego quidem vt arcem & murum & nauale & vallum oppugno: sed tamen virtutem eius admiror, & urbem propter eam possessionem fortunatam iudico. Sed hæc postea: nunc eò redeundum est, vnde digressi sumus. Initio veris, sexto die sanctæ hebdomadis quadragesimæ, prælium commiserunt viri vsque Imperatoris exercitus prope Maurum fluium, hinc Constantino Asane, inde Protostrotore duce. Sed aduersarij vicerunt: è nostris autem ceciderunt milites non amplius decem, tribuni plerique vnà cum duce Asane capti, ceteri spoliati Byzantium infeliciter peruenerunt. Iunior igitur Imperator res ex animi sententiã sibi succedere videns, omni Macedonia & Thracia suo arbitrato ordinata, medio vere Byzantium & ipse properat, ne Bulgaricus exercitus prior urbem ingressus, cum nec iusto exercitu munitus & fame afflictam reperiret, cuius Veneta classis autor fuerat, Imperatorè cum omni arate, maclaret, vnumque Imperium suo duci à Byzantijs vsq; ad Istrum efficeret, aut si id non posset: at seniori Imperatori copiis subito datis, se aditu Byzantijs excluderet, vt in ipso (quod aiunt) portu naufragium faceret, & omni spe destitueretur. Ac

Basilus Nicephorus seniori Andronico si l'us fidem seruat.

Fides etiam in hoste probatur.

Aui copia succumbunt.

Nepotis Byzantium senioris.

cidit igitur, vt non tam magna quàm misera illa vrbs, eodem tempore terna pericula experiretur, quæ singulatim exponemus. Quadraginta longæ naues à Venetis splendide armatæ, cõtra Genuenses Galatæ degentes missæ sunt: propterea quòd pecuniam à Genuensibus piratis in medio infero mari, oneraria naue spoliata, cum bona gratia restituere recusabant. Ac xxxix in Cerate ante Byzantium appulerunt, & frontes obuertunt, Genuensibus Galatæ obsidione minitantes, si pecuniæ restitutionem differrent. vix reliquæ progressæ vltius, fretum quod ante templum est, custodiebant, quas Ponti fauces appellant. vbi quatuor rotundas naues instruitas ad abitum, cõeperunt: easque copiis impositis, contra Genuenses onerarias, quæ è Ponto soluebant, armarunt. Intra paucos igitur dies, tot Romanas & Latinas onerarias captas videres, vt totum penè fretum iis completeretur. Capiebant enim vnà etiam Romanas naues, ne qui Genuenses in iis euaderent. Ita factum, vt frumentatione interclusa, fames Byzantios non parua vexaret. Ea enim obsidione dies xv. durauit, quibus prælium factum non est. Neque enim postulatam pecuniam reddere Genuenses recusabant: sed quamuis pollicerentur, differabant. Veneti autem nullo modo vacui abire poterant. Nemo autem erat, cui non admiratiõni esset Venetorum & disciplina militaris, & cum æquitate magnificentia. Nemo enim omnium illorum quicquam cuiquam rapuit, sed pecunia data emit: idque, cum tanta & promiscua turba cum eis esset. Parabant omnes magistratibus suis, vt pastoribus oues: & omnes dies illos in nauibus stabant, ardori solis non cedentes. Romanorum verò nauicularum magna multitudo eos circundabat, quæ eis abundè quicquid erat opus afferebant, & plus quàm mercèbatur accipiebant. Imò neraptarum quidem nauium mercies vlla ex parte læserunt. Vehementem frumentum & hordeum, & fallamenta, è lacu Copaide, & Mæotide & Tanai fluiuis. sed profusus illas conseruauerunt, donec recepto eo quod debebatur, omnia restituerunt. Hæc vna est calamitas, quæ tum urbem pressit. Illud verò grauius fuisse, si arcana consilia successum habuissent. Imperator enim per occultos legatos pecuniam eis promiserat, si occulti sibi ad urbem capiendam adiutores essent. Id verò factum non est, siue repudiata à Venetis legatione tali: siue quod eã re haud esse facile cerneret, cum cõtinentibus præsidij mœnia & portæ munitæ essent. Alterum infortunium vrbs fuit, cū Bulgarorum principis seniori contra iuniorè tria millia equitum subsidio ex pacto misisset, quibus mandatū esse, nescio quibus autoribus, ferebatur, vt data oportunitate, res nouas in vrbe molirentur. Sed cū venissent, vrbe ingressi nõ sunt, duce eorū tantū excepto. Quare in latus declinarunt, castris ad stadia ab vrbe & x cõpositis. Pridie verò iunior Imperator cum paucis equis ex occulto in vrbe insilire conatus: sed animaduertens eius conatum, à custodiis exclusus fuerat. Post igitur coactus, vehementer auum Imperatorem orauit, se dicto eius pro mancipio potius audientem fore pollicitus, quàm vt alterutri aliquid grauius accideret, cum eò discipulis,

Veneta classis contra Galatam.

Venetorum disciplina militaris.

Veneti non potem iunda re nolunt.

Bulgaricis auxilijs periculum.

Nepotis conatus occidenda vrbs.

minis ventum esset. Sed Bulgarica spes, senioris animum adhuc erigens, precibus eius nullum relinquere locum. Deinde planè illi fidem habere, toties deceptus, nõ poterat. Tres igitur hæ calamitates vrbi minitæ sunt, nec vlla tamen ad exitum est perducta. Enimuerò iunior Imperator irrita cõsilia sua grauissimè dolens, & fortunæ inconstantiam inculsans, ac propè desperatis rebus ad locum quendam Logos abijt: & inde ad Bulgarorum ducem, qui castra in propinquo habebat, Legatos cum muneribus mittit, & plura ei pollicetur, si copias suas domum reduceret. Assensum ad epulas inuitat, cū tribunis: eosque postredie latos domum versus abeuntes prosequitur.

Bulgari domum redeunt.

DE DVOBVS VIRIS QVI Constantinopolim prodiderunt.

Quæ cum ita se haberent, duo custodes mœnium vrbs, ad iuniorè Imperatorem in eo quem diximus loco castra habentem, transfugiunt, nomine alter Camaris, alter Castellanus, fabrilem artem exercentes: qui seducto Imperatore, omnibus arbitris remotis, Cantacuzeno magno Domestico excepto, de proditiõne verba faciunt, & scriptas pollicitationes pecuniarum & possessionum diuitum postulantes. Quibus facile impetratis, & hora & ratione rei gerendæ indicata, ipsi quidè veriti in vicinis suspecti essent, postredie redeunt. Imperator verò quatuor dies cunctatus ibi, scalas è funibus confecit, quilibet in maximis onerarijs vtuntur. Cùm destinata nox adesset, proditores vesperi multo vino empto, vicinis excubitoribus merum ad bibendum dederunt, vt somno grauissimo oppressi, respiratiõne excepta, nihil differrent à mortuis. Meridie nocte adsunt, qui scalas ad mœnia apporrent: quas mox fune demisso attraxerunt proditores, per easque octodecim armatos: qui cum descendissent, Romanam portam facile moliti sunt, vt Imperator cū exercitu, prohibete nemine, ingrederetur. Sed illud penè me præterisset. Post solis occasum Byzantijs portis clausis, quidam è proximis villis anhelans accurrit, & Gyrolimnæ portam vehemètius pulsata aliquem intus euocabat: qui cū venisset, paulo antè se vidisse dicebat, multos è iunioris Imperatoris exercitu festinanter ad Romanam portam accurrere. Quod Imperatori maximè terrore incussit. Varijs igitur cogitationibus perturbato visum, cõplures milites custodibus emittit, qui terrestria mœnia à mari vsq; ad mare circuiret. Sed Magnus Logotheta impedit, indignum esse magno animo inquiens, tam leui rumore cõmoueri, aut enim falsum esse nunciu, aut stultu esse conatum tam paucorum, cū & mœnia & portæ tot armis septæ sint. Idem enim hostibus nunc ingredi parantibus vsuenturum, quod contra stimulum calcitrantibus. Hæc verò dicebat, vel vt rei militaris ignar, vel animo à numine copiæ labefactato, vt lententia contra seniorè Imperatorè diuinitus lata tandè rata esset. Nondum tertia parte noctis elapsa, denuò cõplures rustici è suburbij Byzantijs ad Gyrolimnæ portam adsunt, & custodibus indicat, magnam hominum multitudinè foris ad Romanam portam conuenire. Quod rursus Imperatorè magis etiã terruit & perturbauit. Itaq; aperiore voce Logothetam

Byzantium proditiõne sapitur.

Logotheta securitas causæ interitus.

inrepsans. Vidèris (inquit) homo ferreus esse factus, qui adeo securus sis, nec pericula quæ nos circundant sentias. Nõne vides rem non pati vt sedeamus, & dormitemus? Nepotis enim tumultus aures meas tanquam crepitaculū magnū perfonat, meumq; perturbat animum: calamitatū mare contra me erupit, quod pectus & cor meū cõcutit & demergit. Verum ille Machabæus erat, inque priore sententiã permanens, nuncios illos vtripes marina cõtemnebat. Proinde surrexit, cubitum iturus, reipsa vt ostenderet, inanem esse tumultum ea quæ foris ab hostibus ageretur. At Imperator solus relictus, nec quenquam habens qui cum dolore suum cõmunicaret, in suum lectulū & ipse incubuit, nulla veste exuta: sed vnà cum iis extrema desperatione induta, animo crebris & diuersis cogitationibus æstuate iacebat, corpus huc atque illuc subinde reuoluens, nõ aliter quàm si pecuniæ lecto subiectæ essent. Interim magnus ad palatij fores tumultus auditur, iunioris Imperatoris ingressum nuncians, & plausus armorū magnus. Erat enim milites amplius cõcū Imperatore ingressi simul etiã vindicæ faustis acclamationib. iunior Imperator salutabatur. Senior verò tumultu & clamore audito, de lecto surrexit perturbatissimus, & omni ope destitutus ducū atq; militū (palatiū enim, cubiculū ministris adolescentib. exceptis, desertū prorfus erat) ad sacrã imaginè Deigenitricis Hodegetriæ confugit, ante multos dies in palatiū trãslatã, quæ ei firmo solatio erat. Hac igitur fretus, & humi prostratus, ardèter cū lachrymis obtestatur, ne periclitantè deserat, & sicariorum ensibus obiciat, Exaudiuit preces eius, & festinū tulit auxiliū, quæ quiduis potest, castissima Deigenitrix. Nam quæ ille in palatio Deiparam ad hunc modum deprecatur: iunior Imperator foris, omnibus ducibus & tribunis suis conuocatis, grauius edicit, ne auum Imperatorem vel manu vel vilo contumeliioso dicto violarent, nec quenquam profus omnium. Hanc enim, inquit, victoriam Deus nobis dedit, non ipsi parauimus. Dei voluntas mouet omnia, cui parent omnia: stellæ, aër, mare, terra, homines, fulmina, fulgura, pestilentia, terræ motus, imbres, sterilitates, & alia cõsimilia, partim ad felicitatem, partim ad infelicitatem ac potius castigatiõnem. Nobis igitur instrumentis castigatiõnis vsus, victorias & trophea largitur. Fortassis autem cras alijs contra nos vteretur: & quales nos in victos erimus, tales vtiq; & illi se nobis præbent. Quare si nos neque cognatio, neque eiusdem gentis necessitudo mouet: nostri ipsorum saltem respectu humanitate vtendum, ne grauiorem Dei indignatiõnem experiamur. Interea quidam è palatio iuniori Imperatori portam aperit, & ab auro hunc nuncium affert: Quoniam hodie Deus, mihi, sceptrum Imperatorium mihi ademptum, tibi donauit, vnum hoc beneficium à te peto, pro multis quæ ab ipso ortu tuo in te contuli (omitto enim hoc rerum mearum statu, me tibi ipsius natiuitatis & progressiõnis in vitam, post Deum, autorem fuisse) dona mihi vitam meam, parte paterno capiti: nec violento ferro eum sanguinem hauri, à quo tu vitæ fontem accepisti. Homo quidem cœlum & terram intueatur:

Senioris Andronici vtriusq; datus.

Auum Deiparam imaginem amplius non à nepote conseruauit.

Iunioris Andronici mortis datus.

Aui supplicatio.

humanas verd actiones celum & terra intuentur. Ne velis igitur nefandi facinoris, quale ab omni ævo nemo vnquam ausus est, inspectores habere celos & terram. Quod si fraternus sanguis olim ad Dominum contra Cainum clamabat: quanto magis paternus sanguis ad Dominum clamabit, & terræ & soli & astris tantum facinus annuntiabit, & apud omnes gentium reges detestabitur: Reuerere senium miserabile, quod mihi paulo post obitum, tibi vero longam curam requiem pollicetur. Reuertere manus, quæ te sæpe in cunis adhuc vagientem sunt amplexa. Reuerere la-bia, quæ te sæpe summa charitate deosculata sunt, & alteram animam appellarunt. Calami à fortuna proiecti miserere, nec tu eum denuo cõterere velis. Ne tu cum homo sis, presenti fortuna effera-ris: sed rerum inconstantiam & varietatem, à me sumpto initio, considerato. Respice longam vitam finem. Admirare, vt vna nox, quæ me multorum annorum Imperatorem & homine priuato interfecto. Quod si & nos seniori Imperatori addicti, tempestatis illius fluctus aliquot sustinui-mus, nihil est noui. Neque enim æquum erat, nos neutri parti studere: id quod Solon vultit. Præterea æquum est, ipso pastore percusso, vni- uersum gregem pro rata parte mala perpeti. Fuit enim ille dies quartus & vigesimus mensis Maij, vndecimę indictionis, quo hæc omnia gesta sūt Crepusculo Imperatori in palatium redenti ob- niam factus Niphon, qui patriarcha fuerat, rogat quo pacto tractaturus esset auum? Illo respon- dente, Humaniter & regaliter: grauisimè tulit, eumque reprehendit. Erat enim hic cum erga omnes eos quibus fortuna fauebat peruerso a- nimo & inuidia plenus, cum verò claudesce- no & acerbo odio seniore Imperatorem pro- sequebatur: quod, cum sacrilegij cæterorumque criminum dånatus, patriarchico folio excidisset, nullam ipsi opem tulisset. Erat igitur vna hæc o- dij causa. Altera, quod etiam patriarchatum som- niã, hoc è medio sublato, se absque impedimen- to ad eam dignitatem ascensurum putabat. Ait igitur Imperatori: Si citra metum imperare studes, ne dato gloria tuam alteri: sed omnibus Imperij insignibus seni ablatis, cilicium iniicito, & vel in carcerem conijcito, vel relegato. Id enim nefari- us ille Nipho quærebat, vt nõ ipse solum pridem patriarcha, sed & Andronicum pridem Imperator diceretur. Hoc enim inuidia sua remediũ arbitratur homo vanus: haud reputans, se ob- scurum adhuc ab illo susceptum, & honoribus subinde augendis ad summum euectum splendo- ris opum & dignitatis gradum. His autem eius verbis aliis quoque nonnullis proceribus suffra- gatis, Imperator suam erga auum pietatem, si nõ prorsus immutauit, non nihil tamè immiuit. Nã hi Impedimento fuerunt, quominus eum Imperij socium admitteret. Vnde post plurimas deli- berationes decretum, vt auus Imperij quidem in- signia gestaret, sed in palatij thalamis sederet: ociosus, nec in publicum prodiret: & ad suum & adolescentum victum qui cū eo remanserant, ha- beret annuum redditum piscationis, quæ ante Byzantium penditur, tum decies mille aureis haud multo inferiorem: magnus verò Logorhe- ta, Didymotichum relegaretur. Falias autem pa- triarcha

Nepos ha- manius.

DE REVOCAZIONE Etsia patriarcha.

Inde in Manganium monasterium abiit: vbi pa- triarcham Etsiam in libera custodia sedere dixi- mus, quem inde abductum, & in vnu Imperatorum curram sublato, ita vt purpura ornatus erat, in patriarchicum solium restituit, nullis episcopis aut presbyteris sequentibus aut antecedentibus: sed tibicinibus & tibicinibus, saltatoribus & saltatri- cibus cū lætis canticis comitantibus. quorum tibicina- rum vna probatissima, equo virili habitu cõscen- so, & prius milites sequebatur: & tum etiam pa- triarcham antecede, solitis & meretriciis nugis ipsum patriarcham & ceteros, ad obscurum risum facile comouebat. Eo die à mane ad vesperam om- nes opes è splendidissimis ædibus ablatas, & ipsas dirutas cerneret, vulgusque ludibriũ: Magni Logo- theta in primis & omnes opes tam quæ in ijs re- lictæ, quàm quæ apud amicos depositæ fuerant, rapiunt. Literis enim repertis, quibus perscriptum erat quid quisque accepisset, omnia dircepta sunt: nec omnium rerum quicquid ei est relictum, sed alia in- fiscum relata, alia populo in prædam cesserunt. Ita subito vna cū liberis ad egestatem redactus est, qui post Imperatorum omnium felicissimus habeba- tur. Nã per multos annos successibus usus, vno die in extremam incidit calamitatem. Ibi homines querulos dicere audires cum alia, tum, Opes illas pauperum esse sanguinem & lachrymas suppeditatas ei ab eis, quibus Romanarum prouincia- rum & urbium administratio commissa fuisset, vt cum illi Romanos crudeliter pro ære emptis mancipiis tractarent, ipse miseris confugium ad Imperatorem obstrueret, vt magna illa facinora omnem vindictam euitarent. Sed Vindicta oculo non perpetuo dormitasse: ac tandem ex- pectatum, vix iustas illi pœnas irrogasse. Qua- cum vulgo cantarentur, calamitatem eius acer-

Diripio ad- dium Logo- theta.

Antor male tractatus, mutata for- tuna Impe- rij.

Niphon ma- le tractandus ani autor.

Decreto de auo.

Patriarcha recordia.

Heraclea Episcopus.

Socrus Bul- gatum pla- gas.

triarcha tot annorum Imperatorem deiecit, & velut in carcerem coniectum videns, nõ indoluit, sed exultauit, & vocem emisit duritiæ suæ & a- metiæ: ac potius insanit testis: Latrabitur, inquit, iustus, cum viderit vltionem. se iustum appellans: Imperatoris verò deiectionem, vltionem. Deinde ad vltionem & persecutionem episcoporum & presbyterorum se cõuertit, eorumque aliis sacerdotio ad certos annos interdixit, aliis vsque ad obitum: sunt etiã quos lenius multauit, sed, vt paucis ab- soluam, nemini veteris Imperatoris studioso pe- percit. Interea Ioannes, meus post Deum curator ab infantia, auunculus meus, prouecta ætate in sua metropoli vitam cum morte commutat: quem neque senium, neque pedum plaga adducere po- tuit, vt de iuuenili & vehementi exercitatione pie- tatis quicquam remitteret. Erat autem eius metro- polis Ponti Heraclea: quem primum populus Heracleoticus patrem bonum & Deo plenum vidit, non agrestem virum & temerarium do- ctorem, & linguam è suggesto insanam & im- portunam exerantem, quæ & auditorum aures fauciarer, & magnum ineptumque tumultum ex- citaret, nunquam verò ad vtilia declinaret: sed ab adolescentia, & lingua & auribus & animo pro- bè institutum omni doctrina, tum sacra, tum pro- fana, vt & vita & eloquentia satis ad auditores suos regendos instructus esset, & ad eas regulas præscribendas, quæ morum elegantiam formet, & manus cohibeant, & animorum impetus mo- derentur, & omnem immodestum motum co- herceant. Quantus autem & qualis fuerit hic vir in omni genere virtutum, ex vita eius à nobis conscripta cuius cognoscere licet.

DE MICHAELIS BULGARJ incurfione.

Sed priusquam triginta dies elaberentur, cum audisset Imperator Michaelem Bulgarorum principem finitimas Romanorum vrbes & prouincias incurfare, statimque ad Didymotichum & Adrianopolim cum magnis Scytharum ad Istrum habitantium auxiliis progressurum esse. Adrianopolim profectus, legatos ad illum mit- tit, & ruppi fœderis causam quarit. cui ad hunc modum ille respondit: Tu nullo pacto Byzan- tium ingredi & rerum potiri potuisses, si ego a- uo tuo opem ferre voluissem, & pecuniam & fi- nitimam prouinciam mihi pollicito, quibus nunc tua & tuarum promissionum causa fraudatus sum. Quantis enim promissis me oneraris, ipse nosti, usque longè maioribus quàm auus tuus, non tantum vt ne cum adiuuarem, sed & pro- pter sororis tuæ matrimonium. At Imperator ad cauendam ignauia suspicionem, quanquam non paribus copiis, & ad propulsandum tantum hostem idoneis instructus: tamen matris aleam experiendam esse duxit. Naturalem enim au- daciam magis quam rationem aut consilium se- quebatur, quicquid accidisset. Quare magno studio exercitus vtrinque se parabant, Roma- mana verò respublica in magno periculo & me- tu verlabatur. Mater verò & domina filio timens, ad vtrunque de pacificatione legatos mittit, ebf- que reconciliat: quippe amborum mater. Vnde etiam vtriusque obiurgandi auctoritatem vsurpa-

re non dubitabat. Sic pace facta, Michael maxi- ma pecunia accepta domum rediit.

DE MAGNI LOGOTHETÆ exilio.

Cæterum magnus Logotheta, cum sine vlla modestia in exilium abduceretur, in stran- guriam incidit: quæ molestior ei fuit, quàm cere- ra omnia que perpeffus fuerat, carcere inquam, iactura dignitatis, opum ereptione, vilius homi- num obtreccionem & conuicio. Imperator verò auus corrupto ex acerbitate doloris corporis ha- bitu, alterius oculi vsum amisit: nec multo post alterum etiam, & deinceps in perpetua nocte vi- xit: ac, vt sacre literæ loquuntur, potum suum fle- tu misit, & panem doloris comedit. Omitto enim illusiones & scæda conuicia, quibus & cu- stodes cum & famuli laceffebant. Mitro etiam omnibus lotricibus datam licentiam ingrediendi palatium, ad lauandas quorumlibet vestes, in aqua quæ per palatij aulam fluebat: & vt à vicinorum iu- mentis palatium conculcatum & depastum sit, a suis inquam, equis & bobus, & domesticis vo- lucribus: & si quid aliud huiusmodi erat, quod ad illud illudendum pertineret. Quorum omnium instru- ctor & machinator erat Protostrator, Byzantij administrationi præpositus: solus Cantacuzenus magnus domesticus, cõuicio & animus, & lingua: & mores incõtaminatos, tum erga Imperatorem, tum erga alios qui dignitatibus excederant, cõserua- uit. Cæteri verò illa mutatione velut multo me- ior ebrii, insolenter fortuna sunt abusi. Ille contra naturali prudetia, & magno ingenio ornatus, se ad veterum præstantium virorum mores cõformabat, & magnificentia morum, & animi liberalitate. Et cū tunc res ei feliciter successissent, fortunam non lacessuit, neque immodicè supercilium arrexit: sed reueta animi grauitate intra modestia limites im- motus mansit. Nunc verò, inquit, me sobriũ esse oportet, cū alij nõ ebrii esse non possunt. Prosperi enim successus humana ingenia cum primis explo- rant, & vancordes tam insolentes reddunt, quæ corda- tos constantia, moderationis & grauitatis laudi- bus cumulant. His tẽporibus Syrgianus carcerem educitur, scripto prius iurciurando dato, & atro- cissima quæque sibi imprecatas, si quid contra Imperatorem moliretur. Sin quouis modo apud integros iudices mendacij conuinceretur, præter- ditas illas, vt etiam capite plecteretur. Cæterum hoc & sequenti anno, seditione Romanorum se- data, & continuis bellis atque excursionibus in- termisissis: tantam frumenti copiam Byzantij vi- derunt, quantam nec maiores illorum longo tem- pore meminerant.

DE IMPERATORIS AD- uersus Orchanum expeditione.

Sed cum id modò tempus venisset, quo veris manus arbores comis ornantes, & variis her- barum & florum coloribus humum depingentes, amœnissimum oculis hominum spectaculum præbent: Imperator copias Romanorum præstitit esse iussit, velle se traicere in Asia, & Orchanum Bithiniae principi bellum inferre cum aliis de cau- sis, tum quod Nicæam primariam urbem obside- ret. Vere igitur iam exeunte, exercitus vnã cum

Senioris An- dronici ca- tas & mise- ria.

Symadeni in imperia.

Cantacuzeni modestia.

Syrgianus carcerem edu- citur.

Copia am- nona.

Imperatore; traiecto Byzantio freto, in Asiam trāsīit, duobus millibus selectorum militum ad ductis. maximam autem partem ceteri erant homines circumforanei atque opifices, quos facile cerne res pugnam velut adulteratos esse. Aduehebant enim secum ignauia argumenta, lembos & nauiculas plurimas, & ferè tot, quot erant homines, vt ad fugam; si opus foret, parati essent, de persequendo & superando hoste nihil cogitantes. Bithynia verò princeps Turcos rei militaris periculosissimos, ad custodiendas viarum angustias miserat: ipse verò octo millibus armatorum acceptis, Imperatori occursum exit. qui cum tertio die ex quo Asiam ingressus fuerat, ad oppidulum Philocrenem peruenisset, ac didicisset Orchanem angustias occupatis cum Barbaro exercitu ibi confedis se, accidit vt ipse castris ibi positus pernoctaret. Orto autem sole cum Barbaros nonnullos è circumiacentibus montibus descendere videret: & ipse primùm nudos, deinde armatos, equites verò in primis, in armis esse iussit, & contra illos duxit, ac primùm sagittarij Barbarorum eminus tela in nostros coniecerunt, nec propius accedere voluerunt: id quod Imperator insolitum Barbaris esse ratus, & timoris argumentum: fiducia sumpta, paucos in itinere euagari extra ordines iussit, quod non felicitè casurum esse cum peritiores ei dicerent, impetum tamen eius reprimere non potuerunt. Dum autem hæc tumultuaria pugna ultra meridiem producitur, quo tempore grauissimus solis æstus est: Orchanes è vertice montis Romanos & æstu & continuis cursibus, & circumcurfationibus iam defatigatos esse conspicatus, descendit & ipse cum exercitu penè innumerabili: qui confuso clamore edito, vndique irruentes, partim sagittis crebris nostros perunt, partim cominus gladiis rem gerunt. Romani verò primo illorum impetu fortiter excepto, longo tempore strenuè se defenderunt, plurimis hostium & vulneratis & occisis. Deinde cum noctem instare viderent, & in ignota terra in tenebris pugnare durum iudicarent, paulatim recesserunt, in castris sua properantes. Quamobrem Turci vehementius instantes, multos & equites & pedes occiderunt, donec noctis interuentu prælium est diremptum. Inter ceteros autem ipse etiam Imperator leui quadà sagitta, & minimè lethali, altero pede vulneratus est. Ea nocte spectaculū miserabile, & euidentis iræ diuinæ signum accidit. Nam Barbarus Romanorum armatura & fortitudine spectata, eos non quieturos, sed postredie longius progressuros ratus: ceteris equitibus speculandi gratia ibi relictis, ipse cum omni exercitu perrexit ulterius, ad opportunas vias occupandas. Imperatore verò oppidulum Philocrenem ingresso, curandi vulneris gratia: Romani causæ non satis gnari, cum præ metu fugere putarunt, noctu enim Orchanem cum magno exercitu affore, neque quenquam postredie Romanorum solem aspecturum. Itaque qui nauiculas secum attulerant, nudè in ipsis fugiebant, alij ante portas oppiduli festinantes, sese inuicem conculcabant, & suffocabant: alij cathenæ instar cohærentes, partim in propugnacula euadebant, partim à sequentibus detracti & euerfi casu moriebantur.

Oppidulum incepta milite.

Orchanis copia.

Philocrenem.

Orchanis & Andronici ei pugna.

Romanus exercitus à CCC equitibus profugatus.

tur. Erant etiam qui præ timore stantes expirarent. Manè verò sole orto, ceteri illi Barbari incredibilem eam Romanorum cladem conspicati, cum in castris equos, arma, vacua tentoria, Imperatorios item equos cum rubris sellis, & Imperatorium tabernaculum viderent, ducenti ex iis, his omnibus abreptis abeunt. Reliqui ceterum propius accesserunt, & frequentibus telis eos qui neque in oppidulum neque in nauiculas confugerant confixerunt. Imperator verò his visis, cum nihil agere posset, nec vllam tempus opportunitatem præberet, concessit, & ipse nauim Byzantium rediit. Secum autem causam tanti & tam subiti mali reputans, post multas dubitationes tandem, præter alia plurima ceteris esse grauius animaduertit, publicæ disciplinæ perturbatione, & forensium negotiorum multiplicem, & ob vetustatem penè immedicabilem morbum, ac reipublicæ perniciosum. Vt enim morbi qui è malo corporis habitu oriuntur, paucos inuadunt, nec publicè vagantur: aere verò infecto, omnes qui eodem in loco degunt, cæli grauitatem sentire necesse est: eadem quoque ratio singulorum delictorum est, si cum publicis iudiciis conferantur. Proinde non multis diebus post Esaiam patriarcham conuenit: ac primùm ei suadet, vt iram aduersus episcopos deponat, & populū interdicto soluat. Neque enim par esse, cum ipse omnibus omnia condonaret, ad quæ publica delicta spectaret: illū patriarcham, & pacis doctorē, alere simulas, nec eius iram occidere tot solibus occidentibus, cum ne vnus quidem durante illius ira occidere deberet. Patriarcha igitur Imperatori obsecutus, sacerdotali stola induta, diuinæ mystagogiæ hora, populo & videntibus & mortuo scripta condonationem pro suggesto recitat. Episcopis autem & presbyteris plerisque minimè ignouit. Deinde patriarcha cum multis episcopis & presbyteris mystagogiam celebrante, quatuor viros delegit Imperator, sibi ad ciuilia iudicia exercenda probatos, quorū vnus ex episcopis erat. His in medio tēpli iuris dicundi potestate dedit, tradito etiam sacrosancto Euāgelio, & Imperatorio gladio: sanctissimūq; iurandū ab eis exegit, vt sine respectu personarū & munerū se pronunciaturos affirmaret. quod si his criminibus cōiuncti essent, nullā eis excusationē reliquit: prædijs assignatis, è quorum annuis redditibus splendide possent viuere. Atque hæc hæc tenus.

DE INSVLÆ CHII, QUAM MARTINUS tenebat, occupatione.

Sub autumnum, omnibus triremibus Romanorū, quæ Byzantijs, Lesbi atque in ceteris insulis & maritimis urbibus erāt, necnō vniuersis, & quatuor auxiliaribus triremibus à Cycladum insularum principe accersitis, è portu soluit: verbo contra Barbaricas naues, re ipsa verò cōtra Martinum Chij præfectum, qui cum Latinus esset, ac diuitijs & auctoritate pollēs, paterna hereditate procurationem insulæ & annuos redditus accepisset: Romanorum Imperatoribus pro seruo parere, & quicquid iussissent summo studio facere deberet. Romanorum enim esse insulam, cuius procuratio & fructus ob veteris cuiusdam beneficij memoriam, ab auo Imperatoris assignata illis

Peccata causa cladum.

Eminentio iudiciorum.

Patriarcha non omnibus ignoscit.

illis essent. His ita à patre acceptis, fratres verbis eluserat. ipse verò vir strenuus & prudens, triremibus ædificatis Asianos Barbaros oræ maritimæ accolos infestauit, piratis etiam circum insulas vagantibus infestus: quos breui tēpore adeo perterrefecit, vt metu belli cladū, annua illi tributa penderet. Ad magnas igitur opes & gloriā breui euectus, Romanis suspectus fuit, ne paulo post iugū Imperatoris excuteret: eaq; de causā non palam eū Imperator aggressus, nullo negotio insulam cepit, & vincitū illam Byzantium misit.

Martini res gesta.

In iuria mentio iniuria.

Andronici inuicis testamentum.

Syrgiannes ab imperatore viis matre adoptatur.

Ciliteræ Cæsarum de strare imperium videtur.

DE GRAVISSIMO IMPERATORIS MORBO.

Verum paucis diebus elapsis, Imperator Didymotichi agens in morbum grauissimum incidit. Nam cum lauisset, & in summo rigore hyemis frigus à Balneo non cauisset, cum reliquū corpus est densatum: tum vero caput ita afflicū, maxima parte mali eō inclinante, vt non modò grauissimis doloribus cruciaretur, sed & mente alienaretur. Cum autem id malum omnem medicorum artem superare, & de vita illius postredie actū fore videretur: iure iurando astantes adiegit, primùm vt sibi monasticum cucullum induerent, priusquam vita excessisset: deinde, vt omnes captiuos carcere educerent, vt Constantinū Despotam, & magnū Logorhetam Metochiten, omnes denique eodem crimine damnatos. Ore porò mandauit, vt omnes Romani iurarent, se coniugem ipsius vt Dominam veneratos esse, & ipsa enim aderat grauida, eaque verba audiebat puerum, si filius nasceretur, vt Imperatorem, cuius tutor esset Cantacuzenus Magnus Domesticus: quæ sola in literis relata, vim testamenti habuerunt. Nulla verò facta tum est mentio nec aui Imperatoris, nec Domini matris, quæ Thessalonice tum agebat, graui affecta dolore, & sollicita, ac desperata etiam vita sua, si defuncto filio se præterita, Imperij cur alius mandaretur. Negabat enim posse fieri, vt sibi, quæ domina esset, vita concederetur à Magno Domestico Cantacuzeno, & matre illius, præter omnem expectationē summæ rerum præfectis, & longo iam tempore atque rebus suis aliter cōsulendo spacio statim accersit atq; adoptat Syrgiannē, tū Thessalonice præfectū, ibique agentē, eique vitā & animā suā cōmittit: simulq; Thessalonices, eo res administrate, iurare iubet, ac polliceri se herē & dominā eodē modo semper ipsam agituros, & ad extremum spiritum pro ea dimicaturus. Quod si filius suus Imperator moreretur, filio qui nasceretur Imperij successionem citra seditiones atque incolumem conseruaturus. Hæc ita tum acta, magnum malorū pelagus in posterum conlarunt, vt deinceps dicemus. Nunc illuc nobis est redeundum. Constantinus Despota cum ceteris, vt diximus, vinculis solutis, cum paulum se ostendisset, rursus in obscuras latebras noctu à proceribus aulicis est abditus. Veriti enim ne Imperatore defuncto, turba in populo oriretur, quum ob alia, tum propter Cæsarem, & olim temerè de illa iactatum rumorem, sic eum tractarunt. Vulgaris enim fama erat, Imperium, veteri Imperatore defuncto, ei esse destinatum, cuius no-

men Cæsarem inchoaret. Vnde cum & ipse Constantinus diceretur, suspectus erat. In seniore verò Imperatore plures malorum vias excogitarunt, quæ omnes eodem ducerent. Optione enim ei dederunt, mallēne monasticum habitū induere, an aliud malum subire? Id verò esse aut eadem, aut acerbissimum exilium, aut violentam in obliuionis castellum abductionem: quorum omnium vehementissimus minister esset Theodorus Synadenus. Imperator verò tanta periculorum tempestate subitò oppressus, diu sine voce in lecto iacuit. quid enim faceret aliud, nisi ferreus esset: aut corde adamantino? multis Barbaris & efferatis militibus circumfusis, domesticis verò omnibus extrusis: cum nemo esset qui hominem luminibus orbatum duceret, vbi vel staret, vel trāsiret? Sed ne longum faciamus, volentem nolentem tondent, & cucullo induunt, atque Antonium nominant. His ita gestis, Imperator Didymotichi, nullo alio vitæ signo apparete, præter exiguā & tenuissimam respirationem, vitalibus instrumentis immotis, & extremitatibus corporis emortuis, planè mortuus totum biduum iacebat. Tertio verò die velut è profundo summo nonnihil expectatus, diuinum laticem castissima Dei genitricis Pega postulat: quo statim allato, & capiti affuso, recreatus est, & cibum coepit, & pristinam valetudinem recuperavit. Esaiæ verò patriarchæ veteris Imperatoris causis iucundissimus fuit, quod nec illi vlla Imperij spes, nec sibi metus vllus relinquere tur. Deliberandum tamen esse visum, quo pacto eius in Ecclesia mentio facienda esset, si qua tamen facienda esset. Missis igitur duobus ad eum episcopis, per desilum opinor, tristitiam & ignorationem rei gesta simulans, ab illo, & non aliunde, suffragium suæ deliberationis requirit. Ille verò grauissimis animi doloribus oppressus, cum profundo suspitio ex imo pectore de prompto, os aperuit, & hæc coram illis dixit. Vt inquit duplex in Lazaro miraculū contigit, quod & mortuus resurrexit, & vincitū ambulauit: & in me fieri oportebat. Ecce enim & planè mortuus sum, multis calamitatum fluctibus demersus: nec manus & pedes tantum vincitū, sed linguam etiam, qua, vt nihil aliud, saltem mala mea atque iniurias aeri, & hominibus (si qui fortè audirent) & acerbis tenebris, in quibus nunc versor, conqueereret. Ceterum pudor opplevit faciem meam, fratres mei me aduersantur, & filij matris meæ pro peregrino me ducunt, ac nec ipsum oculorū meorum lumen adhuc mecum est. amici & propinqui mei ex aduerso mihi constiterunt: & omnes qui me viderunt subsannarunt. Mei verò pedes propemodum lapsi essent, & penè effusi essent gressus mei. Indignatus enim sum aduersus iniquos, cum pacem peccatorum viderem. Sic autè acciderat, vt Imperium olim Ecclesiæ priuilegia dedisset, ea quæ etiā nunc cernuntur: ac vicissim Ecclesia id Imperio concessisset, vt quæ veller è designatis patriarcha declararet. Ipsū verò ego non solum designaui, sed & ipse elegi, & multis claris atque illustribus viris prætuli: hominem, qui in vita priuata consenuit, nec sacerdotio, nec vlla re alia insignem. Mitto, quoties ei opem tulerim, & benefecerim. Nunc autè,

Andronici senior monachus fieri cogitur.

Andronici inuicis conuulsi.

Patriarcha veteris Imperatoris insultat.

Locus hic videtur mutilus.

Senioris Andronici cum patriarcha expositio.

cum & ipse in calamitate subleuare me deberet: inimicis meis operam nauat, quouis alio carnifice mihi infestior. Nec me rogare veretur, quomodo in Ecclesia mentionem mei fieri velim, dolorem & ignorantiam rerum mearum simulans. in quo non aliter facit, quam Ægyptius crocodilus, Nili incolæ: qui cum aliquod secum viuentium animalium interfecerit, cadaueri illius insidet, & caput eius calidis lachrymis imbuit. Ego verò quid ad huiusmodi commenciâ quæstionem respondeam, non reperio. Nam si me Imperatorem dixero, statim occidat ab iis qui ea de causa me in vinculis tenent. Sin monachum Antonium, confessio illa existimabitur ab iis qui res nostras fraude peruertunt, quasi nõ coactus, sed vltro monasticum habitum induerim. Hæc aliæque plura locutus, eos dimisit, nullo ad ea quæ rogabant responso dato, & in lecto considens: Reuertere, inquit, anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. nec vllum postea prorsus verbum, quo dolorem testaretur, elocutus est, siue lingua singulari prudentia formata, siue ob magnitudinem doloris: vel inuitus calamitatem suam præteruictus, inopia consilij, & torpore quodam animo victo, priusquam collecti in cerebro humores in lachrymas resoluerebantur. Nam & sol cum moderatos radios emittit, multos ventos & humores attrahit: sin inmodicos, consumit illos priusquam attrahantur. Eodem modo & modici animorum affectus, dolorem suum verbis restari & lachrymis non recusant. Qui verò modum excedunt, ac animum quasi de gradu tumultuantem deiiciunt, efficere solent, vt aut nihil dicas, aut quiduis potius quam quod oportet, aut nihil potius quam quod oportet. Ad hanc sententiam confirmandam (vt aliquid è memoria reculstatis repetam) cum Cambyses Suis Ægyptum bello peteret, & rex vnâ cum regno capros filios suos sine vlla clementia ad necem trahi videret, nullum verbum locutus, huani caput tacitus inclinauit. Sed cum vnum ex familiaribus suis, qui Ægypto incoluim opibus & autoritate floruerat, pannis oblitum, panem emendicantem vidisset: percusso capite suo, cum alto suspitio sodalem illum inclamauit, verba tantum non lachrymis rigans. Deinde rogatus à Cambyse, cur propter filios neque illachrymasset, neque dixisset quicquam, amicum autem allocutus esset & deplorasset? respondisse fertur, Dolorem filiorum longè maiorem fuisse, quam qui lachrymas admitteret: amici verò calamitatem, quæ tanta non esset, deplorandam esse, qui ex alto dignitatis gradu deiectus, in limite senectutis in tantam cladem incidisset. Cæterum patriarcha decreuit, cum ante nepotem Imperatorem, religiosissimum & philochristum Antonium monachum esse memoradum. Sed priusquam inde quatuor dies elaberentur, cum Protostrator populum in ædibus, in circuitu, in portis, vbique denique susurrantem audiret, cum seniore Imperatore inique agi, qui & fuisset Imperator, & defuncto nepote futurus esset (neque enim legem esse monasticam, inuitos & vi coactos cucullum induere) atrociam consilia animo agitauit, ad eumque misit, qui

scriptum iusiurandum ab eo postulare, quo promitteret, se Imperatoriam potestatem nunquam quæsturum, & oblatam repudiaturum, neque alium vllum subornaturum. Quod si recusasset, eo die de ipsius capite actum fore: simulq; rursus Barbaros illos satellites ei adiungit. Ille verò rursus perterritus, & vitæ timens, inuitus illud etiam assensus: & quia cæcus erat, alio manu ducere, superne rubram crucem, inferne nigram gestans, viuere situs est. Hæc tempore in terra Persarum occulta turris reperta est, nummis auri purissimi plena, eo numero, cuius vix numerus intri queat: quorum non paucos Latini mercatores quouis terrarum exportarunt, quos ob auri puritatem magno esse vlti scirent. Horum multi Byzantij singulos ternis vstitatis auricis redemerunt. Eodem quoque tempore literæ à Latinis & Colchidis habitatoribus qui ortum à Persis ducunt, Byzantium afferuntur, supercilio & mucro plenæ, & prædictionibus insolentibus atque ineptis, quales tibicina & saltatriculæ in prostibulis suis amatoribus propinant. Nam si quid aliarum rerum, incitua vti que omnium efficacissima est, ad quiduis persuadendum hominibus leuibus & superciliosis, quæ ad inconsultam eos temeritatem impellit, & ad quiduis sine consilio suscipiendum incitat, si quid forte leuibus eorum cogitationibus insedit. Ad quas coarguendas & refutandas, plurimi ex amicis me hortati sunt: haud scio num me, vt cursores equi variis in locis tentari solent, exploraturi, an voluptatis aliquid inde ipsi percepturi. Nihil enim est animo iucundius, quam id videre & audire quod desideres. Perinde est enim, ac si quis fictentibus suauissimam aquam offerat, & æstantibus frigidum Zephyrum immittat. Desiderat autem alius aliud, pro suo quisque iudicio: vnde appetitio illa commouetur, & ad aliud atque aliud vitæ institutum impellitur, quæ multa variaque & cælum & terra proponunt. Esti autem idem quod illi amici mei, si non omnes, at plerique opinor desiderabunt: ego tamen non is sum, qui id præstare conari velim. Nam omnia quidem inquiri decere, nunquam inficias iuerim. Quouis autem tempore, & in cuiusvis gratiam id facere, valde equidem recusarim. Neque enim quoduis tempus opportunitatem habet, neque quemlibet quiduis velle decet. Est enim tempus minimè tempestiuum, & sæpe voluntas importunitate plena. Sed tamen cum hoc vtcunque concedendum illis, & onus hoc in humeros suscipiendum, & pro virili gratificandum videretur, neque aures illis neque linguam occlusimus, sed scripta illa ex parte modicis rationibus refutauimus. In quo, eorum quos prudentia in opportunitatis Museo erudit, nemo opinor nos reprehendet. Ac cætera quidem arcana esse passi sumus, propter summam importunitatem scriptorum. Quæ verò epistola: vnicuique amicum diximus, ne honesti nostri silentij causa esse ignorantia videretur importunioribus obtrectatoribus: ea nunc historia causa, si qui forte cognita sibi velint, inferemus.

AUTORIS AD AMICVM quendam epistola.

Que

Senior Andronicus animu recipit

Cura lenis loquuntur ingentes stupent.

Exemplum Ægyptij reia.

Senioris Andronici memoria.

Synadeni acerbias.

Non omnia refutatione digna.

Quæ verba inquam mentem ducem sequuntur, eique ius suum reliquunt: eadem etiam mens insulpetrix comitatur, & lingua iuste pronuncians expectat. Quæ verò concentus omnis leges recusant, & omnes scientiæ limites temerè transliunt: ea nec mentis consideratione digna sunt, nec lingue explanatione, cum non aliud sint nisi quidam naturæ morbi; & veluti ruptæ lyre absoni strepitus. Quamobrem amicorum optime, vehementer mirari mihi subit, quo pacto me amicum ad futilia ista compellas, & linguam ad nugas istas refutandas accommodare cogas, quæ ex Epizephyriis barathris frequenter crumpunt, veluti Vulcaniorum craterum flammanes riuui, & in populum veluti niues hybernæ è superiore continente descendunt. Profectò enim & scientiæ regulis & nobis ipsi faceremus iniuriam, si eas regulas illis adhiberemus. Nam semetipsum vltro corruptis tradere moribus & sermonibus, à malicia non est alienum: nec reprehensione vacat, sed veluti cognatam maculam inuidiosam reprehensionem secum trahit. Quem enim inscitia Caucasum non superant insolentia verborum, quas inferiores à veritate remotissimas fabricare consueverunt, superiores verò sordidis & puerilibus applausibus excipiunt: idque, cum Persarum & Chaldaeorum scientiam profiteantur. Nam si Chaldaeorum & Persarum omnis methodus eò redit, & cælum propter hoc in ætheris sphaeram bono ordine stellarum cursus circumfert, vt lucri accessionem veris initio scribis apponent, fenibus verò sub exitum ætatis morbos: per facerem hoc eis videbitur, qui utilitatem artis deridere, & velut è plausu contumeliosè subannare, & scenicis diceris inceslere volunt. Ego verò suauiter illud etiam deridgo, quod non prædixerunt quercus multas glandes laturas, & sentes contrectantium manus puncturos esse: & mustelam, si pepererit, marrem fore sui sætus; æstate æstiuum, hyeme frigus fore, cæteraque pæspicua omnibus, si non bobus, at hominibus certe quidem. Ne verò & tu tristis sis, & disciplina grauitas in tales fordes demersa profcindatur: age media incendentes via, pauca ex meridianis istis nugis, ac potius terrestribus planetis, qui ætheriam prouinciam plurimis mendaciis infamant, coarguamus, vt à simbria torum contextu soluantur, & vt illa Penelopes tela reiectur. Ventos aiunt commotum iui, vnde humana corpora corrumpenda sint. Ego verò corruptionis eius causas scire velim. Nam si quid aliud quam impetus aeris ac diuisio ventus esset, rationis fortassis aliquid ea haberet oratio. Nam quæ aliquid aliud sunt quam aer, eumque permaneant: ea vel corporeo transitu illum secant & permeant, vt lapis & ferrum, & aliæ res acre duriores, vel qualitatibus suæ distributione id quod faciunt: ea quæ fluxa & aeris nature planè cognata sunt, vt odores, colores, fulmina; incensu turbines. Atque etiã ventus, si vilo horum inodorum aerem vel diuidendo, & eius locum occupando transierit, vel eisdem distributione qualitatibus lubrica commiscetur: statim orta omnia interirent. Nunc contra omni nos temperie compleri videmus ab eo semper. Neque enim aliud est ventus, quam fortior impetus & quasi diffusio aeris, qui nos sem-

per copiosè circumfundit: eoque nos fruimur, quatenus est vnicuique concessum, quamuis copiosissimè nos sequatur. Illud verò fortassis etiã vaticinationem desiderat, egoque non habeo quid dicam. Dicunt vrbes & arbores, & montes, ventis simul omnibus concitatis, euersum atque translatum iri. Qui enim & quo transibunt & transferentur, cum ita ut dicunt, venti omnes ex opposito ea circundabunt? Nam venti quidem vnus impulsu & violento impetu euerit domum, aut arborem ruere, noui nihil fuerit, nec à consuetudine abhorreat. Sed vbi omnes simul ex aduerso spirant, non vti que quicquam omnium prosterment. Nam cum id quod vnus impellit, alter repellat, ex ista pari vtrinque violentia in medio inconuulsim & stabile permanebit: præsertim cum simul ex aduerso ventos moueri, nec Aristoteles secundum naturam esse concedat, nec temporis diuturnitas ostenderit. Cæterum illud penè me præterisset, quod Martis & Saturni in vno signo congressum pugna ventorum causam statuunt, & ante has defectionem quandam solis. Quæ, vt principia eorum quæ sequuntur, si aperte falsa esse ostenderimus, falsa vti que erunt ea omnia quæ inde colliguntur: sicut succisa radice arboris, summi etiam cacuminis anima interit. Nec enim hoc tempore tantum in vno signo non sunt Saturnus & Mars, sed nec integro biennio post futuri sunt. Mars enim Saturno iam pridem in decima quinta Leonis parte relicto, iam in Scorpij chelas transit. Solis verò defectionem nec tota hæc æstas, nec secururus autumnus sentiet: etsi omnes homines, omnes aues id affirmarint. Cuius tibi rei magister & tepus & sensus erit, ad veritatem exquisitè intelligendam. Nihil enim est cui ad scientiæ demonstratione minus refragari liceat, quam sensui, & experientie. Sensus enim, autore philosopho, experientiam gignit: experientia verò principia suppeditat scientiæ. Sicut igitur frumento in terram sato, spica nasci potest, sine semente verò seges existere nulla potest: ita & in his, si erit defectus solis, & congressus Saturni & martis, dicere fortè queant, fore turbines & euersiones vrbiu, & montium à radicibus euulsionem. Sin illa non erunt, necessariò sequitur, omnem montem urbem suo loco mansura esse. Neque enim ignoramus, sublato eo vnde aliquid fit, quodque alterius causa est, vna vti que affectus etiam causam consecuturos tolli. In hanc autem absurditatem isti deuolunt, quod eam quæ causa est, causam nõ purarunt: & quæ causa non est, causam putarunt. Sidera enim alias aliter inuicè intuètia, diuersos etiam euentus denunciant, partim bregui partim logiore post interuallo. Isti verò ne hoc quidem intelligere potuerunt, & alienas causas attulerunt, multum à via aberrantes: non secus ac si quis, quod Themistocle Megaris Athenas eunte pluit, casum eum Themistocli imputer: aut Cræso, cum Halym trāsiret, quod sol ortus fuit. Solet enim etiam absente Themistocle pluere, & sol etiam post Lydi discessum elapsa nocte supra horizontem ascendere. Erant alia sexcenta, quibus illos conuinceremus, quæ ob prolixitatis fastidium omittimus. Nam bonum argumentum bene tractare, quantumuis prolixè id fiat, gloria

H iij

Pugna conuulsorum ventorum nihil euerit.

Saturni & Martis congressio, & eclipsis solis commensura.

Causarum atque effectuum conuulsio atque ignorantia.

parit, nec laude sua caret. In nugis verò & rebus absurdis idem facere, nec laudis quicquam habet, & haud iniuria deridetur. Fertur etiam Philippus Alexandrum filium derisisse, quòd citbara bellè caneret: quòd turpe esset, generosum hominem ingenium vilibus in rebus ostentare.

DE BELLO BYLGARORUM & TRIBALLORUM.

Iniquum re- ptedum cau- sa belli.

Imperator euentum expectat.

Eclipsis so- lis.

M. Galli equites.

Michaelis interitum.

Crales à suis in carcere oc- ciditur.

Sequente vere, cum Seruix Cralem apparet non quieturum, nisi Michaellem ob iniuriã & contumeliam sorori factam ultus esset, quòd ea legitima coniuge post susceptos ex ea liberos regni hæredes, nulla de causã repuciatã, Imperatoris sororem duxisset: Michael legatos ad Imperatorem mittit, ab eo postulans, vt per Romanas provincias transiens, in Triballorum terram impressionem faceret: nam & se illi arma infesta illaturum, vt duobus bellis impar, fieret imbecillior, multis vtrinque agris amissis. Proinde ad expeditionem vsque ad veris exitum sese parant. Carterum æstate incipiente, Imperator cum non iustas aduersus Crales vires copias haberet, in planicie quadam regionis Pelagonum castrametatur, cui finitima erat oppidula quæ Romanis patebant: vt ibi prius audiret, quomodo ab altera parte Michaelis firmiores copix rem gererent, & ex euentu consilium caperet. Tum circa horã duodecimam, die Iulij decimafexta, ad vndecim puncta in Byzantino climate sol obscuratus est, partem Cæcri vigesimam quartam tum permeas. Cuius obseruationis initium à medio Iapyge & Thracia, finis ab initio ferè Subsolani fuit. Michael verò ingenti coacto exercitu x i. l. m. è suo regno, & tribus Scytharum millibus conductis, per Septentrionalem montis Æmi partem, in Triballorum ditionem impetum facit, ibi ferè, vbi Strymonis fluij fontes sunt. Quatuor igitur continuos dies hostilem agrum impune ferro & flamma vastat, nemine repugnante. Quinto autem, vnã cum solis ortu Seruix Crales se ostendit, cum magnis copiis, quæ splendore armorum intuentium oculos perstringebat. Cum autem vtraque acies in prociectu staret, Crales suos ad fortiter pugnandum cohortatus, ipse ad Michaelis vexillum, cum m. Galli equitibus, magnitudinæ corporum & robore insignibus, & in re bellica exercitissimis excurrit: eoque non magno cum labore reuulso, ad Michaelis aciem properat: & magna eius copiarum parte prostrata & conculcata, viuum & faucium Michaellem capit. Reliquus Bulgarorum exercitus maiori ex parte ibi casus est, reliquæ nudis corporibus vulneribus acceptis triduum vixisset, sic affectus, vt vix cladem suam intelligeret: quarto die expirauit. At Imperator cognita re Byzantium rediit, nulla neque re gesta, neque clade accepta. Sed cum, vt sepe diximus, nulla sit perpetua vilius mortalium felicitas, & inuidiæ expers: eadem & hic fortuna ratio fuit. Nam illustribus Crales successibus tempestas grauis, & supra modum horrenda refluat, quæ quicquid inuita iucundum habebat, insidauit & demersit, & ipsam ei vitam eripuit, hoc modo.

DE INSIDIIS QVAS Crales filius suis fecit.

Rat ei filius annum tum alterũ & vigesimum agens, ex alia vxore natus, quem ad principatus successionem diligenter educabat. Sed cũ Cesaris filiam annos nata duodecim, ipse quinquagenarius duxisset, & priusquam filio vxorem despondisset, liberos ex illa suscepisset: in suspicionem & metum filius eius impulsus est, cuiusmodi probabile est ab æqualibus luxurianti adolescentis animo ingeri. Itaque defectionem & seditionem contra patrem molitur. Quem cum proceres, duces & tribuni, patris imperium ob diuturnitatẽ temporis fastidientes, sic affectum viderent: singuli priuatim cum aduentis, eius cogitationes defectionis inflamman: ac post dies non multos seductum, hostem patris & Seruix Cralem cum summa potestate declarant. Cum autem compluribus diebus paulatim vniuersi milites ad eum confluisissent, patrem etiam victum sine villo negotio ad eum perdixerunt, ac mox in carcerem coniecerunt, inuito fortassis & grauitè ferente filio: sed tamen tacente, & furori populi aduersari non audete. Verebatur enim, ne in se quoque grauius aliquid cõsuleretur. Post paucos dies illum in vinculis suffocarunt, suauibus illis successibus in acerbum interitum veris: filio autem principatum confirmarunt, & statim vnã cum eo egressi, Romanam provinciam vsque ad Strymonem & Amphipolim, capta etiã Strumitza & aliis oppidulis, subegerunt.

Triballi Thraciam vastant.

DE BYLGARICIS OPPIDVLIS ab Imperatore captis.

Proximo anno cum audisset Imperator Bulgaricũ principatum & à priore vxore, & à cognatis Michaelis diuelli (nam Imperatoris soror agrè fuga salutem quesierat) in ea multorum contentione de regno, iustis copiis delectis, oppidula Æmo vicina inuasit, & ferè omnia citra negociũ cõcepit, habitatoribus vltro sese ad eum conferentibus. Inter cætera verò etiam vrbe munitam & frequentem Mesembriam, ad mare sitam: in qua cum Imperator ferè cum militibus versaretur, statim grauis esse cõcepit, tum ob annonã propter eos difficultatem, tum propter vctigalium pensionem. Sed cum post multas de regno concertationes ad Alexandrum Michaelis consobrinum summa rerum delata esset, is firmato principatu, coactõ que Bulgarico exercitu, & Scytharum magnis auxiliis accitis, in finitimã Romanorum provinciam facta impressione, & ad Orestiadem vsque progressus, maximaque præda parata, & plerisque ad Æmum oppidulis deditione captis, & ad instituta Bulgarorum reductis lætus cum magnis spoliis domum rediit.

* interitum.

Alexander Bulgarus Romanas provincias vastat.

DE NICAËA BITHYNIA CAPTA.

Vb hoc tempus etiam Nicæam, magnã illam & celebrem vrbe, diturna fame & obfisione oppressam Barbari cõeperunt: ac multas sacras imagines ac codices, vnã cum duarum sanctarum mulierum reliquiis Byzantij vendiderunt. Iam verò impune in maritima Bithyniã orã sedibus

Turci in Bithynia grassantur.

dibus delectis, grauiã tributa reliquis oppidulis imposuerunt, ob quæ, cum facile, idque breui tempore possent, non prorsus vnã cum habitatoribus illa deleuerunt: nec tamen crebris incurfionibus vexare, & mari terraque nostros capere destiterunt. Magnus autem Logotheta ab exilio reuersus, non domi suã diuertit, quæ (vt iam diximus) Imperatore vrbe ingressõ pridẽ erat diruta, & vastata prorsus à populo: sed in eius vicinia, in Chorã monasterio, quod ipse magnis antè sumptibus vetustate ruinosum instaurarat. Extructũ enim initio fuerat à Iustiniano Imperatore forma oblonga: deinde cum vetustate vsque ad fundamenta cõcidisset, aliud templũ, ea quã nunc forma cernitur, Alexij Imperatoris focus condidit. Sed cum rursus ruinã minitaretur, hic medio templo excepto, omnia liberali manu probè instaurauit. Itaque cum reliquarum rerum omnium naufragium fecisset, salutaris hoc in necessitate portus ei & corporis & animi exitus. Cum igitur sacrum monasterium intueretur, tacita voluptate animus eius deliniebatur: cum verò domus euerfionem, oculi ei dolebat, & animus ingenti tristitia afficiebatur, qualem huiusmodi calus gignere solent. Et cum secum reputaret, vt nulla pena Fortuna satiaretur, obstu pescebat, ne solum quidem splendidarum adium iniolatum permanisset: sed, quod ab omni æuo nemini vnquam in mætem venit, id tum in iis accidit. Euulsum enim pauimentum omne, Occidentalium Scytharum principi, pauimentum suũ splendidius requirenti, dono missum est. Ad hæc, ab iis qui principatum administrabant, prohibebatur, nullo modo vel corã vel per internuncium quicquam cum vere Imperatore agere, quod & ipsum viro non paruũ molestiæ additamentum fuit.

Metochites sit monastium.

Chorã monasterium.

DE SENIORIS IMPERATORIS OBITU, & OSTENSIS QUAE EUM ANTECESSERUNT.

Dua eclipses. Terræ motus.

Tempestas.

Columna vrina.

Iam tempus postulat, vt etiam senioris Imperatoris obitum exponamus, quem multa ostenta prænuiciantur. Fuerunt autem huiusmodi. Primum, eclipsis solis tot antè diebus, quot annos ille vixerat. Hanc secutus est lunæ defectus, eumque terræ motus, ea vespere qua D. Antonij memoria, cuius illi nomen indurum erat, veteri more à Christianis celebrabatur die Februarij duodecimo, quem inexpectati eius obitus consecutura erat vespere. Cum autem è meridiei barathris vehemens ventus erupisset, marini fluctus ita efferati sunt, vt suos egressi limites multas mari maritimi & Orientalis partes prostrauerint, & multas illius portas effregerint: & hostium instar irumpentes, multa ædificia quoque vrba inuã dirinxerunt. Tum quoque multa ferrea cruce templis imposta, imperu ventorum non tolerato, deciderunt. Columna quoque olim ante ardem quadraginta martyrum posita, concidit, quæ iuxta basim vstulata & contracta, prætereuntibus non sine causa ruinã metũ incutebat: vt aliquãdo proceres quidam hunc Imperatorem prætereuntem, metu fortasse periculi, monerent, ne propius accederet. Quibus ille, derisa eorum timiditate, fortuito respondit: Vtinam tam diu ego

viuerem, quã diu hæc columna stabit. Quod cum nunc, quemadmodum ille effatus erat, accidisset, admirationi eis erat, qui dicti illius recordabantur. Sole autem iam ad occasum vergente, ego quoque de more ad Imperatorem abibam. Solebam enim solatij causa ad eum accedere, tri-dui aut quatruidi intervallo. Quod cum & tunc facerem, & affedisset, illius familiari colloquio fruebar. Solebat autem eruditos & graues mecũ sermones habere, cum quadãm vrbanitate & gratia. Aderat & eius filia Simonis Craleña, & alij quidam, iisdem quibus ego animis præditi, itaque affecti erga Imperatorem & Craleñam, eadẽque cum illis familiaritate cõiuncti. Is verò sermo noster ad mediam noctem est productus, & paulò amplius ad primum vsque Galli cantum, nullò vilius morbi signo in eo apparente. Deinde: Vos, inquit, valete atque abite: ea verò quæ restant, cras omnia dicentur: ipse allato cibo edit. Erant autem illa omnia testacea, propter ieiuniũ illorum dierum: post quæ cum merũ bibendum fuisset, quo vetulus stomachus ad duriorum cibum conficiendum firmaretur, ille frigida vsus est. Solebat enim, cum ferore aliquem venarum sentiebat, immoderatè frigidam bibere, ne vlla venæ sectione esset opus. Tali ergo dicta tum quoque vsus, statim fastidio affici, & è stomacho & corde grauitè laborare cõcepit. Cum autem iam spiritus etiam meatus obrurari & coarctari, ac mortem iam sibi instare cernebat, & propter intempestam noctem neminem reperiret, qui sibi diuina mysteria impertiret, omnibus circa palatium portis clausis: surrexit, & gratias egit Deo, & pro salute animi sui cum multis lachrymis & genu flexionibus deprecatus est. Deinde sacram Dei genitricis imaginẽ quam in sinu gestabat, loco diuinorum mysteriorum in os inseruit: cumque in lecto cõdedit, statim priusquam diluxisset, est defunctus. Lectus autem intelligatur, non consuetus ille, sed omnium intimus, & ad latrinã latus situs. Ex quo enim malè habere cõcepit, & difficiliter spirare, sapius vno horæ quadrante ad requisita natura eõ se conferebat. Postremò autem, cum in solium & apertum lectum peruenire non posset, compagibus corporis obrorpescentibus: in eo quem diximus decessit. Ex eo nos quoque oraculum prius omnibus obscurum facile intelleximus. Multò enim anrea repererat Imperator librum, qui & perplexis literis & obscuris imaginibus indicia continebat eorum oranium qui vnquam Imperio potituri essent. In quo animi & prudentiæ huius Imperatoris signum præter cætera erat vulpes: obitus autem, tali in loco posita sella, & duo nigro vestitu astantes adolescentuli, apertis omnino capitibus. Niger autem vestitus, & aperta capita, & duo tantum adolescentuli, Imperatori monasticum cucullum significarunt, & Imperatoris calyptre amissionem, & biennium post illam. In eo enim habitu annos duos exegit: & in hac oraculi explicatione me non falli arbitror. Sole orto, cadauer eius in Libis monasterium est perlatum, quod mater eius Domina Theodora renouarat. Vbi de more, quotannis inferiæ eius nouenis diebus celebrata sunt.

Frigida potus & testaceorum vsus, seni letalis.

Primum obitus.

Oraculi de Andronico.

NICEPHORI GREGORÆ
ROMANÆ HISTORIÆ
liber decimus.

CAPITA LIBRI X.

*Nenia in obitum senis Imperatoris.
Magni Logothetæ obitus, & nenia in illum.
Natiuitas Ioannis Imperatoris.
Imperatoris contra Bulgaros expeditio.
Pugna Imperatoris cum Alexandro.
De Syriacis exilio.
Consolatio ad Imperatorem, ob matris suæ, dominæ Xenæ
obitum.
De Syriacis & Cralis expeditione contra Romanos.
De insidiis Syriacis comparatis, & eius interitum.
De episcopo, Papæ nomine Byzantium profectis, disputa-
tionis ergo.
Suasio auctoris Gregoræ.*

Nextero die luctus, ego hortatu Cra-
lanæ, filia Imperatoris, vt ad quam
luctus in primis pertineret, neniã
in frequentia populi ex tempore ce-
cini, qualem tempus postulabat, ea fuit huius-
modi.

NENIA IN OBITUM
veteris Imperatoris.

Magnitudo quidem casus huius tacere nos
cogit, & quasi emortua circumferre, lin-
guam, aures, cogitationem, vitali solis nostri ra-
dio extincto & terra oppresso. Magnum autem
illud perturbans & percellens orbem terrarum
mœroris tonitru, silentiũ hoc loco magnæ ablu-
ditatis arguit. Qui enim cõuenit, cũ supernè cœli
magnitudinem luctus proclamēt, cum sua lumi-
na sol & luna extinxerint, terra verò infernè (vt
videtis) quatiatur, & mare fluctibus inhorruerit,
ac euidenter hæc omnia nunciãnt, huius cala-
mitatis sensum ad vniuersum mundum pertine-
re: nos tantam iacturam silentio dissimulare? A
trò terra sol, in qua terra occidisti, relictis nobis
vt glacie calamitatum examinemur? O commu-
nis Romanorum anima, quo tandem ablata es?
Heu falcem temporis, quale orbis terrarum cap-
ut crudeliter demessit? quale vrbium oculum
effodit? O quis reipublicæ magnam faciem extin-
xit? O quis bonorum omnium largitore subito
nos spoliãuit? Ille Imperatoris disciplinæ funda-
mentum fuit: nunc verò exiguo saxo contextus
facet. Heu qualem cordibus omnium acerbitatis
caminum incendit! Ille fuit, qui totas noctes per-
uigil excubaret, ne quid respublica Romana ca-
peret detrimenti: nunc verò in sepulchro longũ
illum somnum dormit. Ille fuit arguta & plena
mellis lingua, illud omnis prudentiæ instrumen-
tum: nunc autem iacet diurno illo silentio op-
pressus. Heu dirum nuncium, qui celeriter terras
simul & maria perambulans, omnium animos
quouis ense grauius sauciat. Ille fuit magna illa
orbis terrarum gloria, & eruditionis præstantis-
simum exemplar: nunc autem puluis exiguus il-
lius corpori insultat. Ille fuit suauis illa omnium
linguarum narratio & commemoratio: nunc au-
tem acerba illum mors violenter oppressit. At ò,
unde subito nobis tantum erupit calamitatum

pelagus, mari quouis amari? unde tantæ malo-
rum tēpestates & fluctus excitati, animos nostros
perturbarunt, ac stupore perculerunt? Quis tan-
tus tumultus & fremitus hominum? Nunquid
horribilium fulminum è cœlò multorum simul
erumpentium ictus aliquis percussit homines in-
tolerabilis, atque alios humi prostrauit, alios se-
mianimes oberrantes reliquit? Fuit, prohi dolor,
& contra nos miseris plaga in hoc tempus refer-
uata, multis fulminibus ætheriis grauior: Imper-
atoris inquam obitus. Nunc oportebat omnes
homines magni tonitrus exaudito fragore, sym-
phoniam quandam toto orbe resonantem & pu-
plicum luctum maximum instituere, vt calami-
tas ita vti decet declararetur. Nunc oportebat
magnitudine & pulchritudine præstantes stellas
vno in loco congressas depingere, & firmissimè
exculpere Imperatoris nostri pulcherrima insi-
gnia: vt quemadmodum Dei gloriam enarrant
cœli, ita & huius decora explicantes, in omnibus
suis reuolutionibus posteris semper illustrissimè
Imperatoris maiestatis exemplar proponerent.
Ille enim fuit regni perpendicularum & amissis.
Ille fuit sacerdotij reuerentia & dignitas, & splen-
dissima Ecclesiæ lucerna: nunc verò sub medio
tegitur. Ille fuit, qui Ecclesiam velut in magna
tempestate fluctuantem firmaret, & tempestatè
ferenitate commutaret, & velut immota turris
dogmatum eius consisteret: sed nunc, heu dolor,
humi concidit. Ille fuit regula morum, & huma-
næ formæ ornatus: cuius etiam silentium plus
habebat grauitatis, quàm aliorum verbosæ præ-
ceptiones. Natura enim à primo ortu regia &
plena dignitatis eum forma ornat, grauitate &
pulchritudine temperata, & veluti statua propo-
sita, pudoris & maiestatis: quæ omnia hilaritas
& placabilitas gratiarum plena & venustatis ad-
ornabat, nunc autem hæc omnia telluris recessus
sibi vendicauerunt. O iniquam calamitatum ty-
rannidem: O profundam noctem, quæ nostros
obtegit oculos, nec quò eamus videre sinit. O
quæ vëtorum procellæ velut ex vno antro erum-
pentes, animos nostros hostiliter perturbant, &
radicibus euellere conantur? O quis tot bonorũ
paradisum noctu vastauit? quis omnis naufragi
animi portum obstruxit? O quot lamentationes,
suspiria, eiularus è terris in cœlos, veluti fumus è
magno cordis incendio tendunt? O quot Nilii
fontes ad fundendas lachrymas exoptant, vt fle-
tum magnitudini casus, quo terrarum orbis op-
pressus est, æquare possent. O qui varios omniũ
titulos solus meruisti Imperator. Nam alij com-
munem te parentè vocant: alij curatorem & pa-
tronum, & orbitatis adiutorem: alij portum salu-
tarem, & acutum speculatorem: alij præceptorè
& magistrum omnis boni, & toti mundo com-
munem omnis generis negociorum arbitrum &
iudicem. Vermissis sæpe lignorum naturã erodit:
nostra verò corda nunc acerbius lædit perpetua
Imperatoris cogitatio. Viribus & segetibus sæpe
nocuerunt grandines, & cœlestis ignis ardores:
nobis Imperator ademptus plus nocuit. Hor-
tus ille fuit omnibus generis fructibus refertus,
& perpetuò vernans: sed nunc aestu moris e-
marcuit. O multarum vrbium in Europa & Asia
conditor: non autem dubitabo dicere, etiam
huius

huius Imperatricis vrbis, quam olim Constanti-
nus Magnus, & moribus tibi similis condidit, tu
verò in genua prolapsam crexisti, omnis enim
pristinæ illius structura elegantia & ornatus in-
feruitus iugum commutatus, obierat atque cõ-
fiderat: eoque res redierat, vt regium tuum solũ
Latinorum prædonum esset diuersorium, & pro-
fanorum hominũ domicilium, sed tu alter illius
conditor extitisti. Ecclesiæ & dogmatum crimi-
na sustulisti: eamque ruinam minitantem, probè
cõstabilisti: mœnibus, templis, ædibus pristinam
eius pulchritudinem renouasti. Heu quomodo,
cui par nihil dici potest, vt flos agri præteristi? En
ipsa elementa te lugent, ac periculum est ne nos
obruant. En ob tuum obitum, etiam vrbium mœ-
nia concidunt, & columnæ euertuntur, quæ mul-
tis seculis firmæ steterunt. Sed date mihi magnũ
nostrum thesaurum continentem cistam, vt vi-
deam quomodo lachrymarum riuis innatare
queat. Quas enim mortales omnes vbertim pro-
fundunt lachrymas, facillè illam, vt arcam Noæ
aquarum illa abundantia, sustinebit. Enimue-
rò illa eos quos vehebat, è diluuiò eripiebat: hec
contra nos in mille diluuiorum tempestatè con-
iecit. O horrendum casum, ò insolitam vespèrã
illam, quæ contrarium mihi Davidici illius car-
minis ostendit: Noctũ, inquit ille, cecinit exulta-
tio, & mane lamentatio. Papæ, qualis hæc est, &
quàm absurda inuersio, quæ mihi quouis abstin-
thio amariorem craterem temperauit? O noctè
illam inclementem, vt in clementissimum & hu-
manissimum infesta & inhumana fuit, omni be-
nevolentia & yrecundia repudiata? O maxime
bonorum thesauri Imperator, cur nos te deside-
rantes, vt aspernantes deseruisti? Omnibus enim
tua bona, vt horrea publica patuerunt. Per te e-
nim & nobiles nobiliores facti sunt, & cœtus sa-
cerdotum venerabilior, & collegium sapientum
sapientius, & vrbium mœnia firmiora. Denique
omnes te moderatore ipsi nos superauimus. At ò
immensam & inexplicabilem malorum imple-
xionem. Interit mundi respublica, interit vrbium
ornatus, interit rhetorũ & philosphorum gym-
nasium: quod omnem Academicam, omne Lyceũ
vincit, omnem Stœam Atticam. O quis dabit ca-
piribus nostris aquam, & fontes lachrymarum
oculis nostris, vt noua mala Hierosolymitanis
grauiora deploremus? Date mihi Orphei in tra-
gœdiis facultatem, vt inanimè etiam naturas ad
mali commiserationem moueam. Date mihi eos
qui ad flumina Babylonis olim Sionem ex ani-
mo deplorarũt, vt nostros etiam dolores illi pro
dignitate lugeãt, quos nobis Imperatoris obitus
attulit. Heu vt noster sol nos desepxit, & præter
omnem expectationem decepit, & pro matu-
rino ortu matutinum occasum subiit. O cur iis qui
in acerbitate sunt, datur lumen: & iis vita, qui do-
loribus consistantur? Mori optabilis est, quàm
cõtinenter panè doloris edere, & calicem luctus
potare. Nam illum quidem diuinum & immor-
tale regnum iusta remuneratione exceperit: nos
verò pupilli relictĩ, suspirare miserabiliter. & la-
chrymare nunquam desinemus, dum illius adem
pri memoriam in animis nostris cieumferemus.
Necesse autem est orationis finem facere: omnè
enim orationem luctus Imperatoris excellit.

Hæc cum ego recitarem, fletus simul omnium
& lamentatio maxima & varia est exorta, quæ
penè dixerim ad cœlos penetrare potuisset. Om-
nes enim eum vt patrem & requirebant, & luge-
bant. Temporis enim diuturnitas rei fortasse fa-
stidium parit: magnam tamen familiarium ani-
mis affectionem imprimit, quæ illo obedite man-
net, & recens animis pacatis obuersatur veterum
inimicitiarum absterisa macula. Annum ætatis
moriens egit quartum & septuagesimum: ex quo
verò Imperium susceperat, quinquagesimũ. Pro-
cera statuta fuit, decora facie, & perquam vene-
rabilĩ, ab ipso ortu principale aliquid & formi-
dabile præ se ferens: non tamen hoc immodi-
cè, sed vt acri mistum solaris radij lumen fit' co-
lor, & vt mellis etiam insita qualitas est dulcedo:
ita etiam clementia non ficta, cum blanda qua-
dam gratia moribus eius contemperata, color
eius & inaffectata qualitas videbatur. Multum
enim hilaritatis natura vultui eius inderat, mul-
tum oculis placabilitatis: & claram ac splendi-
dam vocem. Omnes verò gestus eius multa hila-
ritate & grauitate temperat, quæ omnia taci-
tos eius mores atque animum nunciabant. Vt
enim ingenium eius etiam declarem, vnus at-
que alterius eius facti mentionem faciam. Paulo
antè obitum, cum paupertate & rerum necessa-
riarum inopia vrgeretur, & hyemis rigorem fer-
re non posset, vulpinam sibi nocturnam vellera
fieri iussit. Omni autem eius opulentia perquisi-
ta, tribus aureis non plus est repertis. Itaque tan-
ti pellis emenda fuit. Id verò consilium cum ad-
huc ageretur, quidam è veteribus eius familia-
ribus, paupertatis suæ arumnas atque periculum
capitis exaggerabat. Ei, adductus misericordia,
tres illos aureos dedit: mori præoptans, quod in
se esset, quàm alienarum calamitatum spectator
esse. Vnum igitur hoc eius benignitatis signum
est: alterum illud. Cum medici multorum dierũ
frigidæ potu interdicerent, atque ipse vini pota-
tionem repudiasset: mediam ingressus viam, vix
vno aureo, eoque mutuaticio, parrem aliquam
dulcium liquorum emit, qui ex Ægypto & Ara-
bia aduehuntur, vt his frigidæ potum tempera-
ret atque leuaret. Sed priusquam eos gustaret,
rursus alius veterum domesticorum eum acce-
dit, longi morbi breue quærens solatium. At ille
cum nihil haberet quo hominem consolaretur,
& huic dari iussit suæ infirmitatis causã paratum
remedium. Tantã eius erat humanitas, & com-
miseratio eorum qui malè habebant. Cum autè
obiisset, æs quidem alienum est relictum, auri ve-
rò nihil. Et hic quidem talè exitum est sortitus,
anno ab orbe condito 6840. quo tempore an-
num ætatis trigessimũ sextum agebat Impera-
tor Andronicus. Triginta diebus post, & magnus
Logotheta Metochites decessit, tribus maximis
malis victus, & corporis & animi. Nam strangu-
riæ morbo longo iam tempore laborabat. Iam
autem filiis quoque eius comprehensis, & in car-
cerem coniectis: id quoque malum animi dolor
auxit. Paulo post Imperatoris etiam mors conse-
cuta, quæ illi desperationem de summã rerum
attulit, naturam eius omnem debilitauit, laxatis
neruis præcipuorum instrumentorum, vitalibus-
que viribus resolutis. Quare monastico habitu
inducto

Virtutè in-
columna odi-
mus, sublatã
ex oculis qua
rimus inuidi

“
“
“
Elogia sento-
ris Androni-
ci.

Metochitis
obitus.

induto decessit. Sed quia & ego, uti par erat, ex eorum numero fui, qui illum grauissimè lugerēt, huiusmodi de eo orationem habui.

*EVNEBRIS ORATIO IN
magnum Logothetam.*

Mihi quidem, auditores, idem vsuuenit, quòd nauis subitò aduersis ventis circumuentæ, cuius puppis cum demergenda sit, priusquam consistere possit, ab alto fluctu à latere obruatur. Priusquàm priorem illam & maximam obitus Imperatoris calamitatem excussissem, altera hæc hodie me aggressa, veluti fluctus post fluctum, tempestas post tempestatem, grauius demersit, & in abyssos & fundum calamitatum heu deiecit. O anima, cur nõ statim euolasti? cur adhuc in misero isto corpore permanes? Heu cur nõ præ doloribus ruptum est corpus meum, sed adhuc tot fluctuum violentiæ resistere potest? O infelicem linguam meam, ad huiusmodi lamentationes referuatam. Heu malorum cumulum: heu mutationem rerum. Quos enim firmos quasi obices contra malorum insultus habebamus, & illustra solatia: ij hodie contra nos calamitatum cohortes educunt. Nos verò adhuc subsistimus, & lamentari non desistimus: Vbi est familiaritas sapientum? vbi doctorum certamina, & honestæ velitationes? vbi oratorum cætus, applausus, theatra, multo Panathenæis illis splendidiora? Euanuerunt omnia, in puluerem abierunt omnia. O tempus iniquissimum: itane è medio terrarum orbe, sapientiæ metropolim tollere crudeliter haud dubitasti? itane per insidias eloquentiæ arcem euertisti? Cur tam continenter insultas nobis, sine vlla misericordia & satietate malorum? Heri maximum nobis Imperatorem abstulisti: hodie solertissimum illius ministrum, Nestorem consiliarium, eum qui solus Imperatori satis fuit, heri Gratiarum thalamum: hodie Gratiarum vestibulum, heri ver bonorum: hodie nunciam eius hircundinam, heri magnam & incommunicabile mentem: hodie mētis illius argutum præconem, heri aureæ & magnæ illius linguæ sermones: hodie Academiam & Periparum & Stoam illius linguæ, heri sermonum illorum Musas: hodie viuum & motu præditum Museum, heri pietatis & dogmatum firmissimum munimentum: hodie dogmaticam panopliam, heri sacerdotij regulam & amissim: hodie sacrum armamentarium. Sed quæ tandem lamenta, quæ suspiria in vnum coniuncta, malis nostris æquari queant? Arbitror, arbitror enim, si mare totum in lachrymarum naturam conuersum, & omnes fluij qui terram irrigant, in lachrymarum decursum mutentur: ne sic quidem magnitudinem calamitatum, quibus nunc oppressi sumus, satis ostendi posse. Ille principalis Romanorum nauigij optimus fuit gubernator: hic helices & poli diligentissimus inspector. Ille serenitates & nubila vrbium in imminentes inde rēpestates prospexit: hic vela, funes, rudentes probe direxit. Ille prudentiæ penu: hic dexter illius promus condus fuit. Sed vtrunque nunc mors celeriter arreptum, infestus ille miles (proh dolor) in terram & puluerem depressit. O quomodo non terram tantum, sed iam ipsos etiã cælos & stellas celeriter hæc mala percurrerunt, & superiorem prouinciam etiã inuaserunt? Age

verò prodi mihi huc omnis reliquus doctorum cætus, si qui supersunt. Deplorate fontem eloquentiæ obturatum: lugete Atticam illam linguam, non ita pridem suauissimè locutam, & dulce illud quod paulo antè mellis vobis imago fuit, nunc verò à mortis fucis est perditum. Lugete eum qui Romanorum gloriam sua sapientia magis auxit, quàm olim Atheniensium Socrates & Platones. Lugete vniuersæ crateres sapientiæ, paulo momento in terram effusos. At ò quis è medio terrarum orbe Musarum abripuit Heliconem? Quis sapientiæ destruxit Olympum? Quis lucernam extinxit mentis nostræ oculos illustrantem, & cilia nostri animi pulchrè aperientem? Quis artem artium, scientiam scientiarum perdidit? Quis cælestem hominem in fundum inferorum deiecit? Olim quidem Græcia eloquentiæ domicilium deplorauit Athenas, cum eas per insidias celeres destruxisset Lysander Lacedæmonius. Nos verò hodie non satis deplorare possumus totam Græciam cum ipsis Athenis demersam: Vnus enim hic vir fuit omnia. O Musa, ò faciundia, ò virtutes, ò omnes disciplina, quo modo aggressa lilia aded celeriter estis imitata? citò quidem in altum decus arrepta, sed citius arefacta & deiecta. Diuina enim vestra cella, magnum illud & celebre vestrū diuersorium, nunc terra & interitu oppressum, vnà vestram quoque gloriam depressit. Hic fuit, qui omnes ingenio philosophos superaret, & oratores, quos omnia secula celebrat: sed heu, iacet in puluere & tumulo mutus. Hic fuit qui mente & lingua cælos & terras dimittitur, quouis perpendiculari, quouis amissi rectius: nunc verò lapis exiguus eum dimittitur. Hic fuit magnorum cæli & terræ horizonum & parallelorum optima dioptra: hic optimus & sponte natus horoscopus: sed nunc eum ante tempus, ò miseram breuis horizon terræ complectitur. Hic fuit, qui magnum impedit studium, ne Græci in posterum eruditi, in iudicio veterum sapientum hallucinarentur. hic fuit, qui contemplatrici siderum sapientiæ scientiam facilem reddiderit. hic fuit, qui Aristotelicæ linguæ labyrinthos extricarit: at nunc obscuri sepulchri labyrinthi, acerbè circa eum intrincantur. Hic optima verecundiæ & modestiæ regula: sed nunc eum mors impudenter amputauit. Heu quo pacto tempus hoc paulo momento vetustatem omnem lamentationibus vicit: quæ post multa solis curricula tantum detrimenti vniuersæ naturæ humanæ in huic vsque diem inferre non potuit, nostra verò ætate facillimè potuit. Heri enim maxima & pulcherrima bona abripuit: ea verò quæ restabant, hodie reuersum etiã ademit, heri terræ solem terræ visceribus occultauit, nunc etiam Luciferum simul occultauit. Heri Musicam harmoniam abstulit, hodie magadem & neruos. O quomodo is qui effectit, vt cæli, qui longo iam tempore tacuerant, Dei gloriam enarrarent, nunc ipse in sepulchro tacet? Heu quomodo ipse mortuus atque immotus, viuentem & mobilem misero mihi dolorem facit? qui toto die cor meum quouis ense acutius penetrat, ac potius totas noctes, si quod maius est dici debet: Interdium enim & familiarium congregas

IOANNIS NOVI IMPERATORIS NATIVITAS.

gressus crebri, & cæli ac terræ, eorumque quæ his continentur, pulchritudo, forsitan à dolore non nihil auertunt, atque paulisper abstrahunt animū nostrū: noctu verò, cum datur ocium, nec est quod prohibeat, omnes calamitatum dolores simul irrunt: & pectore ac memoria mea occupata, vt fericanes cadauer, huc atque illuc distrahunt ac discerpunt. Quoties ego illum intuitus, vniuersam sapientiam mortales inuississe cogitavi, & animo corporè que assumptis hominū consuetudine esse vsam, vt sapientes auditores sapientiæ auget, & scientiæ naufragia sedaret. Parum certe absuit, quin & ipse animos in alia migrare corpora statuerem: & omnium simul animos Homeri, Platonis & Ptolemei, ac præstantium oratorum, in vnus huius concurrisset corpore, atque in vita verosatos esse, eoque tanquam maximo nauigio ingentium suorum vsos. At nunc tantus & iam præstantis ille vir, heu calamitatem, sepulchrū & puluerem subit, magna doloris pyra incensa in meo pectore. Viuere etenim sine anima & spiritus utique non potuit. Animus verò eius & spiritus, & si quid est quod vitam conferre queat, nihil omnium fuit aliud quàm Imperator diuinus ille, & homine superius homo, qui & viuens illum longè super alios omnes cūcere conatus, euidenter ostendit, tanto Imperatori tanto etiã ministro esse vtendum: prudentissimo nimirum terram incolentium omnium hominum, eo qui omni sapientia omnes superaret. Nunc verò ille rebus humanis relictis, non diu à se remotum esse hūc oportere censuit: sed celeriter accersitum, secum coniunxit. Quod si ergo illo digresso, viuere hic non potuit, veluti corpus ab animo diuulsim: papæ, qualis illa fuit cōspiratio atque cōiunctio, quā indissolubili uinculo diurnum vsus conglutinauit? Quod si ab illo accersitus, statim abiecto corpore accurrir: ò amorem & charitatem singularem, qua vt decuit, dominum est profectus. Hercules ille quidem, si quidem hoc verè dixerūt fabularum patres, terrarum orbem peragravit, vt is suorum certaminum testis esset. Hi verò cum intra limites manerent, sola optima fama etiam Herculanas columnas superarūt: & quicquid solintuer, in se conuerterunt. Nunc verò è rebus humanis discesserūt, cum se prius immortalitati consecrassent, suisque memoriam perpetuò in posterorum animis victuram reliquissent. Nobis verò talibus & tantis præsidis ac munitionibus destitutis, quæ vllius boni spes relinquitur? Idem enim & nobis vereri nunc subit, quod vitibus & plantis nouellis, si quis antibus & sapibus fraude remotis, eas pecudibus patere sinat. Quæ cum ad hunc modum dicerentur, magnus cognatorum eius luctus est exortus. Fuit ille vir animo optimo & modestissimo præditus: corpore verò robusto & aptissima compage membrorum, velut ad amissum à natura directa, à capite ad calcem vsque. Ornabatur præterea hilari vultu, & suauitate grauitate temperata: moribus placidis & humanis. Honorè verò ex eloquentia, magis quàm vlla re alia expetebat. Quam ad rem ingenij celeritate ac fecunditate incitabatur: ardentissimo autem religionis studio & pietate planè similis erat defuncto Imperatori.

*Elogia Me-
soluit.*

Sequente æstate Imperatoris coniunx Anna domina, quæ Didymotichi prægnans agebat, decimo octauo die Iunij filium Ioannem Imperatorem peperit. Quo Imperator audito, celeritè Didymotichum rediit: & læticia exultans, lugubri veste quam propter aui mortem gerebat deposita, splendidiorem sumpsit. Deinde duo etiã certamina celebrauit, Olympicorum ludorū imitatione: quæ cum antea quoque sæpius edidisset, nunc tamen maiore apparatu exornauit. Hi à Latinis olim sunt excogitati exercendi corporis gratia, cum à re bellica vacabant: quorum vnus duelli speciem præ se ferens, Cintzustra dicitur. Diuiduntur secundū tribus, municipia, curias. Deinde vtraque pars armatur, singuli cōtra singulos, qui volunt, & ab omni parte armis tentur. Deinde vtrique hastis veruto præfixo acceptis, impetu concurrunt: & alij alios fortiter vrgent: qui equo alium deiecerit, corolla ornatur. Tale duellum etiam Imperatori sorte obtigit: & parum absuit, quin sæpe lethalem ictum acciperet. Vnde quum à senioribus moneretur, vt huiusmodi rebus abstineret (nec enim decere Imperatorem à feruis, præsertim aded impunè, & cum periculo credi) non paruit: sed illis repudiatis, vt qui degeneris sibi metus autores essent, æqualibus suis militibus magis est obsecutus. Alterum certamen Torne appellatum, sic se habet. Diuiduntur & hæc secundum tribus, municipia & curias, & simul omnes armantur. Deinde duobus principibus sorte delectis, inter sese concurrunt. Quod prius etiam vsurpatum, tum autem frequētatum, etiam Imperatorem habuit, duci cuidam nempe militi obtemperantem: & cum vtrinque acies pari numero congregaretur, Imperator robustis clavis & ferit, & sine reuerentia feritur. Ea enim certaminis lex est, vt qui alterum vulnerat aut occiderit, indemnis sit. Post certaminis huius finem, vtraque pars ducem suum secuta, atque inter ceteros Imperator etiam subditi ordinem non deserens, cum honorifica pompa & ordine in suam diuersoriam deducunt. Vbi ille cuique vini craterem propinans, & dexteram porrigens, omnes domum redire iubet.

*DE IMPERATORIS EXPE-
ditione contra Bulgaros.*

His nunc quoque Didymotichi peractis, Imperator cum iustis copiis subitò Bulgaris, ex improviso bellum prius infert, quàm indicit, vt castella iuxta Ætum recuperaret, quæ paulo antè ad Alexandrum se contulerant. Igitur impressione in hostilem terram facta, ferro & igni agros vastat, ne desecta quidem segeti, & in hostea cōportata parcens: castella item passim vagando, & obfidiones ac oppugnationes minitendo, in deditiōnem accepit: & ex his nonnullas, ex quibus præsidia Alexandri, pace data, discesserunt. Quibus Alexander auditis, ac dolore affectus, per legatos pacem ab Imperatore repetit. Indignum enitè esse Christianis, aded crudeliter contra sese grassari: cum pax & concordia inter ipsos consistere possit, & belli acies in impios, vtriusque inimicos conuertat. Ad hæc Imperator respondit: æquum esse,

Bulgari ne-
gata pace,
Imperatore
ad summam
deperationem
adigunt.

vt Romanis, olim à Romanis extructa castella
pareat, ac legatos re infecta dimisit. Amplius e-
nim quindecim castella auus eius Imperator An-
dronicus in cacuminaibus & præruptis Æmi locis
partim à fundamentis extruxerat, partim instaurat,
cum Glaba Protospathar Thraciæ præf-
set, vt crebra Scytharum incuriones veluti per-
petuo muro interiecto prohiberentur. Quæ cum
Alexander æquo animo ferre minime posset,
copias suas statim contrahit ad octo millium nu-
merum, & duo millia Scytharum accersit: Ter-
noboque profectus, quinto die ad Rusocaftra
castellum peruenit, ibiq; castrametatur: ibi enim
etiam Imperatorem esse audierat. Qui quamuis
inopinato hostium aduentu percussus, tamen in
media hostili terra, cum aliud consilium rerum
difficultates non parerentur, Romanas & ipse
copias, vt licet, educit, hostibus minime pares,
vt quæ vix trium millium numerum exlerent:
iisque in tres acies distribuit, non procul à castel-
lo est progressus, quod subsidio sibi & receptui
esse volebat. Cum verò hostes accedentes vide-
ret, dextro & sinistro cornu in longissimam se-
riem vtrinque porrecto, & graui armatura in
medium collocata, ac simul profunditate extre-
mi agminis veluti firmis fundamentis innixa: ve-
ritus ne circumueniretur, statim consilio muta-
to, Romanas copias in vnâ ancipitem aciem
contrahit, lunæ corniculantis speciem imitatus:
ipseque in medium progressus, suos inclamat &
confirmat. Intelligitis (inquit) viri, nos in pe-
regrina & hostili pugnare terra, & longè à pa-
triam exclusos, nec socias habere ciuitates, quæ no-
bis ad improuissimum hoc prælium opem ferant,
neq; vnde auxilia accersamus. Quare sic pugne-
mus hodie, vt statim morituri, & vnâ cum hoc
sole occubaturi. Fortium nostrorum & genero-
sorum laborum testes relinquamus hostilem
hanc terram, in qua hodie de vita dimicamus:
& hostium qui supererunt oculos, quorum vos
multitudo ne perturbet: scimus enim multos
magnos exercitus à paruis facillimè esse cætos.
Eadem & ipsi spe nitamur, arcanam Dei clemen-
tiam intuentes: qua factum, vt præter alia, The-
mistocles Atheniensis cum paruis copiis in an-
gustis ad Salaminem, omnes ferè Persarum vi-
res demerserit. Post hunc rursus Thebanus: Epa-
minondas bis maximas Lacædæmoniorum vi-
res deuicit, cum longè paucioribus ad Aliartum
& ad Leuctra: quo tempore Lyfandrum etiam
Sparta amisit, & cum maximo probro magnum
illum Agesilaum fugientem recepit: ac tan-
dem, quod multis seculis factum non erat, hosti-
lem fumum ad Eurotam vidit. Hac oratione con-
firmati, omnes strenuè ac fortiter hostes inuase-
runt: in primis verò magnus Domesticus Canta-
euzenus: qui multis ensibus, multis telis hostium
petitus, atque impulsus, ipse quidem plurimos
hostes protraxit: sed neque clypeo, neque gla-
dio amisso, incolumis è prælio euasit, velut
agglutinatus atque infixus equo. Secundus il-
li strenuè dimicauit Cæsaris filius, Porphyro-
geniti nepos, nam & hic multis confixus telis,
equo etiam vndique hostilibus ensibus vulne-
rato, vt & cerebrum eius pateret: hostibus ter-
gum dare noluit, equus item eius veluti cum

Cantacuz-
eni virtus.

Cæsaris fi-
lius.

sesore certans, non prius cecidit, quam eum è
pugna extulisset, & domum incolumem repor-
taisset. Ibi demum ante domini fores expirauit.
Sed cum hostes tumulum occupaturos cerne-
ret, vt à tergo etiam instarent, effusa fuga in
castellum se receperunt. Qui verò in eo habita-
bant, cum & hos victos esse cernerent, & simul
Alexandrum timerent, portas illis occluserunt.
Iis igitur vi perruptis irrumpentes, & habitatori-
bus partim pulsus, partim hostium loco occisis,
castellum munierunt: in eoque maxima cum
molestia ob præsentaneum periculum se conti-
nuerunt. Neque enim pabulum ibi iumentis erat,
neque puteus, nec aquæ vlla copia, & vulnerati
militis atque equi neglecti, partim obierunt,
partim exitio proximi fuerunt, neque admodum
portas aperire licebat, multitudine hostium cir-
cundatas, & procul Romanorum fines aberant:
ac ne spes quidem erat, tentata fortuna, clam
ad finitimam urbem sociam, eamque maritimam
eundem. Nam Anchialus hostilis erat, & Me-
sembria Romanorum clade audita statim de-
fecerat: & præsidis Romanis cæsis, omnes eos
qui fuga salutem non quaesierant, è moribus
deiecerat. Idem cætera ad Æmum castella fece-
runt omnia. Nec delibere & redimendis ca-
ptiuus legatos ad Alexandrum mittere audebat,
cum ita se gefissent, vt nulla veniæ spes relin-
queretur. Nam & eius legatos confidenter deri-
serant, & per ignominiam dimiserant, & Bulga-
rorum agros cum segetibus incenderant, & ha-
bitatores castellorum malè tractarant. Itaque
ab omni parte inops consilij æstuebat Imperator.
Tamen firma in Deum fiducia nec in prio-
ribus periculis, nec in præsentis discrimine cum
desistit: quamuis conscientia eius non om-
nis expers esset macula, tum ob iuuenilem li-
centiam cum Imperio coniunctam, tum pro-
pter auum Imperatorem extrema ætate malè
tractatum. Tamen huiusmodi peccata, minores
pisciculos magnum Diuinæ misericordiæ pelagus
subeuntes iudicabat. Proinde & hoc ingens
discrimen, non minus quam cætera mirabili-
ter euasit, arcana Dei cuncta clementer guber-
nantis prouidentia. Nam Alexander postri-
die vltro illius miseris, pacem illi obtulit: &
cum exercitu domum redire passus est, hortatus
vt moderatior esset in posterum. Vnius enim an-
ni quatuor esse tempora, & paulo momento ma-
ximas incidere rerum mutationes. Interea illa
quoque ætate exacta, Syrgianes prius etiam ob
exactum à Thessalonicensibus iniurandum, ma-
gistratus suspectus: & quia à matre Imperato-
ris adoptatus fuerat, cum imperator Didy-
motichi capitali morbo laboraret: tum à Zum-
placone lætæ maiestatis reus actus, sui defenden-
di causa Byzantium ad Imperatorem venit, &
semel atque iterum & tertio causa apud omnes
iudices dicta planè reus peragi non potuit, adeo
vt iam à plerisque iudicibus absolveretur.
Lite autem adhuc pendente, vades Impera-
tor ab eo petiit, ne clam profugeret, priusquam
omnes iudices suffragia de eo tulissent. Que
res eius animum valde turbauit, & in carce-
ris metum coniecit: grauis illa & intole-
rabilia quæ prius perpeffus erat recordantem, quo-

Romanorum
angustia.

Alexandri
Bulgari hu-
manitas.
"
"
"
Syrigianes
accusatus
ad Tribu-
los transsa-
git.

quorum vestigia recentia adhuc & euidencia in
animo circumferebat. Cum autem vades mi-
nus alacres videret, grauiore metu virgebat.
Quas ob res fuga clam arrepta, cum statim soli-
cité quaereretur, nusquam est inuentus. Post an-
num autem supplices ex Eubœa literas ad Im-
peratorem misit, quibus veniam petebat, &
locum aliquem in extremis Macedonia finibus,
in quo cum vxore & liberis consideret.
Nam cum aulicorum inuidiæ, vt diximus, ob-
noxius esset, procul ab illis esse voluit, ne per in-
sidias ab eis occideretur. Addebat & iusiuran-
dum, quo se Imperatori perpetuò fidelem fore
testabatur. Sed cum nihil impetrasset, Eubœa
digressus, ad Seruiciam Crætem proficiscitur: ab e-
oque cupidissimè susceptus, summa & gratia
& autoritate floruit, assessor & concors, ami-
cus consentiens, consiliarius acceptus, inti-
morum fidelissimus, exterorum occupatissimus:
alter Themistocles Artaxerxi Persæ. Nam cum
fama eum iam pridem cognouisset: tum aduen-
tum eius in luculento lucro deputabat, & quia
pollicebatur, si illius opibus ad Romanum Im-
perium occupandum adiuuaretur, se Macedo-
niam Triballis subiecturum, omni studio eum
fouebat. Interea mater Imperatoris discessit, ac
Thessalonica sepulta est. Nos verò Impera-
torem ad hunc ferè modum consolati sumus.

CONSOLATIO AD
Imperatorem, de obitu ma-
tris eius.

TE quidem, Imperator maxime & diuinissi-
me, sæpe in armis mirati, & magis etiam
ob humanitatem & hilaritatem: nunc toleran-
tiæ tuæ in hoc grauisimo casu admirandæ oc-
casionem habemus, quam tempus omnia qua-
tians, veluti gymnasium aliquod & theatrum
certaminum generosæ ac forti naturæ tuæ of-
fert. In quo magnitudo animi tui magis elu-
cere debet, quam prius in armis: vbi fortunæ
leuitas, manus sæpe maiorem gloriam porri-
git, quam animo: & ingenij maiestatem, con-
tra quam æquam est, adulterat, & manus post-
ponit, hic verò consilium & prudentia planè
sele contra magnos tempestatum fluctus ar-
mat, quos casus hic concitauit. Norant enim
omnes, quantum animus corpori præstat, tan-
to maiores etiam confictus & fluctus illius
esse, quos tempus veluti hostilem aciem in-
struit atque adducit. Nam illic quidem multa
vndeunque auxilia præsto sunt, clypeus ac ga-
lea, & hasta, sæpe iudicum certaminis senten-
tiam occupantia, interdum crimina contegunt,
hic verò animi fortitudo sola in certamen de-
scendens, & veluti firmæ crepidini consilij &
prudentiæ insistentis, & nudos atque inerimes
pedes offirmans, fortissimè resistere atque ob-
niti cuius doloris fluctui potest, velut incon-
cussum promontorium insipienti pelago. Ac
vehemens quidem illius tragædiæ tempestas
fuit, quam tibi patris Imperatoris obitus com-
mouit: vehemens irem aut Imperatoris interitus.
Sed tamen matre superstiti, solati multum su-
perfit, quo luctus ille leuaretur, & efficaci hil-
aritatis remedio veluti condiretur. At qui te nunc

dominæ matris casus oppreffit grauisissimus, om-
nem doloris acerbiter superat, quom ob ma-
iorem sanguinis affinitatem, tum quod ea sola
extrema familiaris ancora & summa oblectatio re-
liqua fuit. Nam ad ipsas vsque medullas pene-
trat, & ipsa ossa tua, fortissime Imperator, arro-
dit. Quid ni verò: quæ & mater fuit, & præstantis-
sima ac iucundissima mater, & firmis ac indiffo-
lubilibus naturæ vinculis tibi astricta: & quod
maius est, plurimis tua causa laboribus fatigata.
Neque verò te solum sua morte in tantam tristitia-
m coniecit, sed etiam nos omnes qui vobis pare-
mus: eamque duplicem. Nam & nos graue iactu-
ram fecimus: eoque maiorem, quod & illa viuēs,
salutaris portus omnium fuit, & amplissimum
solatium: & nunc tuam excellentissimam &
communium rerum inspectricem & curatri-
cèmentem à necessariis curis auocat, si non
profus atque omnino, tamen in tanto cura-
rum æstu etiam paruim impedimentum, ma-
ximum nauigium Reipublicæ lædit: non secus
ac si gubernator in medio pelago tempestate
conflictans, infernè fluctibus insurgentibus, su-
pernè verò ventis vela turbantibus, interim &
ipse sui muneris oblitus dormiter, vt nihil
iam sit reliquum quod prohibeat, quod minus
nauis in fundo maris demergatur. Quamobrè
vt nihil aliud te moueat, saltem propter subiectas
tibi vrbes, mærore aliis mandato, solitam tibi &
Imperatoriam magnificentiam retineto. Imita-
re defunctæ illius generosi animi constantiam,
quæ propter ardorem Dei amorem, quem clam
animo suo longo iam tempore, ex quo parentum
opinionem deposuerat, fouit, & ornatu Impera-
torio & rebus omnibus anteposuit: tui charissi-
mi, quemque toti terrarum orbi præponebat,
oblita, ad Deum accurrit, ad Imperatorem &
maritum accurrit: non quia maritus fuit, sed
quia per illum ad veram religionem perducta
fuerat. Quod si nulla veritati fraus facienda est,
ad patrem Imperatorem accurrit, qui ei veræ do-
ctæ religionis fuit: qui primus illam inde, vt ni-
tentem rosam ex alperis sentibus, elegit, & vt
aurum purum ex adulterinis metallis effudit, omni
lithargyro & cholobaphino relicto. Quod si il-
lius constantiam imitari non potes: at veterum
Imperatorum plerosque imitare, quos cum longo
interuallo humanitate & clementia erga delin-
quentes vincas, etiam Imperatoria constantia
vincito, duabus de causis: vt ex pulcherrimo &
maximè vario insignium bonorum tuorum peplo,
etiã hæc emineat, velut inter eximios flores, flos
insignis, & inter preciosas gemmas gemma pre-
ciosa: vt perfectè bonis omnibus cumula-
tus in eorum qui ante te regnarunt serie tantum
excellas, quantum inter colores purpura, & sol
inter sidera. Age verò restitue tuorum auribus
sermonis tui diem: oculorum serenitatem, vul-
tuum nostrorum caligini. Discute animo-
rum nostrorum tempestatem, hilaritatis tuæ
radiis. Accommoda festiuitati solitum & tran-
quillum risum. Omnibus exemplar esto, vt
aliorum bonorum omnium, ita etiam tole-
rantia malorum. Nos verò cum Græcos non-
nullos ea valde gloriatos audiamus, erubescimus,
aliis omnibus virtutibus longè præstantio-

rem Imperatorem nacti, vna hac re illū superari. Quapropter Achillis & Alexandri Magni mollicie in dolore ferendo repudiata, constantiam eorum imitare. Perficos Reges & satrapas imitare, qui aduersa fortunæ non cesserunt, sed fortiter resistere. Imitare veteres Romanorum Consulēs & Cæsares, qui & ipsi temporum vices experti, veterem animi constantiam tenuerunt. Et quid alienis exemplis est opus? Te ipsum imitare, ac talem te præbeto, qualis antehac in variis casibus extitisti. Quoties in maximis tempestatibus inconcussum animum conseruasti, non aliter quàm qui summa tranquillitate viuunt? Quoties subditorum tuorum peccatis vehementer irritatus, iram vicisti: nec vnquam affectui cessisti, sed animū tuum quàm illos fortiter ac prudenter castigare maluisti, & solita clementia pœnam metitis ignouisti? Hæc nunc per occasionē recordatus, ipse te imitare, vt & nos (ne longum faciam) omni libertate linguæ permilla, laudum tuarum pelagus facillè transmittamus: & ex omnibus bonis tuis, præstantissimis quibusque delectis, coronam tibi concinnemus immortalem, qualē sapientiæ crateres in omne æuum cōstant. Ego verò vehemēti & ardenti desiderio victus, liberius verba feci. Tu ergo mihi veniam dato, diuissime Imperator, solita etiam hic humanitate tua vsus.

DE SYRGIANNIS ET
Cralis aduersus Romanos expeditione.

Veris initio Cralis suas copias coegit: Syrgiannes verò clandestinas literas per omne Romanum Imperium dimisit, à prouincia finitima Triballis auspiciatus, & per omnem oram maritimam & mediterraneas vrbes ac prouincias Byzantium vsque progressus, quibus & agrorum assignationes, & pecuniæ largitiones, & honorum fastigia, & id genus alia pollicebatur. Quibus de causis ferè omnes illi inhaurunt, & animis prorsus ad illum inclinant, impressionem eius & literis & pecuniis accelerantes. At Imperator iam olim gnarus solertiæ illius, & in huiusmodi rerum articulis summæ celeritatis & dexteritatis, & sibi & summæ rerum vehementer timuit, grauiorem eius impressionem quàm Scytharum & omnium ferè gentium ratus. Nam exterminis hostibus suas vrbes opponere potuisset, naturali odio ab illis ob religionis controuersiam abhorrentes. Sed hominis popularis & noti bellum, illam etiam spem funditis euertebat, & omnes eius cogitationes perturbabat, ad eò vt hostiles flammæ tantum non terra matique in ipsius palatii fores grassantes cerneret. Quare animū despōdebat: & tamē ea curabat, quæ poterat, omni sua spe in Deum collocata: quod ei semper in more positum ac familiare fuit, in maioribus præsertim calamitatibus. Ac primū turribus maximis palatinas aulas & portas muniit, & magnam frumenti copiam inuexit, qua cum præsidii longo tempore, si esset opus, sustentari posset, hostilem enim fumum ad ipsum vsque palatium penetraturum putabat. Deinde in Macedoniam abiturus, vt sua præsentia eos qui defectionem spectabant, in vrribus terreret: patriarchici solij post Efaix obitum Ioannem Apris oriundum, Imperatorij collegij

tum sacerdotem, successorem deligit: cuius fidei, Deum testatus, in maximo diuini verbi Sapietiæ templo coniugem & liberos suos mandauit, vt eorum curator & custos post Deum esset, si quid fortè respublica detrimenti cepisset. His actis, properè in Macedoniam contendit, nullo secum adducto exercitu. Iam enim omnes suspectos habebat, præter fidelissimos domesticos suos, & magnam Domesticum Cantacuzenum, quem eius studiosissimum & amantissimum, ceteris verò omnibus comem & hilarem, tempus declarauit. Sed cum necessitas, vt aiunt, ingenium exciter: post multas cogitationum ambages, tandem etiam Imperatori in mentem venit, astum & dolū hic quoque, vt plerunque solcat, aperta vi longè efficaciorē fore, in bellicis præsertim tumultibus: simulque ad veterum res gestas animum reuoluit, quemadmodum Darius per Zopyrū inuictā Babylonem facillè cepisset: & Antigonus Alexandri successor potentissimus, sæpe artibus Eumenis victus, qui & ipse ex Alexandri disciplina prodierat, ingenio, vsu rerum & celeritate illustris: ab eoque forsitan non modò regno, sed vita etiam spoliatus esset, nisi eminus fraude ac dolo virum sustulisset, & vt ante hoc Atheniēsis Themistocles magnam illam Medorum classem, alioqui insuperabilem callidis verbis & dolis profligasset. Imperatorem autem in hanc curam intentum, senator quidam Sphanzes Palæologus adit, & sine arbitris alloquitur, illòq; opes & honores pollicente, vicissim eadem Syrgiānis pollicetur, fuga simulata. Nō multis diebus post, fama circa Thessalonicam spargitur, vbi tum agebat Imperator, Sphanzem Palæologum omnibus iumentis suis venditis, ad Syrgiānem plenam manibus transfugere. Quo Imperator audito, ignoratione simulata, & ædes eius publicauit, & vxorem ignominiosè per forum traduci iussit, quæ res potissimū effecit, vt Sphanzi Syrgiannes crederet, & fidelissimum consiliarium iudicaret: adeò vt cum familiares sepe Thessalonica & Berrhœa ad eum scriberent, caueret Sphanzem, qui malo animo & eius occidendi causa adesset, nihil eorum literis moueretur, sed sanctissimo iureiurando, eoque scripto, ab illo ante sacrā mensam accepto, cum sacerdotes diuinā mystagogiā celebraret, deinceps eius cōsuetudine & familiaritate sine vlla suspitione & metu vereretur. Oportebat enim eum tandem aliquando similes facinoribus suis pœnas luere, & iureiurando captum & ipsum, quemadmodum seniore Andronicū, ac potius ipsum Deū (siquidē periculum ad Dei contemptū refertur) sefellera, interire. Suprà enim diximus, eum dissidij & pugnae duorum Imperatorum autorem vel in primis extitisse, & primū ortum eorū tumultuū omniū qui post secuti sunt. Æstate verò iam media, Cralis cū suis copiis Syrgiānem sequitur, rectā Thessalonicam petentē, leui opera interiectis vrribus & prouinciis in deditiōne acceptis, partim desiderio veteris administrationis Syrgiānis, partim vastationis segetū metu. Tempus enim messis erat. Cæterum Sphanzes Imperatori quid ageretur nūciaturus, simulq; Syrgiāni nō suspectus esse volens, callidissimo & mirifico cōmemento illū aggressus, se cū duob. cubiculariorū principib. pepigisse.

Imperator infidias Syrgianni comparat.

Sphanza sine Francisci Palæologi insignis perfidia.

Syrgiannes Romanos ad defectionē sollicitat.

Imperatoris sollicitudo.

gisse ait, qui affirmassent, se data opportunitate Imperatorē occisuros. Eos igitur cōmonefaciendos esse cōuentorū. Sic potestate data, Imperatori quid ageretur significat: quæ erant huiusmodi. Deesse sibi facultatē, simul & facinoris patrādī, & vitæ conseruandæ. Magnā enim Syrgiāni turbam noctū atque interdū circūfusam esse, neque vnquā relinqui solum. Esse igitur milites aliquot speculatores in suburbiis Thessalonicæ collocandos, qui se è castris in vrbe fugientē exciperent, priusquā cognitus re infecta periret. Cum enim turpe sit, mansisse diu, vacuumque reuerti: multo esse turpius, mansisse diu, ac non modò nihil gessisse, sed etiam ad inimicorū portas interfici. Cæterum cū Syrgiānis cum Cralis exercitu progrediēs, solo nomine suo facillè omnia subigeret, & iam Thessalonicam aggressurus putaretur: populis animo fluctuans, eum apertis portis sine vllō labore accipere cogitabat. At Imperator vehementer anxius, & desperatione plenus, ex animo & feruenti corde diuinā opem implorabat: ac modò spē bonam, diuinā erga se liberalitatis memor, cōcipiebat: modò desperatione vehementer angebatur. Nisi tamen triginta speculatores extra mœnia, vt à Sphanze denunciatum illi fuerat. Ante portam verò vnam ttriremen celerè habebat, in quam, si Sphanzes re infecta redisset, se coniecturus statim cum suis erat, & Byzantium rediturus. Sed cum hostiles copias propius accessissent, & ad sexaginta stadia castris ab vrbe positis, postidie oppugnaturæ mœnia viderentur: Sphanzes conatu suo desperato, fugam omnino cogitat, & tali causa quæ sita, Syrgiānem de more cōuenit: se paululum extra castra prodituum, ad sectanda mœnia, numquid armatis sint cōpleta. At ille nihil suspicatus mali: Abi, inquit, sequar & ipse. Præcedit igitur Sphanzes, cum duobus famulis funesti consilij conscis: Syrgiānes verò solus sequitur, Deo nimirum sanam illi mentem tum admittēte, cum se rerum portituum somniaret. Vt autem circiter duodecim stadia à castris discesserant, illi conuersi, cum id quod vehementer exoptant, à fortuna vltro suppedietum esset, gladiis illum concenterunt: & priusquā quisquam resciret, properè in vrbe contendunt. Postidie verò Cralis re desperata, Imperatori perentī pacem dedit: cum eoque egrosso collocutus, muneribus quibusdam acceptis, domū se recepit.

DE EPISCOPIS QUI PAPÆ nomine in vrbe Imperatricem disspuandi causa venerunt.

Altero anno duo episcopi, veterē Roma à Papa missi, venerūt, vt de pace & concordia Ecclesiarum disputarent. Ac statim videre erat multos à populo studium præ se ferre, sed non secundum scientiam, ac temerè & inconsulatō loqui, atque ipsum patriarchā ad disputandum vrgerē. Is verò cum nec linguam dicendi exercitatione instructū haberet, & suos episcopos maximam partem indoctissimos esse cerneret: tergiversabatur ille quidem, sed quomodo populi tumultum sedaret nesciebat. Quare & nos in id certamen mittendos putabat, qui linguam exercitiam haberemus, quamuis in sacrum Catalogum

non inscripti essemus. Ego verò primū vehementer vrgebam, ac monebam vt taceret, & magnam grauitatem atque animi altitudinem præ se ferret, Latinorumque postulationem contemneret, neque enim disputatione esse opus. Sed cum rursus cogitarem, silentium non ferè suspitione carere, sed in exterorum animis varias & multiplices cogitationes excitare, eorum præsertim qui linguæ imperare nescirent: patriarcha & quibusdam primariis episcopis seductis, meam sententiam ad hunc ferè modum exposui.

CONSILIUM APTORIS.

Quidem ad hoc certamen ea sum alacritate, itaque paratus, vt non modò linguam, sed animum etiam, radicem & fontem huius, simulque largitorem & moderatorem orationis, exaceruim. Cum autem plerisque, priusquā res postuler, audacter & magnificè loqui, & in ea esse opinionem videam, vt & tēpora & res ipsas ad ipsorum arbitrium accommodare se oportere opinentur: vereri mihi subit, ne, vbi res & tempus postularit, defertorum ordinum rei, arma vltro aduersarius tradant. Nam vbi ambitio imperitiæ alūna, omni importunitate abusa, modestiæ limites inuadit: tibi etiam eum sequi exitum qui proxiimi repugnet, non est mirandum. Neque enim illi cogitāt, non linguam temporibus, sed tempora linguæ moderari: neque quenuam tuba Tyrrena vocaliorē esse: tamē illam quoque vnā cum aeris ictu consumere & amittere suam oblectationē, nec vllum relinquare sui post sonitum fructum. Non autem committendū esse prudētium, vt subbito motu & temerario incitati, vltro sibi periculum accersant, inter omnes constare arbitror: & nos orationis progressū declarabimus. Sicut enim duobus exercitiis ad pugnam instructis, alterius consilium, alterius temeritatem destruit, & contraria etiam hic fit. Si prius quàm probè ac diligenter disputationes meditati fuerimus, aduersariis occurremus: cum ignominia discedemus. Neque verò mihi quisquam dicat, multos sæpe repentino impetu elatos, & quæ in motem venissent effatos, victoriam obtinuisse. Primū enim ea res quæ neque modum neque rationem in se vllam habet, modus & ratio æquitatis ducenda non est. Deinde satis scitur, inconsideratum impetum non suapte natura parere victoriam: sed aduersariorum maiore stultitia occasione mirabiliter præbente, malas quoque res bonarum rerum locum occupare, duce audacia: sicut vicissim maior sæpe aduersariorum prudentia, eos etiam qui bene suis rebus consuluisse vidētur, superat. Nam cū res futura incertæ sint, nihil obstat quo minus interdum etiam tale aliquid vsuueniat. Sed fortuitorum successuū euentus, non apud omnes legis tenere locum debet, nunc præsertim, cum de religionis victoria sit certandum. Hac enim de causa prodij, vt consilium darem, quid vrile mihi factū videretur: & vt ipse etiam pro mea virili, hoc rerum articulo aliquid opis afferrem. Id verò rectè nean secus, consideretur. Neque enim legum ferendarum gratia adsumus, aut vt nostra decreta firma & inconcussa haberi velimus: sed vt olim in liberis ciuitatibus fiebat, ita & nobis quæ in mentem venissent, vice stipis conferre visum est. Is autem

Tempora lingua moderantur.

Tempora lingua moderantur.

Temeritati fortuna non fidendum.

Temeritati fortuna non fidendum.

huius nostræ rationis scopus est, ut dehortemur, ne quis pro suo libito cum iis qui ex Italia venerunt, temerè congregentur & disputent, cum id ne summis quidem & hac autoritate præditis viris concedendum esse videatur, priusquam in se disputationis scopum & finem considerent, ad quem & in agendo & in dicendo est colligendum. Quod nisi fiat, periculum est, ne omne studium, omnis labor inanis & irritus esse videatur. Veluti is qui navigat, non hoc vult, nec hunc scopum propositum habet, in quo elaborat: sed illud potius cuius causa id agit, lucri nimirum: non autem ut ventorum & fluctuum arbitrio de vita dimicet, & portu soluit. Eodem modo sagittarius, non ideo sagittas emittit, ut ventum verberet: sed ut hostem sternat, id facit. Hic verò cuius emolumentum spe, quo sine proposito, quicquid disputare cum Latinis velit, equum non video, si nec ipsi nostris, nec nos illorum decretis assentiri unquam decreuimus: quamuis omnes hoc lapides, omnes stipites hoc clamitent. Deinde absurdissimam & ab omni ratione alienissimam fuerit, iis qui in Olympiis certant, & in stadio decurrunt, & qui furri rei sunt, ad Hellenodicas & incorruptos iudices esse prouocationem, ne iusticiæ regula violetur, aut inanis sit contentio quasi decursio, nulla regula, nulla meta proposita, ad quam disceptantium orationes relate litem finiant: eos verò qui de rebus diuinis disputant, & in longissimo illo stadio decursuri sunt, & maximam cladem animis & corporibus minitante, nullum habere iudicem, qui vtriusque partis oratione expensa, alteros victores pronunciet, alteros vanitatis & falsitatis condemnet: sed non aliter facere, ac si qui de liniæ agrorum disceptantes, primum cõpitijs de victoria certent, deinde ad manus & arma veniant, & quouis modo, vterque alteri è medio tollere conetur. Quod si duæ partes sumus qui contendimus, nec tertium veritatis arbitrum & iudicem habere possumus, eaque de causa alterutris de controuersia pronuciandum est: nos illorum esse iudices, non illos nostri oportet. Nostrum enim dogma illi non minus quam nos rectum esse concedunt, additamentum autem ab illis exco gitatur, & à vera via deflexione: solis illis reprehensione vacare videtur, nobis autem minimè. Si ergo pendente lite noua illorum opinio admittenda est: iudicare & pronuciare nostrum fuerit, non illorum qui rei sunt. Quod si illi se diui Petri sedis successores & hæredes esse dicunt, idque telum in nos vibrant, ut nubes fulmina, eaque ratione nos opinionum suarum ministros & exequutores esse oportere opinantur: id minimè curandum est. Ob hoc enim maiore odio & auersatione digni sunt, quod aliter quam sancta sede dignum sit egerunt. Neque enim quæ vellent dogmata statuere Clementem & ceteros iussit Petrus: sed ea ligare quæ liganda essent, ea soluere quæ soluenda essent. At isti, iis quæ omnibus sacris concilijs statuta & decreta sunt neglectis, ea fecerunt quæ ipsis solis placuerunt. Deinde nec veterem morem ab antiquis & Imperatoribus & doctoribus sanctum, violari decet, est enim in more positum, cum in Ecclesia certamina de dogmatibus mouentur, omnes cõmuni edicto & decreto Ecclesiæ propugnatores citare, nec

Inanis disputatio sine cõpitijs, & iudicibus, & armis, & quouis modo, vterque alteri è medio tollere conetur.

Diuisio Petri non imitanda, sed imitanda.

Controuersia concilijs dirimenda.

cos tantum qui Euangelici præconij causa metropoles vbique gentium sortiti sunt, sed patriarchica etiam autoritate præditos: ut sunt Alexandrinus, Hierosolymitanus & Antiochenus antistes, quibus causa dabitur, non acceritis, turbantem concordiam nostram, & Ecclesiæ ver in hyemen commutandi. Nam si olim vnus vir Theodoretus Cyri episcopus, & à patriarchica dignitate alicuius, nec alioqui sedem illustrem obtinens, tantum cõtentionis incedium excitauit, ut cum plurimi episcopi ex Europa & Asia Ephesi conuenissent, illius sumi molestias longo tempore sentirent: quanto magis tanta episcoporum & patriarcharum multitudo, cõtra nos paucos infestam linguam exaceret, & dissidijs turbabit omnia? Præsertim cū disputantium instrumentum sit ad propositi confirmationem, ratiocinatio, ut ligo fossorum & remus nauigantium: quam nos Italij, ut quicquid aliud, studio esse nouimus, eam verò nos locum hic non habere scimus, siue ea scientiam per demonstrationem pollicetur, siue à probabili dissidij ratione proficatur: cum hic de Deo & sancta vitæque principe Trinitate agatur. Nam si scientifica, quam vocat, demonstratio propositiones certas & per se elatas requirit, & conclusiones notiores: hæc verò aut inductione, aut sensu, aut experientia declaratur: hic vtrique demonstratione scientifica ratiocinari non licet, cognitum enim difficile perceptiue arduæ sunt rationes diuinarum rerum: idque cum à nostris, tum ab externis theologis demonstratur, ac à Platone Aristonis filio in primis. Deum enim, inquit, intelligere difficile est, & in vulgus efferre nefas, quam sententiam magnus doctor Gregorius in disputationibus de Theologia hoc modo correxit: Deus mea quidem sententia explicari nullo modo potest, intelligi verò multo minus. Quod enim mens intellexerit, lingua forsità explicabit, ut non planè, ac obscurè: nisi quis surdaster sit, & animo hebeti. At tantam rem animo cõplecti, nullo ingenio, nulla ratione queat, nõ modo stupidi & hebetes, humique defixi, sed ne acutissimi & ingeniosissimi quidè, & in cõlijs animis intenti. Hærebit ex æquo omnis genita natura, quam caligo circundat, cui crassa hæc caro ad rei perspicientiam obstat. Atque haud scio an etiam supernis & intelligentibus naturis id sit negatum. Quod cum ita sit, nec is qui ratiocinari vult in his, quid ratiocinetur nouit: nec qui percontatur, sciet quid audierit. Minimè igitur esse vtilem ratiocinationem, quam demonstrandi scientia parit, perspicuum est: æquè autem inutilem esse Dialecticam, cuius propositiones opinionibus ambigujs nituntur, ex iis quæ subiicimus constabit. Sic autè ait Gregorius Nyssenus: Nostrorum dogmatum per arte dialecticam & syllogisticam atque analyticam doctrinam confirmatio, infirma & suspecta cum sit, id orationis gemus relinquemus. Omnibus enim perspicuè est, dialecticas argutias pares in vtranque partem vires habere, tam ad euerisionem veritatis, quam ad mendacij accusationem. Vnde fit, ut ipsam veritatem, quando tali arte profertur, suspectam sæpe habeamus, quasi istius solertia mentis nostræ oculos perstringat, & à veritate auertat. Si quis autè simplicem expositionem, & omni quasi amictu nudam admittit orationem: serie doctrinæ sacrarum

Theodoretus Cyri episcopus.

Ratiocinationem in se, cui locum non habere.

Plato de Deo.

Gregorius.

Nyssenus de Dialectica.

sacrarum literarum obseruata pro virili verba faciemus, atque ista explicabimus. Quod si & nobis sanctorum patrum scriptis niti, & illis repugnare necessariū esset: simplici ratione & ipsi dilucidioribus vteremur, quæ euidenter & irrefragabilem sensum lectoribus ostenderent, præteritis obscuris & propter multiplicem vocum significationem, verborumque tenebras ambigujs. Sæpe enim in sacra Scriptura verbis nonnulla inuoluuntur, uti consentaneum est. Ut enim regum thalami, aliæque quæ sancta & magno in precio habentur, alijs atque alijs velis occultantur, ne à rudi vulgo profanentur, aut quia omnibus absq; labore pateant, contentantur: sic etiã plurimi sacra scripturæ loci, ij præsertim in quibus arcana quæpiam doctrina continetur, tantum velis quibusdam, ita verbis talibus absconduntur, quæ multam caliginem secum trahunt, & tenebras lectorum oculis offundunt. Moment & sancti patres, Basilius, Chrysostomus, Maximus & Cyrillus, non ea omnia verba quæ in omni materia eundem sonum edunt, statim eodem modo accipienda esse: neque mentem in verbis proflus deligendam, sed propositi argumeti sententias intuendas & scopum atque propositum Scripturæ exquirendum, uti deceat, & personis atque temporibus aptè conuenienterque accom modandum & applicandum. Est & Gregorius theologus autor, quosdam res cum vocabulis crassa Minerua consentire ratos, opinioniones diuinis indignas literis concepisse. Cum igitur tot coniecturæ in rebus versentur propter vocabulorum multiplicem vim, quæ aliter in Deo intelligenda sunt, aliter in hac orta & peritura natura: quis hæc pro dignitate explicabit? Nam si sanctos illos patres, Spiritus sancti instrumenta, quorum omnè humanam sapietiam sapietia superauit, si ergo illos in sacra Scripturarum enarrationibus sæpenumero dissentire videmus, & ferè contraria afferre, propter obscuritatem ingentem, qua diuina sententiæ & altiores sensus veluti firmis atq; adamantinis vestibus muniuntur: quid alius aliquis dicat nec humana sapientia cum illis conferendus, & impuris adhuc affectibus obnoxius? Ecce enim (ut pleraque silentio dissimulem) illud (Dominus creauit me, principium viarum suarum) Magnus Basilius de ea sapientia quæ in mundo apparet, dictum esse ait, tantum non voce edita, per ea quæ sub aspectum oculorum cadunt restante, sed à Deo esse cõditam, & non casu extirise. Tantam in operibus sapientiam emicere: quem admodum cœli etiã Dei gloriam enarrent, vocibus ineffabilibus. At Gregorius Magnus Seruatoris hanc orationem esse ait, eamque ordine interpretans, quæ cum causa inuenit, ea humanitati accommodat: quæ verò simplicia & sine causa distinguit, ac diuinitati attribuit. Enimuerò hi qui spiritus vasa sunt, & ad eundem scopum collimant, tale dissidium velut diuersis viis ad vnum finem, eumque pium ac salutarem dirigunt. Alienarum verò sectarum autores, arrepta obscuritatis Scripturarum occasione, sacrilegorum instar eas dilacerant, & in extremam blasphemiarum abyssum detrudunt. Quod si nobis etiam in præsentia esset opus linguam contra aduersarios auerere, ut diximus: non iis vocabulis vteremur, in

Sacrarum literarum obscuritas.

Eadem verba alijs aliud significat.

Patrum dissensionem.

Aliter p̄, aliter imp̄, tunc scripturas interpretantur.

Ambigua & obscura nihil probant.

quibus sententia multiplex & varia lateret: sed iis quæ extra omnem controuersiam consentientibus animis vtrique confiterentur, quæque necessariò nos ad cogitationem eorum quæ simpliciter intelliguntur, deducerent. Nam & huiusmodi permulta è sacris literis velut efflorescunt. Sed quia nobis id in hoc tempore non est necessariū, qui melioribus & tutioribus dictis Euangelij & sacri Symboli fidei, à sanctis patribus olim sancti nitimur, & veluti fundamentis infistimus (hi enim limites & pronuciata reuera sunt notiora, nullamque demonstrationem requirentia) silentio rixosas illorum aduersationes, quam disputationibus euertere, mihi videtur esse æquius. Quod si nobis occurrat ab aliquo, sanctos patres sæpe ratiocinationibus esse vsos: eum ego haud oportuna dicere affirmarim. Neque enim eò id faciunt, ut ostendant quæ Dei natura sit aut quæ sit filij generatio, aut quæ sit Spiritus sancti processio: sed potius, ut eos coercent, qui sine vlla modestia rheologiam inuadunt. Alioqui dicar mihi aliquis, quo consilio Magnus Gregorius aduersus contentiosè de generatione filij & Spiritus sancti processione querentes, ita conformet orationem? Dic mihi, inquit, quo pacto pater natus non sit, & ego naturam generationis filij explicabo, & spiritus processionem: & ambobus infaniamus, in arcana Dei curiosos oculos infrentes: ij præsertim qui nec ea quæ ante pedes sunt, cernere possumus, non arenam maris, non guttas pluuiarum, nec dies æternitatis enumerare: tantum abest ut in Dei profunditates descendere, & ad eò ineffabilis naturæ, & omnem rationem superantis, rationem reddere queamus. Ac paulo post iterum, aduersario querente specimen & similitudinem, ac dari sibi postulante ex eodem partim filium, partim non filium, deinde hominiam & accipere se Deum & Deum, ponderet: Dato & tu mihi Deum alium, & naturam Dei: & ego tibi eandem trinitatem dabo, cum iisdem & nominibus & rebus. Si verò vnus est Deus, si prema natura: vnde tibi afferam similitudinem? Est enim non modò turpe, sed & perabsurdum, ex inferioribus superiorum petere imaginem, & perpetuorum è fluxis & caducis: & quod Esaias ait, ea quæ viuunt inter mortua quaritare. Quapropter etiam alibi ait: Intra limites nostros consistentes, id quod ortu caret, & quod ortum habet, introducimus: & id quod è patre procedit, ut ipse Deus & sermo ait: hæc igitur eius sunt, nõ qui astruere velit hæc ita esse, sed eius qui repellat & deterrat eos qui temerè in huiusmodi cõfirmationes irruunt. Id enim qui fiat, cum ne vocabula quidem Dei naturæ congruentia reperire homines possint? Res diuinas enim nostris nominibus, ut licet, exprimimus. Nam si eorum, inquit, quæ intelliguntur, extrema, anima & sermo propriis nominibus caret: (anima enim femineo nomine appellatur, cū ea natura non sit, & sermo masculina natura) ea intellectilia quæ omnè intellectum superant, proprijs appellari nominibus quomodo affirmabimus? Cum igitur tantæ & cogitationum & appellationum tenebræ, nostræ mentis occurrant: quis inde ratiocinari queat? Quod qui conatur, bifariam peccat. Neque enim horum quicquam nouit, simulque ea se ignorare

Theologi vterque ratiocinationibus quomodo vsi.

Diuisio Gregorius contra curiosos.

ignorat. Qui autem ignorat quid concludendum & quomodo concludendum sit, ne tum quidem cum concludendum fuerit, id quod debet, eo modo quo debet, concludat. Quod ut præter auditoribus, tamen suspecta erit oratio, cumque semel ut simplicem & amentem cauebunt. Fortassis etiam sancti illi patres istiusmodi absurdas contentiones silentio prorsus repulissent, nisi inuiti eas refutare coacti essent, cum populū aliā aliis scētis suborientibus, propter fidei infirmitatem & dubitationes faciliē adhærere vidissent. Nunc autem, cum multitudo ita confirmata & in fide defixa sit, ut ferri naturam facilius mutes, quā eos paululum à patriis dogmatibus abducas: quid opus est disputationibus nihil profuturis? Ut enim & ipse Apostoli verbis per tempus utar, per suadum habeo, neque mortem, neque vitam, neque angelos, neque principatus, neque potestates, neque præsentia, neque futura, neque altitudinem, neque profunditatem, neque ullam aliam creaturam posse populū à patriis institutis & decretis abducere. Deinde si nunc primum & prius nobis molesti essent, istaque proponerent: fortassis & ipsi ad certamen disputationis, Deo propitio, hodie accingeremur. Sed quomolim hæc tractata sint, & eo quo decebat ordine transacta, & diuturnitate temporis confirmata: atque isti scēpius huc profecti, subinde repudiati fuerint: quo iure ea quæ olim recte decreta sunt, hodie turbabimus, & inani labore eadem subinde repetemus? Quod istis quidē nec graue est, & summo studio quaritur. Nam aliis atque aliis rationibus comminiscendis, & subinde melioribus promittendis, aut victoriam sibi de nobis olim victoribus abolito vetere probro pollicentur: aut cum mala multa in conuentum nostrum vilitate cum supercilio dixerint, famam per summā impudentiam spargent, neglectāque veritate, ut sunt pusillius ac ieiunius ingenius, de sua victoria gloriabuntur. Verum nobis amplitudo nostra non deferenda est, neque ea agenda quæ è re aduersariorum sunt, sed ea potius quæ nobis expediunt. Quantæ porro vœcordiæ esset, cum Græci qui Pythagoram aut Epicurum autorem sequuntur, aded diuina & certa præsentia decreta magistrorum, ut quicquid illis dixeris, taciti ferant, immotis & animis & linguis: nos verò legibus & decretis procerum religionis & fidei nostræ nolle citra demonstrationem, ac velut certis limitibus insistere, sed alios disceptantes & curiosè rixantes & mentem dilacerantes ferre, non aliter quā hostes spolia tractare solent, quæ ignominiosè distrahunt? Cæterum illud quoque scire est operæ precium, non simpliciter, nec vno modo sanctorum patrum scripturas intelligendas esse. Quarum aliæ ad docendum & monendum accommodatæ sunt, personarum & temporum habita ratione, sed religiose omnia. Nam aliæ decreta continent, aliæ laudationes, aliæ disceptationes. Neque verò disceptationes veterum alio transferendæ sunt. Neque enim si quis pugnas cum hostibus, & toto animo in gladium & clypeum intentus, commilitonem ante pedes stantem prostrauerit, vel lex ea putanda est: vel is accusandus qui id fecit, cogitationem alio tra-

S. Patrum scripta distinguenda.

factum est, aliter fieret. Ergo neque hoc sic agendum est, neque laudationibus vice legum utendum. Ars enim, laudantibus quiduis dicendi licentiam dedit. Quæ verò dogmata sanxerunt, & promulgarunt, iis demum rectum & tutum est veluti regulis & amissi religionis vti. Ego verò sicut Italos improbo & reprehendo, aded temerè & superbè in Theologiam irruentes: ita etiam turpe & leuitatis esse duco, eorum quæ probamus facere cōtraria, eorum verò quæ improbamus similia. Non enim si confidentes illi & audaces huiusmodi in rebus sunt, imitari eos conuenit: neque si à recta via deflexerunt, & nobis ab instituto recedendum est. Quin potius immoti intra legitimos terminos consistamus, istiusmodi tumultibus repudiatis, sicut rupes irruentes fluctus aspernatur. Vereor enim, vereor ne fumū fugientes, in blasphemiam flammam incidamus. Quod enim à veteribus Græcis iactatum est, cū Plato ad Dionysium tyrannum in Siciliam venisset, regiam puluere impletam fuisse, cum plerique demonstrationibus linearum studerent: id & apud nos hodie alio modo accidit. Apud eos enim etiam opificibus effusa sunt arcana Theologia, & aded omnes ratiocinationibus inhiat, ut herbas & gramini pecudes, & qui de recta fide dubitant, & quomodo sit credendum ignorant, & quid sit illud quod credunt nesciunt: ij & fora & porticus & theatra omnia, Theologia cōpleuerunt, neque solem hunc impudentiæ suæ facere testem reuerentur. Et quid absurdius cogitari queat, quā cum olim Græcorum dogmata florent, ordinem fuisse seruatum: & arcana Delphorum theologis commissa nulli alij vel vulgare vel indagare licuisse, siue is Plato, siue Socrates esset, aut quouis alius sapientiæ laude celebris: apud nos uerò, qui syncerum pietatis mysterium profiteamur, ita res diuinas profanari, & quibuslibet de iis disserendi potestatem dari, vel potius à quolibet usurpari? Gregorius verò diuinarum rerum peritissimus, non minus linguam ab istiusmodi disputationibus retrahit, quā manus à flamma ignis. Proinde multis verbis se excusat, inuitum facere ut de Deo disserat, & eos quid temerè audeant improbat. Neque enim, inquit, laudabile est desiderium, sed conatus ipse formidabilis. Et Ozanis exemplum adducit, qui nutantem arcam attingere ausus, periit, Deo arcæ reuerentiam vindicante. Quod si rex eum quamprimū è medio tolleret, qui regiam coronam impudenter suo capiti imponere auderet: quot fulmina, quot turbines is meretur, qui temerario ausu irrumperet in Theologiam non dubitat? Breuem autem narratiunculam veteris memoriam, huic negotio valde consentaneam, subiungam. Alexandrum aiunt, Macedonem illum post longum illum victoriarū cursum & magnos triumphos cum animum relaxare & recreare vellet, triremi conscensa in Euphrate nauigasse, ac in medio flumine diadema illi delapsum esse. quod cum nauta quidem adnatans excepisset, & quia aliter ad nauem redire non poterat, capiti suo impositum, illi retulisset: homini pro ea recuperata talentum donasse. sed quia eam indignè capiti suo imposuisset, caput abstulisset. Quod si homo hominem eodem secum pileolo vsum viuere, & so-

Profanatio theologie in vulgus effusa.

Corona capiti imposta morte vindicata.

& solem intueri, ferre non potuit: quid de iis dicemus, qui aded petulant in Theologiam irrumperunt: idque cum neque dæmones eicere, neque mare ambulare, nec aquarum amnes & rupibus elicere possint, ut vel istis vulgo aliud persuadeant, & ad sese homines alliciant. Ego verò quæ vtilia esse iudicauit, ea in medium proferenda esse censui: quæ si auditu digna fuerint, Deo accepta refero: sin minus, quærenda sunt meliora. Hæc cum dixissem, assensu mihi sunt prudentiores episcopi, cum alij, tum verò Dyrrachinus, vir & grauitate vitæ, & ingenij acuminē ac magnitudine excellens: qui & eruditione virtute: & virtutem eruditione ornabat. Hos ij sibi sequendos putauerunt, qui eloquentia non valebant, omni studio contentionis necessariò repudiato. Hoc tempore etiam Despota Constantinus decessit, vnaque secum irritam vulgi expectationem sepeliuit.

Noni doctores sine miraculis.

NICEPHORI GREGORÆ ROMANÆ HISTORIÆ Liber vndecimus.

CAPITA LIBRI XI.

- De insula Mitylene.
- De Phocæa.
- De Byzantina seditione, & ut eam Cantacuzena sedant.
- De seditione in iudicium adductis, & Imperatoris conuicio.
- De incursione Scytharum.
- De Trapezuntis & Aetolia principibus.
- De iudicibus loco motis.
- De Imperatoris victoria contra Turcos.
- De viso cometa.
- De Scythica muliere.
- Expeditione Imperatoris contra Aetolos, Acarnanes & Illyrios, eorumque oppressionem.
- De Mysorum & Imperatoris assinitate.
- De nouato Genuensis Reipublicæ statu.
- Basilij Commeni obitus, extremi Trapezuntiorum regis.
- De Trapezuntiorum seditione.
- Laus Magni Domestici Cantacuzeni.
- Altera captiuitas Acarnania, & totius Aetoliae.
- Reditus Imperatoris ex Acarnania & Aetolia, & eius morbus pleuris.
- De Barlaamo monacho, & de Calabria Byzantium profecto.
- Iudicium de Barlaami & Palama controversiis, in maximo sacre Dei sapientia templo factum.
- Maledicta Palama que contra sacrosanctam Ecclesiam decreta scripsit, tum certo consilio dissimulata esse.
- Imperatoris obitus in castissima Dei genitricis hodegia monasterio.
- Nama Gregoræ autoris, in Imperatoris obitum.

Latini à Romanis flagrant, & communibus opibus Turcos oppugnant.



Nno sequente, Turci plurimis nauibus edificatis, non insulas tantum vexauerunt in Egeo & vltra Egeū mare sitas, sed mercatorias etiam naues spoliarunt: & crebros excensius in mediterranea fecerunt, non secus ac si in sua terra versarentur, obistente nemine. Quæ res Latinis æquè ac Romanis exitio erant, & grauiora etiam

in posterum minabantur. Latinorū itaque principes congressi, ea de re inter sese, & cum Carolo Italiae rege communicant: seque ad propulandos Barbaros, paratos fore pollicentur. Missis etiam ad Imperatorem legatis, consensum suum exponunt, hortantes ne communibus periculis deesset, sed summo studio in rem gerendam incumberet. Intolerabilia enim esse quæ Turci Latinis & Romanis detrimenta indies inferant, & in posterum illaturi sint. Adhæc absurdum & ignauissimi esse ingenij, cum liceret ea iactura & ereptione opum nostrarum, quibus inuiti à Barbaris spoliemur, ad naualium copiarum apparatus & vltionem hostium vti: vltro cedere illis, & in euident atque indubitatum discrimen nos ipsos vnā cum facultatibus nostris vltro præcipitare. Legationi illud etiam appendicis vice adiecerunt: ni expergisceretur, & vnā secum communes hostes oppugnaret, & ipsum hostis loco futurum. Ita Imperator communis illius belli socius esse coactus, exhausto fisco celeritè tributorum exactores in Thraciam & Macedoniā misit, quamuis iam crebris exactionibus exhaustas, ob frequentes Turcorum & Bulgarorum impressiones. Interea & veteres naues reficiuntur, & aliæ nouæ per totam hyemen à fundamentis extruuntur. Sub veris exitum, Imperator viginti nauibus completis, è portu soluit: & ipse vltro classis præfectum agit, quāuis & vxore & cæteris omnibus prohibentibus, quod istiusmodi res ab Imperatoria maiestate alienæ essent. At ille ut cætera, ita hanc quoque rem sua presentia & opera confici volebat, alacritate & bellico impetu plenus: Latinarum tamen copiarum aduentum expectabat. Verum illi nuper inter ipsos ortis tumultibus occupati, ea quæ promiserant, sefellereunt. Rhodij verò, & maritimæ Mitylene & Phocææ, non procul à Smyrna accolæ, & Cycludum insularum princeps, consilio fraude multo pepigerant, se Romanas insulas clam oppressuros, & ipsas Imperatoris copias: veriti fortasse, ne is aliis rebus omissis, se inuaderet. Itaq; cum nauibus quindecim Lesbum profecti, tota insula statim potiri non potuerunt: sed subitò Mitylenes portum ingressi, vrbē proditione cæperunt. Cum autem Rhodij & Cycladum princeps, & opes diripere, & insulæ ditionem partiri vellet: Phocæensium princeps Catanes per altum & dolum, suum præsidium in vrbem induxit: illisque deceptis, eam sibi vendicauit. Inde enim totius insulæ vel sine sociis se facile potiturum esse putabat, quippe qui solus illos ambos copias vinceret. Is enim solus octo triremes adduxerat, quas Genuæ compleuerat: Rhodij verò, quatuor: reliquas tres, Cycladum princeps. Ac Mitylenæ habitatores statim vrbē exegit: & vxore ac liberis Phocæa accersitis, ibi considere decreuit, iusto præsidio Phocææ relicto, quam hereditario iure à maioribus acceperat ab auo Imperatoris eis datam, procurationis & reditus cuiusdam ergò. Quam obrem certis temporibus qui procurationem eius accipiebant, perpetuò Imperatoris literis confirmabantur, ne qui temporis diuturnitate Imperatorum dominatum detrectarent. Catanes autem iste cum iam Romanam rem afflictam cerneret, insolentius erga Impera-

Mitylene & Phocææ princeps occupata.

Imperatorem se gessit, officiumque neglexit. Vnde Imperatoris subitam impressionem veritus, opes suas pro virili firmavit, & Mitylenem per insidias occupare instituit: idque data occasione perfecit. Enimvero ij qui ad Mitylenes occupationem cum cæteris concurrerant, improbitatem Catanis exosi, domum recesserunt. Hoc rerum statu Genuenses qui Galatam tenebant, ob Catanis successus audatiores etiam facti (nam & is Genuensis erat pluribus & maioribus iniuriis Romanos & contumeliis onerabant. Nam propter immunitatem, quam primam à Michaele Palæologo impetrarunt, ut supra diximus, maxima pars Romanæ classis ad illos se conferebat, eorumque habitum assuebat. Vnde illorum opes auctæ, Romanorum verò imminutæ sunt. Quæ sanè res eos asperiores contra Romanos, atque superbos & contumaces affecit. Proinde & fossam suam profundiorē fecerunt, & firmas turres paulatim per speciem ædium extruxerunt: & præter cætera Imperij, procuratoribus largitione corruptis, omnem licentiam nacti sunt & vineas emendi, & ædes in vicino tumulo splendidis mœnibus ornatas ædificandi: adeo ut si bellum cum Byzantiis gerendum esset nihil esset quod eos aut terreret, aut impediret. Imperator autem cum primam Mitylenem esse captam audisset, & hos in vicinia plus satis inolescere cerneret, & pacta conuenta pleraque violare: subita irruptione magnas illas & munitas circa tumulam ædes, in quibus multi arcus, tela & arma reperta sunt, eaque diuersi generis, incendit. Quæ cum Latini præter expectationem viderent: trepidare, & extrema timere ceperunt. Putabant enim, Imperatorem eodem die cum magnis naualibus copiis, in se quoque impetum esse facturum. Quare clam armis sese munitabant. Sed cum ne postridie quidem Imperator quicquam contra sese moliri cerneret, sed totum Mitylenæa navigatione occupari: aperto bello denunciato, liberimè & ipsis Byzantiis & Imperatori illuserunt, & ligneis turribus sua mœnia circumdederunt, & magnas onerarias partim in fundum maris demerferunt: partim ante portum armatas, munitiorum & aggerum vice apposuerunt. Imperator verò cum tales copias ibi diuellere nollet, magno animo eum casum tulit, illis prorsus neglectis: & omni studio ad navigationem se parauit, pluribus etiam militibus delectis. Sed cum Latini ad septem integros dies Galatæ inclusi, à plebe dilacerandi essent, quod vrgentia mala diutius tolerare non possent (nam & aqua & omni herbarum pomorumque solatio carebant) & circumforanei ac pauperes homines, & ij qui è quotidiano venditionis lucro sustentantur, ij demum maxima iactura facta, magis etiam contra magistratus Latinos insanirent: ob hæc igitur facti modestiores, Imperatoris sese submiserunt, & in tempestiua superbia veniam impetrarunt.

DE NAVALI EXPEDITIONE
Imperatoris contra Phocæam &
Mitylenem.

Post caniculæ exortum, cum septemtriones in mari inferiori vehementius spirant, Imperator cum omnibus naualibus copiis Mitylenem

tendit. Septem verò Catanis trirēmium Mitylenem circumuectum, cum plures expectatione sua naues conspexissent, duæ in portum euaserunt, quinque verò per desperationem in terram appulerunt, qui autem in eis fuerunt, omnes abiectis armis fugerunt: quorum alij cursu Mitylenem peruenierunt, alij via ignari à Lesbii intercepti sunt. Imperatoris verò quinque naues armis & comætu plenas, cum Imperatore Chium perduxerunt, ut ibi eas remigibus & militibus è tabulatis pugnatibus complerent. Quæ mora ad Chium Imperatoris festinationi & studio valde aduersa accidit. Caranes enim iam securus, Mitylenem per ocium munit, magnum præsidium & vberem comæatum introduxit: & duabus illis expeditis trirēmbus Phocæam missis, ibi quoque celeriter idem fecit. Post hæc Imperator cum copiis Phocæam profectus, & Turco quoque finitimorum locorum domino accersito, quippe qui sciret, illum quoque iam diu Phocæensibus Latinis iratum, ob illata sibi ab eis crebra detrimenta: castellum terra marique obsideret, Turcis comæatum affatim subuehentibus. Cæterum cum Imperator cum classe diutius abesset, & in palatio magna impunitas & licentia vigeret: adolescentes aliquot seditione mouerunt, se Latinos quoque, ob intercedentes similitates, socios esse habituros rati. Scopus autem seditionis fuit, ut postea cognitum est, Imperatoria potestas, si Dominam in primis, & eius filium Ioannem Imperatorem, & eos denique omnes qui aduersari possent, occidissent. Sed dum id facinus adhuc parturiunt, & seditiosi rem clanculum vehementer vrgent: Cantacuzena, Magni Domestici mater, quid ageretur animaduertit: quam Imperator a sestricem coniugi suæ discessurus reliquerat, quippe Senatoriam matronam, & grauitate morum conspicuam, & singulari prudentia ornata, & in rebus dubiis præfenti consilio instructam. Ea ergo vna cum Dominam, priusquam scelus actum erumperet, motum illum prudentissimè compescuit. Sub brumam autem, cum Phocæenses Latini persecrantiam Imperatoris neque hyemis rigore frangi, præsertim cum omnes nauales copias oppugnationem noctu atque interdium sub dio continenter vrgerent: nec longa absentia à suis, nec vlla penuria vrgeri cernerent, præsertim cum ipsos iam comæatus deficere inciperet: desperatis rebus, legatos Rhodum mittunt, perentes ut in tanto discrimine sibi subuenirent.

Rhodij ergo apud Imperatorem pro eis intercedentes, obsidionem solunt. Phocæenses enim Turco Romanos adiuuanti filios statim restituerunt, quos multo antè furati in vinculis habebant. Fidem præterea Imperatori firmarunt, Rhodiis testibus, se & Mitylenem statim restituros, & Imperatori dicto audientes fore, ut prius motis fuisset, atque à patribus acceptum esset. Sic Imperator naualibus copiis inde reductis, ire quidem Mitylenem voluit: sed propter tumultum Byzantium, & defatigationem exercitus ex frigore malè affecti, Byzantium cum tota classe rediit. ac paulò post comprehensis insidiatoribus, singulis seorsim interrogatis, verum ab omnibus perquisiuit. Mox toto senatu con-

Genuenses Galatæ insolentiores facti exprimitur.

Byzantia seditio.

Phocæenses pacem impetrant.

Quæstiones de comæatibus.

uocato, & episcopis qui tum in vrbe agebant, vna cum patriarcha accersitis, populique Byzantini proceribus: & seditionis auctores, & eorum coniuratos, & testes in medium produxit. Hi verò inter sese iurgantes, & alij alios arguentes, & certissimis argumentis coniurationem & immunitatem ac perniciosam consilia demonstrabant, ut & ipsi absque vlla tergiversatione parricidium suum fateri cogentur. Ac discerpi fortasse statim essent à populo, nisi excellens Imperatoris humanitas & clementia impetum illum repressisset. Solitam enim tum quoque clementiam ostendit, & innatam hilaritatem, æquè in procemio concionis, atque in peroratione, cuius orationis hæc summa fuit.

IMPERATORIS CONCIO.

Qui opilionem habet, & canem iuxta gregem, quod eos alacrius noctu contra lupos excubare videt, eo magis eos & diligit, & lautius interdium pascit. Mei verò coniunctissimi, me pro Romana republica, ipsis domi delicate viuentibus, procul à patria errante, & terra marique pericula sustinente, idque media hyeme, & in tanto rigore, nec miserum mei sunt, nec vllam eorum rationem habuerunt quæ animi afflictum consolantur: sed omni æquitate contempta, & animos & dexteras in caput meum amantur: & nunc, quantum in ipsis est, humi effusus manat sanguis noster, liberum item & coniugis nostre: euerfa sunt sancta Ecclesiæ instituta, euerfa est Romana respublica. Quod verò ferrum, quem adamantem duricie non vincunt? Hoc procemio vberes auditorum lachrymas elicit Imperator: sed intermixtam æquanimitem hilaritate temperatam quis non, qui quidem viderit, vehementer est admiratus? Ac concione & quaestione ingeniose ac facete peracta, cum re ipsa intellexisset, Alexium Philanthropenum auniculum suum, cuius supra sepe facta est mentio, prudentia vulgus multum antecire: pœnituit ei Lesbii & insularum Ægei maris, quæ Romanis parerent, administrationem non diutius reliquisse. Eo enim præfente, nec Mitylenem quinquam hostium occupaturum, nec ea Romanorum rei marinæ naufragia futura fuisse. Itaque illum quamprimum ad idem munus ablegat, qui cum traicisset, sedatis tempestatibus pristina tranquillitati omnia restituit: vix ille quidem magna cum solertia, propter factam Lesbii & Mitylenæ mutationem, sed tamen restituit. Nam mercenarios qui in vrbe Mitylenæ erant, milites Latinorum præsidarios quingentos, clam binos & ternos accersendo, & plenis manibus demum remittendo, callidè atque occultè vrbe præsidio destitutam Romanis recuperauit. Erat enim ille vir non modò propter longinquitatem ætatis multo rerum vtu ornatus: sed multus rerum vtu magno etiam & illustri ingenio nitentur. Vnde duplicem virtutis fructum tulit, partim à natura insitum & sponte enatum, partim longi temporis casibus & exercitationibus exculum.

DE SCYTHARUM INCURSIONE.

Cæterum veris initio multitudo Scytharum incursu traicecto, Romanorum Thraciam vsq;

ad Hellepontum incurfarunt. Vbi casu accidit, ut Turcos aliquot, qui more latrocinij traicecto Helleponto continenter maritimam oram populabantur, nacti, partim vincos abducerent, partim resistentes occiderent, hostes in hostes veluti canes in cadaver subinde irruentes. Verum in ea incurfione nouum illud habebat Scythæ, quod prius veluti torrens è monte subito decurrens, obuiis quibusque raptis, postridie recedebat. Tum verò dies quinquaginta perpetuos omnia rapiendo & vastando, prouinciam in extrema mala coniecerunt, captiuorumque ultra triginta millia, ut vulgatiore fama est, secum abduxerunt. Eius incurfionis causam afferebant, quod Romani Scytharum duci & eius nobilitati solita munera, non misissent. Eam cladem solis & lunæ defectus, intra dies sedecim sese consecuti, portenderunt. Lunaris porrò in prima, solaris in decima quinta parte piscium contigit.

DE TRAPEZUNTIS ET ÆTOLIA PRINCIPIBUS.

His temporibus Trapezunte regnabat Bassilius Alexij Comneni filius, paterna successione multis certaminibus confirmata, vxorèque ducta Eudocia, notha Imperatoris filia. Ætolorum verò & Acarnanum princeps Ioannes Conatus, violenta morte interit: à Vindicta tandem, ut par erat, & ipse inuentus, sicut & eius antecessor. Is enim fratre suo perempto, sicut & ille auunculo, principatum occuparat. Cum autem tacete Vindicta non solet,

vt in isto Phocæa fœdere cum Imperatore conuenerat, ut diximus: in præsentia quiescerunt. Qui verò Troiam & Helleponti oram incolabant, cum plurimis nauibus & equis freto traicecto, & Chersonesum populati, inde etiam in Thraciæ mediterranea irruunt, Imperatore Didymorichi tum agente: qui iustis copiis non munitus, nec aperto Marte cum illis congressi ausus, insidias non segniter collocat, noctu sub dio agens, & famem ac sitim tolerans. Tandem cohortem prædatrix adortus, erepta præda, & delectos viros sine labore cædit. Quo cæteri cognito, pace per legatos ab eo impetrata, statim domum redierunt. Imperator verò tertio die post, Constantinopolim peruenit. nom in Ætoliæ, cuius afflictus erat post Conti principis obitum status, properabat: quo à vidua illius ad occupandum principatum accerseretur. Enimvero æstatis eiusdem initio, Imperatore abitum patante, aliud ex Asia malum nunciatur: Bithyniæ principem Orchanum Athumanem, qui longo iam tempore clam militem collegisset, iustas iam parasse copias, & eius instituto sufficientes, quæ iam paratæ, postridie abitura essent Bithyniam: altera à templo, altera à Propontide ad suburbia Constantinopolis, quæ pars ad id vsque tempus ab omni hostili incurfione defensa fuerat. Propositum autem illis erat, omnem vrbanam multitudinem percipiendis condendisque frugibus occupatam, cæterosque ruri habitantes abripere, ac postea duo castella quædam vrbis proxima

Non soluta stipedia canis incurfionis.

Eclipses.

Complura deesse videntur.

Turci ab Imperatore profugati.

Orchanus Athumanes singulari imperatoris facilitate profugatus.

xima occupare, & inde Byzantios bello petere. Neque enim pares Romanis copias superesse, qui & crebris hostium incurfionibus afflicti, & sumptibus exhausti essent. Deinde cum Galatæ incolæ Latini secum facerent, maiorem spem vrbis Imperatricis occupandæ conceperant. Ceterum Imperator subita illorum irruptione audita, cum angustiis temporis iusto apparatu excluderet: sibi etiam imparato ad prælium exeundum esse iudicavit, loco omnis armorum apparatus atque exercitus, indubitatæque & firma spe atque fiducia in Deum fretus. Delectis igitur viginti nobilibus iuuenibus, & XL vulgaribus militibus, adiunctoque Cantacuzeno Magno Domestico duce, hos terra mittit. Ipse cum tribus inermibus, triremibus contra Barbarorum classem abiit: qui cum vigintiquatuor nauibus ex Asiatico Propontidis sinu prope Rhegium appulerunt, in loco non minus stadiis centum & decem ab vrbe disito, sub horam noctis tertiam, ac statim excessu facto, prædatum alij aliud excurrerunt, priusquam id agrestis resciscerent: Tum verò & horrea ardere cerneret, & mulierum atque infantium qui vi abstraherentur eiulatum audires. Sub horam verò noctis nonam, diluculo iam ferè, Magnus Domesticus cum equitibus septuaginta aduenit, & Barbaros dispersos cædit, non secus ac messores frumentum. Simul etiam Imperator quatuordecim naues hostiles cepit, custodiis earum cæsis, nam reliquæ decem, cum Barbari nonnulli eius aduentum presensissent, & in eas insiliissent, aufugerant. Sub auroram verò, cum & Imperator in terram egressus esset, maximum opus quæ fando audita sunt, effectum est, ac declaratum: Non esse volentis, neque curæ, sed à propitia Dei voluntate pendere omnia. Priusquam enim sol meridianum circumferret, mille propemodum Barbari sunt interfecti, trecenti verò capti: Romanorum autem nemo cecidit, equi verò complures eorum occubuerunt. Nam cum pedites essent Barbari, nullum egregium facinus contra armatos equites edere potuerunt, sed ex desperatione audacius equos inuasunt. Proinde Romani ab extrema desperatione & diurno metu recreati, ea victoria animos receperunt, & in posterum etiam spe ciga Dominum suum confirmarunt. Omnes enim euidenter compererunt, non humanitus id accidisse, (qui enim potuisset, eo rerum articulo, re Romana vnde cunque deplorata, Barbarorum verò ex vincendi consuetudine audacia in immentum aucta) sed dexteram Domini id fecisse, & brachium illius inuictas hostium vires contriuisse. Quas enim pugnas in historiis miramur propter innumerum penè vtrinque militum numerum, in earum perpaucis inuictas tot caros tot captos, quot nunc à vrbis tatum septuaginta. Post die verò rursus Imperator copiis terra marique splendide armatis, in templi portum peruenit, se ibi quoque Barbaros, ut rumor nuntiabat, appellentes inuenturum ratus. Sed spe sua frustratus est. Barbari enim popularium suorum audita clade, recesserant. Inde digressus, noctu è palatio quadraginta quinque stadiorum viam in castissima Dei genitricis Hodegetriæ templum peruenit, toto illi pectore gratias acturus. Ve-

Patris matrisque

rum illud me penè præterierat, quod nunc repetendum & explicandum est.

DE COMETÆ APPARITIONE.

Ac æstate, cum sol propemodum ad æstiuum solstitium peruenisset, à Septemtrionalibus horis horis partibus, vesperi statim post solis occasum, cometa, atque aded (si quis accuratius consideret) non crinita, sed barbata stella gladio similis apparere cepit. Ortum autem à Persiæ pedibus ducebat, qui à spina Tauri parum abest: coma vero eius versus Orientem latè extendebatur, indeque sumpto exordio, rectè quotidie versus Septemtrionem ascendebat, tribus circiter partibus. Cum autem polum arcticum præterisset, ac post eum Vrsam minorem & spiras Draconis, dextrum etiam herculis pedè attingit: indeque coronam Ariadnes, postea sinistrâ Ophiuchi manum percurrit. & quia ibi latus est signifer circulus & æquinoctialis, & locus calidus: durare cometa non potuit, cum eius origo humida exhalatione constet. Quare coma dissipata, & ipse penitus euauit: quippe qui stellæ speciem quidem haberet, stella verò non esset. His aliam narrationem auditu dignam attexam.

DE SCYTHICÆ MULIERE.

Is temporibus Scythica quædam mulier, vltra Istrum nata, quæ neque virum neque liberos habebat, quendam è Thraciis captiuum, quem ante suas fores traduci videbat (longo autem iam tempore ad Romanos se conferre, & sacrum baptismum suscipere cupiebat) emit, eique nupsit: exacto prius ab eo iureiurando, ne se desereret, etiam aliud commigraissent. Dum verò migrationis opportunitatè quærunt, annus integer teritur, quo tempore binos liberos alteri peperit, alteri in vtero gestauit. Vnde magis etiã marito diligebatur. Hoc rerum statu, altero anno etiã prior mariti vxor captiua abducebatur: qua ille conspecta, illachrymavit. Verum Scythi illa, meroris & lachrymarum causa intellecta, neque successit marito, neque odio persecuta est mulierem: sed & ipsam emit, ut & domestica ministeria obiret, simulque marito dolore conspectu sui leuaret. Sed cum opportunitatem nacta, & sacro baptismate initiata, & in vrbem Imperatricem profecta esset, prior vxor ad patriarcham accurrit, vociferans, & pectus plangens, sibi que iniuriam à Scythiis fieri queritans, quæ sibi maritum per iniuriam rapuisset. Ceterum cum & illa prodidisset, ac rem gestam ordine explicasset, nemo iure illam reprehendere potuit, ut quæ amborum domina esset, suæque pecunia ex immanibus (ut ita dicam) bestiis ambo redemisset. Tamen tacentibus vniuersis, neq; in vlla re eam accusantibus tandem hanc ipsa sententiam tulit: Marito propter consuetudinem & susceptos ex eo liberos redemptionis precium condonauit. Erga mulierem verò cupere se quidem eadè vrbis liberalitate: sed posse negavit propter inopiam, quod cum duobus infantibus in terra peregrina viueret. Quamobrem ipsa, inquit, sui precio allato, cum marito abeat: ego verò posthac cum infantibus, benigni Dei manus intuens manebo. Hoc iudicium animique magnitudinem in muliebri ingenio, omnes cū patriarcha mirati, summis laudibus extulerunt. Ceterum haud multo post

Aegritudo Scythiis

post is iudicij fuit exitus, qui debuit, clementi Deo æquissimo iudicante, Nam cum mulier, quo in loco habitaret, vicinas circuiret, & precitū corrogaret, subita incurfione Scytharum denuò captiua est abducta: vir verò eius posthac bonæ illius Scythicæ matronæ coniugio ac quieuit.

EXPEDITIO ET VICTORIA

Imperatoris contra Aetolos & Acarnanes.

Iam verò Imperatorē Aetolorum & Acarnanum res malè affectæ, & propter domini eorum obitum laborantes, vocabant. Principatus enim, qui à vidua muliere & immaturo ætatis pueris gubernari non posset, temerè ferebatur, veluti nauigium anchoris destitutum, quod hybernò tempore à fluctibus exagitur. Sed cum veterem Illyriorum morem sciret, qui fracto fœdere violatò que iureiurando Romanas provincias incurfare & viatores spoliare solerent, homines fallacissimi atque improbilissimi, atque etiam intelligeret, eodem tum quoque sua contra Aetolos & Acarnanes expeditioni impedimento fore: duo millia Turcorum Smyrnæ & Ioniam accolentium accersit, cum quibus impresse facta, Illyriorum agros vastauit, & copiosa præda parta, Turcos autem pauperes plenis manibus quamprimum dimisit: itaque opibus Illyriorum imminutis, securus ad Arcananes & Aetolos transit cum suo exercitu, & omni illa regione vnà cum vrbibus citra laborem potitur, proceribus vltro sese ad illud conferentibus, vnà cum domina sua Anna Protoestarij filia. His rebus Imperatore occupato, etiam Bithyniæ metropolis Nicomedia capta est, multa fame domita, propter pertinacem hostium obidionem. Sequenti anno nihil memorabile gestum est, nisi quòd Turci continenter & impune magno numero Thraciam incurfarunt. Hoc enim vrbem iam cognitum & vltatum, toties referre videret. Tertio vero anno filius Epiri principis, Conti Cephaloniæ annum ætatis XIII agens, sed prudentia maiore quam pro ætate præditus, cum paternam ditionem Imperatori parere, matrem verò illum Thessalonicam vsque sequi velle promississe cerneret, à qua iussus esset & ipse sine patriæ nobilitatis insignibus sequi: defectio nem cogitat, reque cum nobili quodam Epirota communicata, vnà cum illo veteres Patras, ad defuncti Achæiæ & Peloponesi principis coniugem profugit. Mater verò statim cum Imperatore Thessalonicam vsque peruenit: atque ibi satis multis prædiis acceptis, vnde reditus annui suppetebant, deinceps ibi ætatem exigere decreuit. Præfectus tamen Epiri ab Imperatore relictus est Protostrator Theodorus Synadenus: qui priusquam annus exiret, subito à prouincialibus captus, in vinculis Conti filio in patriam reuerso, & hæreditarium principatum volentibus subditis adeptus, traditur. Imperator verò cum vxore Adrianopolim profectus, matrimonium iam pridem promissum perficit, filia sua, quæ annos nouem expleuerat, Alexandri Mylorum principis filio data, annu ætatis x v ægè. Vnde firma pax inter Mylos & Romanos constituta est. Hoc tempore puer Bizantij nascitur, à pedibus vsque ad vmbilicum continuus, inde verò diuisus, hu-

Illyrii vrbis

Nicomedia capitur.

Turcorum inuisiones.

Princeps Epiri patrimonio recupe perat.

Synadenus capitur.

Nuptia Bulgærica.

Monstruosus partus.

mèris, pectore, spina dorsi, biceps, quadrimanus, qui post vnū diem expirauit. Multo autem ante illum, alius puer circa Traianopolim visus est: qui anno tertio balbutiebat ut infans: sed is erat præditus viribus quibus vir viginti annorum, & viro non minus comedebat, & circa pubem pilos habebat viti ætate integra. Sed priusquam annum quintum expleisset, febri correptus expirauit. Nam penuria humoris infantili ætati debiti, tantam ariditatem in eius corpore excitauit, quanta vel in vicensio fit. Vnde etiam paribus partibus & mēbris eius accessit, ut inde cuilibet ætati cōueniens incrementum & nutrimentum cohiberetur: natura verò sese, ut ab autore condita est, regere non posset. Sic enim animantis formam artifex Deus contempserat, ut nulla illi amplius accessione vel decessione sit opus: sed ut in concertu musico alia chorda laxata, alia intenta vltra quàm par est, carminis absurditas deprehenditur: ita hic etiam, cum animantis compages ab aliqua materia vel penuria destituitur, vel redundantia opprimitur, & tempus legitimum præterierit, generationis progressio & incrementum interrumpitur: idemque ferè euenit quod in nouellis floribus videmus qui ante tempus exorti, & quasi nouarum rerum & temeritatis rei, fulminis & grandinis impetu marcescunt, suumque vigorem rigore frigoris amittunt. Iam intemptiua pruina planta luxuriam euidenter coarguit.

DE GENÆNSIS REPUBLICÆ mutato statu.

Sub autumni autem initium, Genænsis res publica perturbata est. Nam qui genere & opibus præstabant, factu & superbia elati, democritiæ æquabilitatem in tyrannidem mutarunt: à quibus cum plebs immodicè premeretur, per seditione vrbe eos exigit, & vnū è populo principem constituit, ad imitationem Consulatus apud Romanos olim dignitatis, aut potius exemplo à Venetis petito. Hyeme verò elapsa, & solè iam arietè peragente, cometa ensis specie in cælo apparuit, ei quidè qui ante triennium apparuerat non absimilis, sed non eodem in loco, nec motu eodem. Nam à sinè Libræ auspiciatus, vbi tunc spica Virginis erat, singulis vigenis quaternis horis, quinis partibus progrediebatur, donè ad Leonem peruenisset, vbi prorsus euauit. Ceterum Turcorum octo millia Hellefonto eum inuicis, mentis plerique traiecto, omnem Thraciam ad Mysiam vsque diripuerunt, quam cum Romanis vastam atque inaccessam fecissent omnem, ipsi noctu atque interdum impune populabantur. ac prædam quidem omnem in Asiam transportabant: ipsi verò longo tempore domum reuertit nonlebant, quippe cum nemo esset à quo pellerentur.

DE INFANCIÆ COMENI obitu, ducis Trapezuntiorum.

Hoc vere Basilius etiam Trapezuntis princeps * leui morbo est extinctus, ac potius ira Numinis. Nam cum Irenem Imperatoris filiam duxisset, & breui tempore legitime & iuste, & ea qua decet cōcordia & modestia cū ea vixisset

Puer vrbis robore.

Turcorum inuasio.

Vicius mere tricus aniose.

legitimos amores in meretriculâ quandam, quæ & ipsa Irene dicebatur, transtulit: cuius nefaria consuetudine in vxoris odium est impulsus. Progressu temporis autem, cum reginam rei indignitatem non ferre, sed cœlum & terram inclamare, & apud omnes ingentem animi dolorem vulgare cerneret, etiam palatio illam exegit: fortassis interfecturus, nisi populû timuisset, ob isthuc ipsum grauius commotum & tumultuantem. Verumtamen in sacris canticis & spectaculorum pompis, ac festis solœnibus, Basilij & Irene memoria celebrabatur: eaque ratione Basilij & cupiditati suæ & populi votis satisfacere, quem similitudo nominis decipere poterat. Vnde orta est suspicio, clandestinis Irene insidijs Basilium esse sublatum. Cæterum illo siue sic, siue aliter defuncto, legitima eius coniux Irene, cum omni regia autoritate, palatium ingressa, cognominem sibi, sed alijs moribus præditam & illegitimam Basilij coniugem, palatio exigit: & cœmuni Trapezuntiorû suffragio, Byzantiâ vna cum libertis, relegat: legatosque simul ad patrē Imperatorē mittit, qui adducerent cui legitime nuberet, quæque vna cum ipsa in regno succederet. Qui cum Byzantij Imperatorem non reperissent, Thessalonicam, vbi eum agere audierant, sunt profecti. Anno enim prius e Thracia in Macedoniâ transfregit Imperator, statim etiam in Epirum aduersus fœdiferagos Acarnanas & Ætolos iturus erat: sed aliquantulum eum familiaris splenis molestia Thessalonica detinebat, qui à multis annis diuersus & loco suo emorus, tum valde tumefactus, vicina etiam viscera infestabat, vt & cibus minus rectè conquireretur, & membra viribus destituerentur, & animi deliquia mortem imminuerentur. Vbi cum eum Trapezuntiorum legati inuenissent, ea quæ in mandatis habebant exposuerunt. Sed cum res extraheretur, & Trapezuntius principatus à muliere pro autoritate & satis rectè administrari haud posset: tumultuari quidam, & concitare populum cœperunt. Qua re Irene coacta, celeri triremi alios legatos misit, & vna cum iis Trapezuntis archiepiscopum, qui priorem petitionem ipsius apud Romanorum Imperatorem vrgerent. Quem cum Byzantij non reperissent, paucos equites genere & dignitate præstantes mittunt, qui nec Thessalonica illum repererunt. Nam paulo antè ex morbo recreatus ad oppugnandam Arcarnanum metro polim abierat. Quare visum eis est, ibi consistentibus, aduentus sui causam per literas aperire.

DE SEDITIONE TRAPEZUNTIORUM.

Irene libi do. Sed cum potestate cupiditati blandiente, muliebri appetitus omnia vincula abrumpat clandestina consuetudine reginam Irenem magni Trapezuntiorum Domestici vti susurrabatur. quod cum ad vulgi aures peruenisset, plebem ad seditionem impulsit: ac potissimum.

& Phocaica vrbs. quam magnis naualibus copiis ante annos iam quatuor Imperator adortus, tum non cepit: sed nunc Romani illius incolæ, capta to tempore, quo vrbs princeps de more venatû exhibat, occuparunt, subactis Latinis paucis qui in ea erant: sicutque Imperatoris nomen promulgarunt, in cœnium propugnaculis concessis.

ALTERA EXPUGNATIO Arcarnanum.

Quæ cum ita se haberent, desperata ob diurnitatem obsidionis salute, etiam Acarnanes deditioem fecerunt: itaque factum, vt tota ea prouincia, quæ vetus Epirus appellatur Romanæ ditionis fieret, neque inde quicquam obstaret. Imperatorem autem Thessalonicam redeuntem, etiam Cephænia Conti defuncti filius comitatus est, non sanè volens, quod nullam redeundi domum spem haberet. Aded magnorum operum ingeniosa effectrix magni Domestici taciturnitas extitit. Nā aliorum quidem verba vmbra tantum sunt operum, simulatque lingua prodierint emorientes. Viri autem huius etiam silentium magnas res gerit. nam ingenij magnitudine & solertia vir ille excellit, reuera profundo sulco mentis fruens. Verè autem inuente, Imperator Thessalonica cum vxore & libertis digressus, duodecimo die Didymotichû peruenit. ibique dies cœplures cœmoratus, Byzantiû vere iâ desinente ingreditur, graui morbo splenis pressus cuius vehemētiore impetu ad mortem vrgebat. Nam ab omnibus & Romanis & accitis è Persia medicis, curatio eius desperata erat. Quamobrem cum tres essent, qui tenuiore vt victu, & summo studio rebus noxiis eum abstinere iuberent, ille profusus eos negligebat: suoque arbitratu instructa mensa, iis rebus vrgebat, quæ cum illorum præceptis maximè pugnant. Vnde splen celeriter auctus, vsque ad secur excurrit, neque eum deinceps securè viuere passus est. Cum igitur dies viginti in palatio cœmoratus, omnes à suo congressu exclusisset, sanû Deigenitricis Hodegetij monasterij inuifere decreuit, in qua magnam & firmam spem in omnibus actionibus suis collocabat. Eandem igitur etiam nunc accessit, alterutrû periturus: vel morbi, vel vitæ finem. Sed illud penè me præterisset, quod est dictu maximè necessarium, sine quo longius progredi haud possum. Id ergo repetendum est.

DE MONACHO Barlaam.

Romano principatu ab auo Andronico ad Andronicû iuniorem trāsflato, ex Italia Byzantium venit vir Romano habitu, qui se Barlaamum diceret. Is cum Latinorum dogmatibus eruditus erat, tum Græcorum etiam literas degustarat, quamuis non ita vt ipse putabat: tamen mediocriter, & extremo (quod aiunt) digito. Sed tamen propitium Imperatorem nactus, suas res copiosis verbis ornans, reprehendebat & exagitabat Byzantinâ Rempublicam, vt omnis eruditionis expertem, infidiosè & malitiosè alijs deprimentis auram popularè captans: vnde à vilibus atque indoctis hominibus magnopere laudaba-

Cantacuzeni laus.

Andronicus neglectum medicorum morte laus.

D. virginis fiducia.

re laudabatur. Sed non multo post, eum, esse simium, est cognitum: vt à Byzantijs prope dixerim omnibus condemnaretur, & apertissimè derideretur. Quo pacto autè id acciderit, cuius ex eo Dialogo cognoscere licet, quæ ego plurimorum doctorum rogatu conscripsi, in eoque cuncta copiosius exposui. inscribitur autem Florentius, siue de Sapientia: & hoc habet initium. Vnde nobis Florentius ad Corcyreum nauale appellit insolens: Quod felix & faustum sit, Critobule, Salaminiæ & paralus celeritæ Atheniensium triremes, decimo post die quàm è portu solutimus; nec huc legatos aduexerunt Athenis, ea Corcyreorum Senatus nunciaturus, quæ & ipse vbi au dictis, non admitari non poteris. Consecta sunt enim à nobis in Dialogo, & immutata & rerum & personarum nomina: ac loco Byzantiôrû posita est Athenarû vrbs, pro Romanis principibus Herculidæ & Cæropidæ, pro Nicephoro Nicagoras, & sic reliqua non obscura erunt animum aduertentibus. Cæterum hic Barlaamus primo conatu frustratus, & maxima spe delapsus, alia via rem est aggressus, vt quàm antè non potuerat, nunc saltem gloriam venaretur: statimque cœpit, si quid minus cœmodè ab aliquibus dictu esset publicè id exagitare: vt inde velut è tuto ca stello erumpens, ignominia maculam aliquam Ecclesiæ imprimeret, tumultumque concitaret. Idque perfecit, ac monachorû omnes rationes palam exagitauit, vt quos à præcibus Euchitæ & omphalophychos, quasi vmbilicarios dicas, & alijs id genus nominibus appellaret: eaque ratione sectæ Massalianorû cœdemaret, quasi eos & lingua & scriptis gloriantes audiret, vt profitebatur, se corporeis oculis Dei naturâ videre. Quæ illi æquis auribus audire haud poterat: sed Palamam quendam inter ipsos excellentè eloquentiâ deligunt, qui cum illo decertaret, per eumque & lingua & calamo, & quouis modo illius théses euertere conatur. Quæ res cū alterum & tertium iâ annuum vtrinque agitarètur, malû subinde crescebat. Quare veritus Barlaam, ne monachorû manibus dilacereretur, pluribus iâ & è mote Atho & Thessalonica ac Byzantijs accolis cœsiliu: (putabat enim, ignominia illam æquè ad omnes pertinere) Constantinopolitanum patriarchâ & cœterum episcoporû adit, nec Omphalophychie modò & adulterinarû precû, sed etiâ blasphemæ Theologiæ Palamam accusat, nam eû & nouis vocibus in mystica Ecclesiæ Theologia vti: & nescio quæ monstra cernere se profiteri, iactantia & arrogantia plena. Quare decretum est iudicium in maximo diuinæ Sapientiæ templo etiâ Imperatore cum principibus Senatus & doctissimis quibusque viris præsentè. Adest statû dies, præstò sunt omnes, nō ij modò quibus adesse necesse erat, sed etiam popularis turbæ innumera ferè multitudo: atque ipse Imperator, cum meliusculus esset, ac firmior solito ob ardens religionis studium euasisset, & ipse ad suggestum venit, & ad sacerdotēs. Ac ea quæ ad Theologia reprehensionem pertineret, silentio tegenda esse censuit, tum quòd sacra Theologia mysteria profanis vulgi auribus non ingerenda censeret: tum ne Barlaamo inepti oris & animi rationes reddente, Palamas etiam blasphemæ & impor-

Florentius Gregorius dialogus.

Barlaamus monachus in uadit.

Palamas Barlaamo opponitur.

Non conuersa omnium criminum accusatio.

tunæ Theologiæ reus esse videretur: atque inde loco pacis, quam res flagitarent, atque boni ordinis tumultus & ingens confusio oriretur. Primum itaque crimina precationis proponebantur. Quæ verò ad Massalianam hæresin, & quæ alia contra Palamam afferebantur, pertinebant, in paucos dies dilata sunt: & nisi mox Imperatoris mors consecuta esset, celeritè vehementes in Palamicâ hæresim uelitationes absolutæ essent, hoc est, ea quæ futurum erat vt augeterent, extirpata tum fuisset. Et, vt ea quæ intercesserunt mittam, cum Barlaamo non concederetur, quas ob causas diximus, Theologica crimina ex alijs eius scriptis vt demonstraret, succubuit: compertumque est, eum maleuolentia & pertinacia, & in primis popularis gloriæ cupiditate æstare. Tum etiam Imperator, quasi numine afflatus, prudentem admodum & omnibus admirabilem habuit concionem, & tempori & rei peraccommodatam. Vnde cum & ob alia letari uellet, molestia quapiam est affectus, quòd non nte quoque cum cæteris auditorem habuisset. Nam familiares dolores caput meum vehementer tum ex cruciantes, illi concilio me interesse non patiebantur: quamuis pridie multis essent inuitatus & ab Imperatore & à patriarcha, & toto concilio & iudicum & reorum. Cæterum sub vesperam spectaculo illo absoluto, Barlaamus ignominiam illam grauissimè ferens, plenis velis in Italiam abiit: & ad Latinorum instituta & decreta, in quibus erat educatus, rediit. At Imperator in Hodegetij monasterium corpore admodum male affecto tum è conuisione illa, tum è morbo splenis; reuersus, cum sub noctem ferè mediam accubauisset, & largius quam decebat cœnatus esset, postridie in somnum & carum stupori atque exanimationi penè similem incidit. Tertio demum die paulum apertis oculis, Imperatricem hortatur, ne pleret: simulque opem medicorum requirit. Et ad me mittit, quare nū nunquid cœlestia lumina iuarent, & non impedirent medicæ artis conatus & experimenta? Sed priusquam ij qui misit erant, meum responsum referrent, in maiorem stuporem est relapsus: & extremum spiritum agens, in tertium ferè diem iacuit: ac Iunij die decimoquingentesimo octingentesimo quadragesimonono. Omne verò tempus ætatis eius ad annos circiter quadragintaquinque fuit, cum antè viginti vrbs Imperatricem belli iure occupasset. Tertio verò luctus die, Imperatrice Anna inde in palatium redeunte, pars & ego frequentè illius comitatus fui; vix à morbo, quo vrgebar, non nihil recreatus: & statim hortatu patriarchæ & Imperatoris cognatorum omnium, funebrem orationem habui, hoc modo.

NAENIA IN OBITUM Imperatoris.

Nos verò victorias cantaturos, & laudum spectacula sacratissimi Imperatoris indicturos sperabamus, & orationis corollas illius vertici imposturos: parua quædam præmia magnorum & diuturnorum sudorum, K ij

Barlaamus vitæ discip.

Imperatoris obiit.

& quos peregrè toleravit laborum & ærum-
narum exiguam nostræ benevolentia remu-
nerationem. Sed aliam pro dolor tempus nobis
hodie subito calamitatem obiecit, ut nequias
laudationum vice canere cogamur, & pro illius
triumphis nostras enumerare lamentationes: &
pro spe bonâ, difficillima quæque cogitare. Hei
mifero mihi, quis Orpheus, quis Homerus, di-
gnum dolorem & luctum, magnæ huic & ingen-
ti calamitati accommodabit? luminum fontes,
lacus omnes, & tota maria, convertimini in la-
chrymas, ut solem & lunam & astra lachrymis
alatis. Heu quis è medio retrarè orbe heroicum
illum militem eripuit? quod sepulchram, quæ
terra quæ rupes nostrum obruit thesaurum? O
magna æris amplitudo, nunc tuas vlnas aperito,
& hæc suspensâ suscipe, & iustos lachrymarum im-
bres desuper infunde. Ille fuit, qui nec autumnû
nec æstatem ad vsum armorum expectaret, sed
naturas temporum & elementorum innovaret:
qui brumæ gelu æstatem, incediam delicias, & vi-
gilas somnum duceret: Imperatorias verò oble-
tationes, labores laboribus, certaminibus alia
certamina per vices cumulata iudicaret, ut prælia
marina terrestribus, & terrestria marinis succede-
rant. Nunc verò illum pro dolor, exiguus pul-
vis tegit. O quæ iusta vox telluri & celo, & stel-
lis luctum hunc annuntiabit, & ad locum hunc
lamentationi plenum, ad doloris societate accer-
set. Ille fuit, qui præter cetera magnum illum
triumphum, in terram & mare distributum,
quæque vtrumque elementum miraculo imple-
vit, pepererit: Perficias illas & inuictas copias, quæ
ex Asia traiecerunt, quæ eodem die potentissimè
prostravit. Nunc verò ipsum, hei mors repenti-
na oppressum prostravit. Commouere terra pro-
pter hunc casum, ut omnè genus, omnis ætas ho-
minum tantam cladem sentiat, & plures nobis
socij & adiutores vehementium sint suspiriorum.
Hic fuit qui celeritate, cursus aduentus sui famam
anteuerteret: & priusquam conspiceretur, terro-
re sui nominis fugaret hostes. Sed, hei mihi, nunc
mors longè illo celerior exitit, & istiusmodi cur-
sus anteuerit & abruptit. Adesto fôs ignis æthe-
rei, atque alterutrum perficito: aut vitales in ter-
ra spargere desinito radios, aut totius ignis tui
eageetes in cam omnes effundito, ut comas om-
nis arbor amittat, & lilia agrum marcescant, & her-
barum omne genus tantâ clade sentiat atque intel-
ligat. Ille fuit, qui Triballorum & Mysorum du-
ces perterrefaceret, quos sæpe velut dormientes
subito instar ætheri fulminis oppressit. Ar hæc
mihi nunc illum ignavum & iacentem profusus
ostendit tumulus. O cœlum, portis tuis apertis
solutu tanta calamitate dignum erumpe, & to-
tam rerum naturam perterrefac, ut & inani-
matorum natura sentiat, & res omnis generis à
Deo condita luctum nostrum adiuvent.
Heu cur tuæ celerissima, & veluti volucris na-
tura, nunc immota quiescit? Heu cur tu, qui
toties nobis ad bellicos triumphos læticiam
attulisti, hodie in contrarium vertisti omnia,
vere in hyemem commutato, pulchritudine
solis in obscuras tenebras, pullata omni æta-
te, & splendorem ætheriæ facis solis velut oc-
cultante? Heu quomodo is qui propter subdi-

coronidem quondam ceteris eius præclaris cer-
taminibus, & veluti sigillum præstantissimum
imprimeret, linguam eius huiusmodi sermoni-
bus perpurgando, ut talibus legibus & decretis è
vita discederet. Fuit hic Imperator iucunda
& amabili specie, hilaris & accessu facilis,
humanus & clementissimus. Ceterum neminis
vllum consilium admittebat, sui vnus sententiæ
& scientiæ insistentis. Itaque pleraque diffimula-
bat, consilio plenus ille quidem, sed à colloquiis
& cœru hominum alienior, aded vt & Impera-
torias curas & occupationes auerfaretur, nec in
maximis festiuitatibus Imperij solennia obiret,
illa nimirum quæ ad spectacula & publicas pom-
pas & salutationes, & munificentiam Imperato-
riam, & distributionem pecuniarum & honorum
pertinerent. Vt periculum sit, ne Imperatoriæ
disciplinæ instituta, quorum memoriam & suc-
cessionè Imperatores ad posteros propagabant,
obliuione prorsus obuiatur. Nam cum multum
temporis inrerfluxerit, & qui illa tenebant de-
cesserint: posteris, quid officij sit, scire difficile er-
it. Sed ita sit, minutarum rerum occupatio ad ex-
equendum officium segniores facit. Canes enim
& aues venaticas magno alebat numero: quibus
ita erat deditus, vt si quis eum aditurus, canem aut
auem offerret, facillimè compos voti redderet.
Quæ omnia Cantacuzenus post eius obitum,
iis qui perebant, distribuit, cum magnitudinem
sumptuum reputaret, & rem ipsam imperio non
modò inutilem, sed etiam periculofam iudica-
ret. Nam quindecim aureorum millia Imperato-
rij fisci procuratores vltra veterem morè in eas
res expensa retulerunt. Vsq; adeo autem Deo
freres erat, & fiducia plenus, vt maxima ex parte
sine custodia ageret, & sine Imperatoris satelli-
tibus. Sæpe etiam eos quos retia & laqueos con-
tra se instruere sciret, in eisdem ædes admitte-
ret, & mensæ adhiberet. Dicebat enim, vitam ho-
minis in manu Dei esse positam: à quo vbi eius
destructio permittatur, tunc omnibus periculis
patere fores. Erat præterea singularis quædam
in eo natura, ne vsquam Imperatoriæ maiestatis
magnificentia & amplitudini studeret: sed sæpe
coronidem
septuaginta longum illum somnum dormit? Heu
quod ille saxa tunica induta, breui effecit, vt nos
miserè exueremur? Heu quomodo qui antea ho-
stium corpora cædebat & sternebat, nunc è se-
pulchro subditorum animos sagittis pertinaciter
impetit? Tu verò è diuina Imperatrix, heri ple-
næ lunæ instar egressa palatio, hodie quo pacto
dimidiata reuertoris? Quo modo, cū instat frons
dijbus, obsitæ arboris flores, hodie vt fœnum
agri desloruisti, & rosa in prato? Quo pacto, heri
ex Imperatoris thalamis splendidis & illustribus
plenilunij instar exorta, nunc multis & densis
nubibus occultata? Quo pacto que heri velut
pulchritudinem obscurauit? Vbi florem
tuam deciduum reliquisti? quis veranrem tuum
hortum perfodit? qui fur? qui latro? quæ fulgetra?
quod cæleste fulmen? Quo pacto que heri velut
e portu spendidè soluisti, hodie tanquam è nau-
fragio & fluctu es reuerta, omnibus iis quas ve-
hebas preciosissimis mercibus spoliata? Quis tuâ
auream comam detondit? Quis tibi purpuræ
splendorem ademit? quis tuam lucenam abri-
puit? quis tuum solè extinxit? quis tibi nouam istam
eclipsim inuexit? quis illustre tuum coniugium
diremit? Quæ fera tempestas, vernam tuam
temperiem corripit? Agite verò omnis Roma-
ne, popule, adiua luctum meum, communi-
ter euilemus, non illum deploraturi, sed nos-
metipsos, qui ab illo destituti sumus. Qui stem-
mate Imperatorio estis orti, deplorare Impera-
torem, vt & cognatum & familiæ vestræ or-
namentum. Qui palatij limina frequentatis,
quærite palatij splendorem. Vos milites lugete
soletrem ducem: vos famuli humanum domi-
num deplorare: qui dormire & quiescere soleba-
tis, perungilem excubitorum. Vos iudices lamen-
tamini eum, à quo legum vis pendebat. Vos Ec-
clesiæ sacri proceres, desiderate acerrimum ama-
torem & adiutorem decretorum. Qui in monti-
bus & speluncis degitis, promontorium & pro-
pugnaculum existimationis & gloriæ vestræ.
Vos sacrorum monasteriorum rectores, vestræ
potentiæ arcem. Reputate extrema illius certa-
mina pro vobis suscepta: cogitate vt corpore
tū hostilibus vulneribus, tum medicis vitionib;
profus exhausto, & ad mortem properante, &
corpus suum contempserit, & vitæ suæ non pe-
percerit, sed alacriter ad suggestum & sacrorum
antistes venerit: nec prius inde discesserit, quam
spem fecisset, insectatores vestros: corrupta-
que illorum dogmata, quod in se quidem esset,
conterendi, ac prius abolendi. Recordamini,
quæ & quanto eum affectu sacris illis labijs
verba protulerit pro defensione sacrarum san-
ctionum, & ipsius veritatis. Recordamini
quæ dixerit, priusquam ad suggestum perue-
nisset, & ad sacrum concilium: quæ item
cum venisset recitavit, maximo cum ingenio
& veterum Theologorum imitatione, cum di-
uino afflatu pleni, linguas resonanti in ipsis &
impellenti spiritui accommodabant: & quam-
uis mors capiti immineret, tamen non ces-
serit, sed alacriter admodum ea quæ require-
bantur, peregerit: Deo, vti consentaneum est,
magnum hunc seruiorem animo eius largito, vt
coronidem

Elogia Impe-
ratoris.

Neglecta
Imperij insti-
tuta.

Venator &
acceptor.

Deo freres

coronidem quondam ceteris eius præclaris cer-
taminibus, & veluti sigillum præstantissimum
imprimeret, linguam eius huiusmodi sermoni-
bus perpurgando, ut talibus legibus & decretis è
vita discederet. Fuit hic Imperator iucunda
& amabili specie, hilaris & accessu facilis,
humanus & clementissimus. Ceterum neminis
vllum consilium admittebat, sui vnus sententiæ
& scientiæ insistentis. Itaque pleraque diffimula-
bat, consilio plenus ille quidem, sed à colloquiis
& cœru hominum alienior, aded vt & Impera-
torias curas & occupationes auerfaretur, nec in
maximis festiuitatibus Imperij solennia obiret,
illa nimirum quæ ad spectacula & publicas pom-
pas & salutationes, & munificentiam Imperato-
riam, & distributionem pecuniarum & honorum
pertinerent. Vt periculum sit, ne Imperatoriæ
disciplinæ instituta, quorum memoriam & suc-
cessionè Imperatores ad posteros propagabant,
obliuione prorsus obuiatur. Nam cum multum
temporis inrerfluxerit, & qui illa tenebant de-
cesserint: posteris, quid officij sit, scire difficile er-
it. Sed ita sit, minutarum rerum occupatio ad ex-
equendum officium segniores facit. Canes enim
& aues venaticas magno alebat numero: quibus
ita erat deditus, vt si quis eum aditurus, canem aut
auem offerret, facillimè compos voti redderet.
Quæ omnia Cantacuzenus post eius obitum,
iis qui perebant, distribuit, cum magnitudinem
sumptuum reputaret, & rem ipsam imperio non
modò inutilem, sed etiam periculofam iudica-
ret. Nam quindecim aureorum millia Imperato-
rij fisci procuratores vltra veterem morè in eas
res expensa retulerunt. Vsq; adeo autem Deo
freres erat, & fiducia plenus, vt maxima ex parte
sine custodia ageret, & sine Imperatoris satelli-
tibus. Sæpe etiam eos quos retia & laqueos con-
tra se instruere sciret, in eisdem ædes admitte-
ret, & mensæ adhiberet. Dicebat enim, vitam ho-
minis in manu Dei esse positam: à quo vbi eius
destructio permittatur, tunc omnibus periculis
patere fores. Erat præterea singularis quædam
in eo natura, ne vsquam Imperatoriæ maiestatis
magnificentia & amplitudini studeret: sed sæpe

subditis humiliter se gereret. Idque ex vno è mul-
tis facile apparebit. Notum est omnibus, Impera-
toriorum tricliniorum pavimenti summitates
ambas inter sese oppositas eminere supra inter-
iectum solum vsque ad spithamam tridentem, vbi
etiam Imperatorium solum est constitutum, ni-
mirum vt & in eo Imperator aliquid præ ceteris
eximium habeat, siue in sacris hymnodiis stans,
siue nunc subditis, nunc exterarum nationum le-
gatis respondens. Nec in illo loco cuiquam mor-
taliu licere illi astare, præter vxorem, liberos,
& fratres, & patruos fortasse. Verum illo ibi stā-
te & differre, non modò omnis nobilitatis a-
dolescentia illi astabat, sed & plebeiouum mini-
strorum quilibet. Vnde sæpe turba hominum ita
premebatur & vergebatur, vt ipse desisteret, ac
loco cederet: alii quæ superiore statione conce-
ssa, paulatim ad inferius pavimentum descende-
ret, nemini omnium succensens. De capitis por-
tò tegumento, apud superiores Imperatores mo-
tis erat, vt ætate prouectiores aulicj proceres pi-
leis turbinatis vterentur, serico tectis, pro digni-
tate cuiusque: adolescentes verò omnes prorsus
nudis essent capitibus. Illo verò Imperatore, is
mos vsque adeo obsoleuit, vt omnes simul & a-
dolescentes & senes pileis vterentur, non minus
in palatio quàm in agris: itque multiformibus
& peregrinis, & quales cuique probabantur: alij
Latinis, alij Mytis & Triballicis, alij Syriis &
Phœniciis, suo quique arbitratu. Eodem more in
vestibus etiam vsi sunt, vt prudentiores nouitate
aliquam & destructionem Imperij, & finem in-
stitutorum ac morum illius diuinarent. Idem cer-
tius etiam ex eo colligebatur, quod Imperatoriæ
& illustrissimæ quæque ædes ferè omnes destru-
ctæ, & in cloacas & fimeta redactæ erant. Eo-
demque modo de moribus & rebus patriarcharum,
eorumque maximis & illustrissimis ædibus
iudicabant, quæ firmissimum ornamentum si-
mul & munimentum maximi templi Diuinæ sa-
pientiæ fuerunt, tum à primis architectis conse-
ctæ, tum ab iis qui secuti sunt pulcherrimè adie-
ctæ, & primis operibus admodum conuenientes:
quæ æquè omnes corruptæ & destructæ sunt.

Pilei & ve-
stes.

Imperij insti-
tuta signa.

FINIS, ET DEO GLORIA

K ij



EX G. PACHYMERII HISTORIA
ANNOTATIO LOCORVM QVORVNDAM E'
Georgij Pachymerij historia, quam à tyrannide Michaelis Palæologi auspica-
tus, vsque ad Catelanorum ab Andronico defectionem perducit.



Rem gratam Lectori, atque vtilem me facturum esse arbitror, si Georgij Pachymerij locos nonnullos, qui à Michaelis Palæologi tyrannide historiam suam exorsus est, apposuero. Codex alicubi carie confectus, & aliquot foliis passim exectis mutilus, è Bibliotheca inclytæ Augustinæ reipublicæ vtendus mihi datus est. Qui si integer esset, nec tot in locis laboraret propter mediocrem styli elegantiam, quam tamen barbara vocabula sæpe quasi polluunt, & grauitatem sententiarum, conuersione non indignus videtur. Nunc lectorem contentum fore arbitror capitum cuiusque libri, & rerum quolibet libro memorabilium Annotatione: quæ libro primo est huiusmodi. Sed prius ipsius auctoris verba de se audiantur. Sum, inquit, à primo ortu Constantinopolitanus, Nicææ verò & natus & educatus: in sacerdotum autem collegium cooptato, Proteddici & Dicaophylacis honos est delatus. Scripta eius recensentur à Gesnero: imago eius sic depicta est in Augustano codice, vt & Theodori Lascaris iunioris, ac Michaelis & Andronici senioris Palæologorum, quas ad Gregoræ historiam primo loco ponendas curauimus.

CAPITA PRIMI LIBRI HISTORIÆ Georgij Pachymerij.

Prooemium auctoris, & de veritate narrationis.
 Cur res ante suam ætatem gestas nō exposuerit.
 Quo pacto veteres castella & arces munierint.
 Quomodo eos qui arces tuebantur tractarint.
 Vt olim vrbe ab Italis capta, infirmæ res Orientis fuerint, & de Chadeno.
 Vt Persæ Romanæ ditionis montes occuparint.
 Vt Ioanne imperante, Michael Palæologus fidem Imperatoribus firmit.
 Quemadmodum Lascaris iunior multis honoratis viris despectis, alios in eorum locum surrogarit.
 Vt Corys, vnus è proceribus alicis, Palæologo pro amicitia, confugiendi ad Persas auctor fuerit.
 Vt Palæologus reuersus & susceptus (τῆς μετατρέψεως τοῦ ἰουλιανῆ) dux exercitus in Occidentem, vnà cum Dyrhachino Chalcuze missus fuerit.
 Vt Chadenus missus fuerit, vt Palæologum ferreis catenis vincitum reduceret: & vt reductus, in carcerem sit coniectus.
 Vt Imperator agrotans magis quosdā suspectos habuerit. & de Maria siue Martha Domesticissa.
 Moris Imperatoris Theodori, & res eo viuente gesta.
 Vt Lascaris Theodorus à patre Ioanne ad impe-

rij successionem institutus fuerit.
 Vt Protouestiarius Georgius Mutzalo Atramytrenus tutelam Ioannis pueri gesserit.
 Protouestiarij Mutzalonis concio.
 Palæologi ad concionē Protouestiarij responsio.
 Odium exercitus contra Mutzalones, & vt exercitus Mutzalones occidere non dubitavit.
 Vt ea de causa procerum nonnulli discesserint, nonnulli custoditi sint.
 Vt proceres de tutela immaturi Imperatoris solliciti fuerint.
 Vt etiam patriarcha consentiente, Palæologus prælatus fuerit cæteris.
 Vt Palæologus magnus Dux designatus fuerit.
 Vt Ioannes Imperator agrotans multa pauperibus largitus sit.
 Vt magnus Dux Imperatoria pecunia sibi voluntates hominum conciliarit.
 Vt erga patriarcham submissè se gesserit.
 Vt studiosi magni Ducis effecerint, vt Palæologus Despotes designaretur.
 Vt patriarcha etiam sit assensus.
 Vt Palæologus populi studiis maxima quæque impetrarit.
 Vt Despota Michael in Occidente pacem turbavit.
 Vt Achaia princeps à Rom. captus fuerit.
 Vt Michael Despotes victis Romanis Cæsarem cepit.
 Hæc capita sunt primi libri: in quo nihil ferè est, quod non & Gregoras tractarit. Hæc tamen sparsim annotare visum est.
 Veritas, historiae anima rectè dici queat, & sacrum: cui qui mendacium præfert, planè sacrilegus est.
 Byzantini, hostes in Oriente habuerunt Persas, in Occidente Latinos. Aduersus Persas, Italicis auxiliis sunt vsi: aduersus Italos, Scythicis. Firmis arcibus confinia munierunt. Cum hostium alteris pacem fecerunt, eisque tributa pependorūt, donec alteros debellassent. Tum verò etiam alteros sunt aggressi. Populos hostibus finitimos immunitatibus, & horū fortissimū quemque stipendiis donarunt, vt quotidianis excursionibus & dimicationibus hostes vexarent. Adhæc Imperatores crebris largitionibus castellorum præsidia firmabant.
 Vetusti moris fuit apud Imperatores, vt qui duobus criminis rei essent, duello decertarent.
 Qui fidem Imperatori frangit, nunquid diris sacerdotum deuotus, diuinā vltionem formidabit? ἢ κεχρηώσθηται τὰ πρὸς θεῶν τὸ ἄρξαι, ἀνυπαίτιος ὁ καλῶδελος. Si cui diuinitus decretum est Imperium, is qui ad Imperium vocatur, crimine vacat.
 Thessalonicensis episcopus vocem μέγιστον ter audiuisse fertur. quæ siue ita sit, siue conficta, siue è libris Imperatoriis excerpta fuerit, interpretati sunt: *μικροῦ ἀναξ ἡνωμένοι παλαίολογος ἐξείσος*

LOCORVM ALIQVOT ANNOTATIO.

ἡνωμένοι ἐστὶν, Michael Palæologus Imperator Romanorum citò celebrabitur.
 Testatur auctor, se adolescente nonnullis massam ferream candentem manibus citra noxam sustulisse, itaque innocentiam suam per miraculum testatam reddidisse: cum alioqui testes produci, iusiurandum deferri, & antea vita reorum considerari soleat.
 Sub obitum Theodori Lascaris, sexto die sol per horam obscuratus est, tenebræque operuerunt omnia, adeò vt stellæ in cælo apparent.
 Imperatorum diuitiæ, populi diuitiæ iudicantur.
 Non licuit nobis amplecti aliud, nisi vt ei qui rerum potiebatur, citra fraudem inserviremus: id quod etiam nulla propolita gloria fecimus, haud ignari, fidem cum alacritate coniunctam, tamen inuidiam vincere nequeas, laudari.
 Perturbatione temporum, eos etiam qui vero iudicio nullius criminis conuinciqueant, maximis inuolui criminibus haud est veri dissimile.
 Diuinus oculus iudex est omnium.
 Ego vel postremo loco contentus ero.
 Quæ est ista seruitutis necessitas, quo minus quod velis, dicere liceat?
 Mōri necesse est, siue morbus ingruat, siue non. Homines subinde nouis rebus gaudent, proinde facilius inuenias qui afflictis insultent, quàm qui fortunatis gratulentur.
 Vt secundarum rerum cognatorum particeps fuerat, sic etiam aduersarum socius futurus erat.
 Ioannes Romanorum pater, Theodorus verò Dominus cognominabatur.
 Michael Palæologus regno potitus, tres tantum aureos domi habuit.
 Propter vnum infantem, tantum imperium, tantæque res non sunt in periculum adducenda.
 Papa cum Achaia principem iureiurando, quod Palæologo dederat, soluisset, continentium bellorum causam præbuit.
 Atque hæc è primo Pachimerij libro.

CAPITA SECYNDI LIBRI.

Vt patriarcha Arsenius de imperio sollicitus fuerit.
 Vt diris solutus sit Palæologus, quibus obstrictus fuerat, arrepto imperio.
 Vt Romani vtriusque & Palæologo & puero Ioanni iurarent, & quibus conditionibus.
 Vt Palæologus puero iuraret, & proceres vtrique, & vt clypeo insidens Imperator declaratus fuerit.
 Vt Palæologus rerum potitus, summa liberalitate vsus fuerit erga & proceres & milites, & reliquos.
 Vt Palæologus etiam ante coronationem atces munierit.
 Vt pactum coronationis Palæologus violarit.
 Vt Palæologus à patriarcha coronatus sit, neglecto puero.
 Vt Palæologus coronatus, populum sibi & dictis

& factis conciliarit.
 Vt Palæologus Nymphæum reuersus cum puero, vndecunq; legatos exceperit.
 Vt magnus Domesticus Imperatoris frater Ioannes occidenti præfectus, re bene gesta, Sebastocratoris insignibus acceptis, cum redisset, Despota sit creatus ab Imperatore: & vt eorū frater Constantinus, Sebastocrator sit appellatus.
 Vt Michael Despotes in angustias redactus, cōiugem & filium Ioannem ad Imperatorem miserit, illam legationis ergo, hunc pro obside.
 Vt Imperator procerum dignitatem auxerit.
 Vt Imperator vrbi capiendæ intentus, Selybria cepit.
 Vt patriarcha Arsenius sede sua cesserit.
 Vt Nicephorus Ephesius patriarcha factus sit.
 Vt Sardinus & Thessalonicensis cæteris non assensu sint in designatione Ephesij.
 Vt Sardinus Selybria monasticum habitum induerit.
 Vt multi Ecclesiastici proceres exiguo tempore mortui sint.
 Vt Imperator Galatæ castellum sit adortus.
 De cadauere Imperatoris Basilij Bulgarostoni.
 Vt patriarcha Nicephorus vnà cum Imperatore Nymphæum sit profectus: quidque ibi egerit, & de illius obitu.
 Vt Imperator amoto adolescente Ioanne, securus fuerit.
 Vt Chalyphas & Persæ à Tocharis, hoc est Scythijs, subacti sint: vtque Sultanus Azatines ad Imperatorem confugerit.
 Vt superiores Imperatores ad Tocharorum famam affecti fuerint?
 De rebus in Occidente gestis, & vt Cæsar obiter Constantinopolim inuaserit.
 Vt vrbs capta fuerit.
 Quid improbus Protosecretarius Senacherib egerit cum vrbe à Romanis recuperatam esse audiuisset.
 Vt Imperator vrbs recuperationem audierit.
 Concio Imperatoris de recuperata vrbe.
 Vt Imperator cum tota sua familia & proceribus vrbe sit ingressus.
 Vt vrbe ingressus Imperator, Latinorum tribus tractarit.
 Vt res Romanas ordinarit.
 Deliberationes pontificum de patriarcha Arsenio.
 Vt Imperator adolescentem Ioannem amouerit, & vt populos Italicos extra vrbe habitare iusserit.
 Legatio Imperatoris ad Papam & Latinos.
 Nunc quedam sparsim excerpta subiiciemus.
De eligendo Imperatore.
 Paucis exceptis, & frustra ob aliorum multitudinem & potentiam aduersantibus cæteri omnes vno consensu Michaelem Palæologum Imperatorem exoptabant. Optimum enim esse regnum, non hereditariæ successionis, nō fortis temeritate, sæpe etiam indignis oblici solitum, ac pessimis hominibus quos bonas deinceps vel seruorum habere loco dedignetur. Eum verò principatum rectissimè commendari, ad quem spectata & probata virtute

euecharis: quod is demum populo proſit, qui id exequendum ſibi putet, cuius gratia ſit conſtitutus. Medicum accerſi non fortuito, non propter cognationem, cum valetudo agit. Quod ſi gubernator nauis propter neceſſitudinem præponatur, non eum gubernatorem, ſed euerſorem fore nauis. Hinc fieri poſſe, vt quem rectiſſimè inſtitutum eſſe oportebat, is omnium ſit deprauatiſſimus: quippe qui ſimulacrum lucem editus ſuſceptuſque fuerit, regio luxu ac deliciis corrumpatur, adulatione perpetuo vrgente, veritate verò fugiente: cum turpiſſima quæque pulcherrimis nominibus ornentur. Adco vt veteri proverbio etiam certus tuſſiendi modus adulatorum materia fuerit apud eos principes, qui ſimul & imperant & ſeruiant. Vbi qui minimum mouerit, vt maleuolus & ſcleratus exagiteretur ab iis, qui admonitionem edictum cenſent: præterea eos etiam, quos ille rerum ſtatus non deleſcet, nihilominus & ipſos principe ſupra modum efferendo aſſentari, ac factu eius augere. Alios quaſi in ſcena varias perſonas inducere, genus ad bene imperandum ſatis eſſe putare: quaſi in primo ſemine regni quædam vires ad optimè gubernandum ineſſent.

Duorum principum electio ciuiliū bellorum cauſa.

Imperatorio clypeo inſidet, is qui Imperio deſtinatur: ac pedibus primū Imperatoriis inſignibus ornatis, & manibus hinc pontificum, inde procerum elatus, Imperatoriis hymnis & plauſibus ab omnibus celebratur.

Animaduertit ille quidem ſe deceptum eſſe: ſed neceſſitate circumuentus, quid ageret, non habebat.

Ioannes Theodori Lascaris iunioris filius balbutiente voce patriarcha dixit, ſe vita contentum fore, modo ne quid grauius in ſe conſuleretur.

Suis quiſque rebus intentus, Remp. minimè curabat: ſuo tandem tempore pœnas datur.

Quod in ſatis eſt, oppugnat ſapientiam. *τὸ μὲν οὐ γινώσκου, ἀντιπαύει καὶ τὸ φρονεῖν.*

Beneſperabant, etiam cum formidabilia nunciarentur.

Secum ipſe tantum & cum Deo colloquens.

Noti animaduertiſ, occultis eius conſiliis.

Propè decem eccleſiaſtici principes, nouem menſibus mortui.

Ioannis Beci ſomnium de tranſitu patriarcharum per terribilem fluuium, quos ipſe aliquando ſecuturus eſſet, interitus & calamitatis prænunciatio.

Prouidentiæ vis inuitabilis.

Nefas eſſe, viros Deo conſecratos mundano tribunali ſiſti.

Fatum vt animantibus, ita etiam ciuitatibus inuitabile.

Eorum que in medio ſunt, maxima eſt ſecuritas, ſi ea que circumcirca ſunt, non laborent.

Latini Byzantium annos quinquaſaginta & menſes octo tenuerunt.

E TERTIO GEORGII PACHYMERII HISTORIARUM LIBRO.

Vt Imperator de Arſenio patriarcha deliberrarit.

Vt accerſitus patriarcha Arſenius, in urbem introductus fuerit: & de altera Imperatoris coronatione.

Vt Imperator legatis ad Tocharos & Æthiopes miſſis, aſſinitates iunxerit.

Qualis ſit camelopardalis.

Vt Æthiopes auctis vitibus Syriam vaſtarint: & de Noga.

Vt tres Imperatoris virgines maritis ſint deſpoſa, & qualibus.

De domina Anna Alemanna.

De domina Annæ fratre Manfredo & Carolo.

Vt tabulis maritima mœnia exaggerarint, & curi & de apparatu Imperatoris.

Vt Imperator Ioannem loco motum cæcarit.

De Holobolo Manuele, cæterorumque ſuſpicionem ob Ioannem.

De Zygenis, vt ob Ioannem ab Imperatore deſecerint.

Zygenorum deſenſio inter ſeſe, cur quædam pro Ioanne ſuſceperint.

Vt affectus fuerit patriarcha, audito caſu Ioanis: & vt Imperatori ſacris interdixerit.

Vt Romani claſſarij rem bene geſſerint.

Vt fratribus Imperatoris Occidentis adminiſtratio mandata fuerit.

De cubiculario Ioanne Macreno.

Quomodo Imperator res Æmi edictis per legatos adminiſtrariſ domi ſedens.

Vt Imperator patriarcha callidè tractando egerit, vt in integrum reſtitueretur.

Vt ex composito Deſpota Occidentis Ioannes & Michael conuenerint.

Vt Deſpota Ioannes Occidente omiſſo, Orientales hoſtes inuaſerit: & ſingularis eius laus.

De aſſicto ſtatu Maryandenorum, Bucellariorū & Paphlagonia.

De cometa qui æſtius menſibus in Septentrione viſus eſt, & Imperatoris expeditione in Occidentem: & de Arſenio patriarcha.

De Becco & Xiphilino eccleſiæ principibus.

De Sultano Azatine & Tocharis.

Quanta grauitate & ſeueritate Imperatorem patriarcha exceperit.

Aſſinitas Eulogiæ filiæ Annæ, & Nicephori filij Deſpote Michaelis.

De mendacio vulgato ob Tocharorum incurſionem iuxta Nicæam.

ſparſim excerpta.

Michael Palæologus ea coniungere ſtudit, quæ natura diſſidebant: patriarchæ reſtitionem & Imperatoris legitimi remotionem.

Si hæc dediſſet, ſperabat etiam cætera his conſentanea.

Oppoſita inter ſe terræ climata Septentrionale & Auſtrale, inſitis quibuſdam viribus tam corporum quam animorum inter ſe aduerſantur, cum ſint eiſdem generis animantium & hominum euidentia temperametorum diſcrimina: Septentrionales ſunt albiores, ſtupidi, inculti, feroces, bellicoſi: Auſtrales nigriores ingenioſi, ciuiles, imbelles.

Æthio-

Æthiopum Sultanus Michael Palæologo inter cætera munerà camelopardalim miſit, animal aſinorum quos cantones appellamus, magnitudine, pellis alba eſt vt pardalis, rubris diſtincta maculis: corporis habitudo, qualis camelopardalis, retrò à pudèdis gibboſa verſus humeros, anterioribus pedibus longè altioribus quàm ſunt poſterioribus, collum inſtas gruum longiſſimum, & caput in altum erectum, paruum, camelini ſimilitudine animal ſuperbum efficit, ventre albo, à collo autem per totam ſpinam viſque ad modicam caudam, rectiſſima nigra linea diſtinguit: pedes tenues & bifidi, vt ceruorum: adeo cicur, vt à pueris etiam per ludu tractetur, & naſo trahatur, & quocunqve volueris ſequatur: herbiuorum, pane & hordeo vt ouis paſcitur, manſuetum. Si lacèſſatur, ſe non vt equus vngulis defendit: non cornibus vt bos, neque enim cornua habet: non dentibus vt apri: non vnguibus, vt feles: ſed innoxio morſu, tantisper dum lacèſſentem repellat, vlciſcitur. Nullum enim venenum ineſt dentibus, &c.

Chriſtiani nefas ducunt, cum Æthiopicis, crucis Chriſti hoſtibus, pacem facere.

Michael Palæologus de repudianda Theodora vxore cogitans, fruſtra Anna Ioannis Duca viduæ pudicitiam tentat.

Timere homines, Dei verò metum abiicere, illius eſt, qui quid ſit metuendum ignorat. Sed diuinas leges timere, maxima eſt ſecuritas, quicunqve terror obſticiatur.

Fridericus & Manfredus Siculi, Papæ parere per omnia recuſarunt, ſuaque frui libertate voluerunt.

Comes Carolus regis Gallorum frater (hunc Italia regem vocat Gregoras) iuſſu Papæ Fridericum & Manfredum oppugnat, eaque de cauſa à Papa Rex ſalutatur.

Azatines Sultanus magno luxu in Byzantij compitis totos dies potando & comellando exegit.

Septentrionales ſtupidiore, quod ſol & paruo tempore apud eos commotatur, & cerebrum modicè tepefacit.

Animos temperamentiſ corporum affici ac mutari, naturæ doctriina monſtrat.

Michael Palæologus ea quæ tangi nefas eſt, petulantè contrectat, receptaque leges conculcat.

Gaſmulicum Latine dicuntur permiſti, è Romanis mulieribus & viris Latinis nati.

Ne ſol quidem deſideratur, niſi radios ſuos & terræ & hominibus, & omnibus animantibus impertiat: neque rex verè imperabit, niſi ciuibus ſuis benefecerit. Qui verò rex tenax eſt, & aſtrictus ad largiendum: ſimulachrum regni, non regnum tractat.

Cur honorem haberi ſibi poſtulant, ſi non verè imperant?

Beneſcencia cum imperio natura eſt coniuſta, Vno diademate duo capita tegere, & imperium pluribus partiui, graue eſt, & perturbatione plenum.

Cupiditatis imtemperatiſ actus: euaneſcètem gloriã pluris fecit Palæologus, quã Dei metu.

Palæologus Ioanni Lascari ignito crepitaculo (*ἡ χροὸν πρὶ παρὰ βλήνην*) vibrato, aduſit oculos, vt paulatim viſus extingueretur.

Holobolo Manuelli, quod excæcati Imperatoris fortunæ miſeratus eſſet, naſus & labra præciſa.

Trinaciotæ & Zygitæ montana Nicææ incolentes cæcum quendam erronem pro Ioanne excæcato Imperatorem ſalutant: & Palæologo diu fortiter aduerſari, tandem ab armis diſcedunt, cæco illo in Perſiam ablegato.

Ioannes Lascaris Nicæatico caſtello incluſus, ſatis commodè tractatus.

Ne mendacium de veritate triumphet, vindictaque coniuente emolumento ſit improbitas. Gladius Spiritus, quod eſt Verbum Dei.

Sphærus Empedoclis diſcipulus, omnia conſuſa eſſe affirmauit.

Parua domus haud temerè magnam, nec magna parua calamitatem capit.

Conſcientiæ teredo.

Cantacuzeni & Tarchaniotæ, viri illuſtres ſub Michael Palæologo.

Alexius Philathropenus Protoſtrator, vir grauis & fortis.

Nihil cuiuſquam eſt, niſi eius qui rei bellicæ ſtudet.

Probabilia pro veris admittere.

Macrenus cubiculariſ rebus optimè geſtiſ, propter mulierculæ calumniã à Michael Palæologo excæcatur.

Gaſmulicum ad bella erat animoſum, Pyſylontes verò agendiſ ſtrenui.

ὁ δὲ Νίκων ὁ Νίκων, Ἰνιſτὲ δὲ Ἰνιſτὲ.

Occaſio anima actiõnum eſt.

Conſcientia Palæologum quietum eſſe nullo ſinebat modo.

Columba in ſinum accepta, in viperam mutata, lethaliter mordet.

Arſenius patriarcha ſumma ſeueritate Palæologum auerſatur, quãnuis facinus agnoſcèrem, & ſummiſſè genibus aduolutum, & veniam orãntem.

Magnorum delictorum magnas oportet eſſe pœnas.

Adeo & ſcelus formidoloſum eſt, & virtus honorabilis.

Nilus Siculus in conſideratam erga pauperes benignitatem vituperauit.

Palæologus cum ſubditos ob facinus ſuum ſuſpectos haberet, è re ſua fore cenſuit, detrimenta inferre populo, ne rebus ſecundis elati, ſeditionem mouerent.

Populus rebus ad victum neceſſariis abundabat, ſed pecunia egebat.

Bucellarij, Maryandeni, & Paphlagones, ob tributorum exactiones paulatim ad Turcos deſcendunt.

Ita ſit, vt quod ad manum eſt, propter conſuetudinem ſaſtidiatur: id verò quo careas, deſideretur, vt incun diuſ futurum, quod præter conſuetudinem euenit.

ὁ δὲ Νίκων ὁ Νίκων, Ἰνιſτὲ δὲ Ἰνιſτὲ.

Non eſt cometa, quin natura ſit malus.

Scythæ Romanis inexpugnabiles.

Montium vertices hoſtium ſpeciem præbebant, animo

animo semel timore oppresso.
Malè obiti muneris pœna, flagellari, & muliebriter vestiri.
Arsenius patriarcha grauitèr obiurgat Palæologum, quod in tanta copia infidelium hostium, bella Christianis inferret.
Frustra pœnitebat eius, quod iam mutari non poterat.
Epimethei pedissequa pœnitentia.
Nimirum fati magna vis est, quicquid contrà machineris.

E QUARTO PACHYMERII
libro Capita.

Imperatoris concio ad pœtices de suis rebus.
Vt Iosephum Galefinum Imperator ad patriarcham miserit, restitutionem in integrum postulans.
Vt libellus accusatorius Imperatori contra patriarcham sit oblati.
Quomodo, & vbi patriarchæ Arsenij negocium actum sit.
Vt patriarcha ad Imperatorem venerit, ac prope modum deceptus fuerit.
Vt in concilio pontificum accusatio peracta, sententiæque lata sit.
Vt tres pontifices missi à cæteris, patriarchæ renunciarint, eum loco mortuum esse.
Vt Imperator missis ministris patriarcham eduxerit, & quid actum sit.
Quid orientales patriarchæ Alexandrinus & Anriochenus de abrogatione Arsenij senserint.
Vt patriarcha, incolumi adhuc autoritate, Sardiniam Andronicum designare instituerit.
Patriarchæ concio de dissidiis.
Vt Germanus Adrianopolitanus, patriarcha sit designatus, & qualis fuerit.
Vt Germanus, patriarchicæ sedè conscensâ, se gesserit.
Vt patriarcha Holobolum in Dei ecclesiam traductum, officio oratoris donarit, & magistrû designarit.
Vt quidam aulici proceres, læsæ maiestatis rei, Arsenium patriarcham detulerint.
Vt autor huius historiæ vnâ cum pontificibus ad illum missus fuerit, & quid illis acciderit.
Vt Imperator de restitutione illius deliberarit, & quam obrem.
Vt Iosephus autor fuerit Germano, patriarchatu abeundi.
Quis & vnde fuerit Hyacinthus.
Vt Imperator per Chalazam Sardiniam, patriarcham Germanum inuaserit.
Vt Germanus patriarchatu cesserit.
De Adrianopolitano Basilio siue Barlaamo.
Vt Iosephus à pontificibus patriarcha designatus fuerit.
Vt improbato Heraclienfi Pinaca, vt qui à Germano designatus esset, Gregorius Mitylenæus Iosephum designarit.
Vt Iosephus Imperatorem in integrum restituerit.
De affinitate Tarchaniotæ Andronici, & Imperatoris è sorore Martha nepote, & de filia Ioannis occidentalis.
Vt Despota in Occidente magnis copiis res gerente, ac frequenter ibi commorante, res O-

rientales pessum ferint.
De dissidio ecclesiastico, & de Pantepoptæ monasterio.
Vt patriarcha Germanus post abrogatam dignitatem, cum Magno duce Lascare in Pannoniâ missus fuerit, atque inde sponsam Imperatoris filio adduxerit: vtque coronari sint.
Vt Magnus Conostaulus Tarchaniotes ad focerum suum Ioannem transfugerit.
Expedicio Despotæ Ioannis cum magnis copiis aduersus Ioannem, & res fortiter gesta.
Vt Protostrator Philanthropenus contra Italos mari bene rem gesserit, etiam Despota Ioannè operam nauante.

parsum excerpta è quarto libro.

Præstat non pœnitere, quàm penitentem desperare, nam illud stuporis est, hoc æternæ condemnationis.
Palæologus cum nihil non tentasset, vt patriarcha placato, noxa solueretur: desperata venia, totus in eo fuit vt illum loco moueret.
Non satis est dicere, sanandum esse vulnus, nisi ostendatur quo modo.
Ad agendum hortari eum, qui quid sit agendum nesciat, ludibrij suspitione non caret.
Qui semel regnauit, mutationemque expertus est, ad aliud se conferre nequit: aut si contulerit, moriatur necesse est. Nam quot insidiæ tenduntur regno: quàm in paucis fides est, regno etiam incolumi?
Dei consiliū cucurte velle, quãta est audaciâ? quãta contumaciâ? quãto cum periculo coniunctum?
Deum autem si vlli maximæ rei, regni certè cõstitutioni interesse persuasum habemus.
Notarius quidam patriarchæ, cum suis primiceriis, quem vulgo Mesiten honoris causa dicunt, Hepsopolus cognomento, libellum accusatorium offert Imperatori, in quo Arsenium patriarcham criminabatur. Primò, eum initio matutinæ hymnodicæ, psalmû qui pro Imperatore canatur, reseculisse, & à solo Tersancto & memoria eius iussisse exordiri. Secundò, eum Sultano esse addictum, eique cum suis sæpe permisisse lauacro Ecclesiæ ablui: cum venerandi crucis characteres marmotibus illis insculpti, illi verò Agareni & profani sint. Tertio, iussisse suum monachum, vt filiis illius sancta impertiretur: cum non constaret, an sacro baptisinate initiati essent, & quod Sultanus ipse cum satrapis suis mane illustris & magnæ Dominicæ patriarcham supplican-tem conuenerit, vnâque cum eo supplicarit.
Arsenius patriarcha vltro se defendit ante coactum iudicium: postea iudicium prescriptione remouet, ac per iniuriam pulsus, habita ad clerum de sua innocentia oratione, atque inuocato & laudato Deo, serenitate subito in tempestatem conuersa, æquissimo animo abit in exilium.
Nos ea quæ tulit animus diximus: vobis verò quid fieri conueniat, est deliberandum.
Arsenius patriarcha, quid Imperator contra se moliretur, etsi non ignorabat, tamen tota re Deo permissa quiescebat.
Rem suo consilio opportunam, licet in ea satis virium

virium non esset, differre non poterat.
Arsenius patriarcha non iudicium, sed locum & modum iudicij, ac personam Imperatoris recusat.
Cauendum ne malum malo cures.
Quid sit homo fucum facere Deo instituit?
Canon Apostolicus in eos qui se iudicio non stant.
Vt mecum actum sit, filij, Deo conuiente scitis: cuius voluntari, vt illi visum fuerit, est obtèperandum. Arsenij verba.
Michael Palæologus mentis eum compotem esse negat, qui non suo, sed alieno consilio suis in rebus vtatur.
Fieri non potest vt cæptus amor augeatur, nisi redameris.
Fabulatorem fortasse me diceris. Sed fabulæ quæ ad veritatem alludunt, laudantur.
Contumacia solitudinis est vicina.
Ludere iis in rebus in quibus non est ludendum, & in iis elaborare in quibus haud quicquam proficere possis.
Delicta singulorû totam ciuitatè turbis implent.
Monachi quædam dicitur, hoc est, pannosi & saccigeri.
Hoc nec tolerabile mihi, nec vobis tutum est.
Minæ supplicium antecedunt.
Ægroris ij qui rectè valent, adiumento sunt. Qui verò ipsi ægrotis sunt animis, quid aliis consulent boni?
Causam illorum tempus fortasse demonstrabit.
Germanus patriarcha ipse quidem eruditus non erat, sed eruditus amabat, colebat, attentissimè audiebat.
Germani simplicitas & liberalitas ac benemerenti studium, stulticiæ vanitatis crimen incurrit.
Michael Palæologus sacros cantores & ludi magistros publicis stipendiis conuocit.
Carolus Francopolus Muzalonis interfecto, læsæ maiestatis reus factus, in quæstionibus etiã Arsenium patriarchatu functum & relegatum falsò derulit. Qui cum se legatis ea de re ad se missis grauissimè, nec sine indignatione & cõquestione iniuriarum purgasset: hi re ipsa Imperatori exposita, sed omni verborum acerbitate prætermissa, effecerunt, vt afflictio seni trecenteni aurei assignarentur.
Insultare iacenti.
Non esse illi cum Imperatore litigandum.
Palæologus Germanum patriarcham, à quo nouus Constantinus appellatus fuerat, per speciem summi honoris, amoris, obseruantia, malis & nefariis artibus clam oppugnat, atque per fraudem euertit, homo vestipellis & perfidus.
Deus prospiciet vobis de idoneo pastore.
Adrianopolitanus Germani patriarchæ nepos, bellator potius quàm episcopus, ob intemperias accusatus, insaniam simulat: sed abrogato sacerdotio, cum se belli ducem Imperatori offerret, perfidiæ ac defectionis metu excæcatus, in carcerem conicitur.
In patriarcha designando, in consiliū adhibenda voluntas Imperatoris: & is vnus huic muneris obeundo idoneus censendus, qui illi acceptus fuerit.
Germanus patriarcha, vir non tantum sanctus, sed etiam humanus, prior salutare atque am-

plecti obuio, blandè colloqui, arridere: exhilarari, si quid iucundè ac festiuè fieret aut diceretur, &c.
Michael Palæologus urbem Constantinopolim tutò teneri, nisi totius maris imperiû teneret, non censuit.
Monachi terrestres, cœli ciues.
Dum Michael Palæologus metu seditionis ob religionis dissidiū in vrbe sedet, præfecti prouincias expilant, & aures eius calumniis prouincialium præoccupant. Quas res magna Imperij labes consecuta est.
Monachi quidam instabiles & vagi, huc atque illuc circumcurstantes, & ædibus ciuium sese insinuantes, saccos suos infarciunt, & animos hominum exulcerant.
Inexhausta opulentiâ est beneficentia.
Res non literis, sed lachrymis describenda.
Ea soluere, quæ soluenda non sunt.
Actuosi hominis oculi multò est hominis inertis atque ignaui occupatione efficacius.
Paulisper se defendere, vt domino fides seruata esse videatur.
In turba promiscua non desunt, qui etiam nulla de causa expauescant.
Antisthenes inimicis optauit omnia præter sanam mentem: quam si haberent, cõfecturi essent quæ vellent omnia.
Princeps cur dicitur, si his quorum curam gerere debet, non consulit ac prospicit?
